SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

VITAE

SANCTI BONIFATII

ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1905.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

VITAE

SANCTI BONIFATII

ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1905.

VITAE
SANCTI BONIFATII
ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI.

RECOGNOVIT

WILHELMUS LEVISON.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1905.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR:

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

PROOEMIUM.

Willibaldi quem de vita Bonifatii scripsit liber, unde posteriores auctores pendent omnes, ad vetustissimum eundem optimum codicem Frisingensem potissimum recensendus est, atque miro casu accidit, ut hic ipse omnino fugerit virum doctissimum, qui Monumenta Germaniae auspicatus etiam quem dixi librum in meliorem statum redegit, idem permagni quidem a subsequentibus editoribus existimaretur neque vero ita adhiberetur, ut par erat. Codex enim quamvis in rebus minimis persaepe approbandus sit, tamen mendis suis non eget, eaque ad reliquos codices emendari licet ex altero exemplari nunc deperdito ortos. Ad unguem igitur exscriptus ille genuinum Willibaldi textum minime exhibet, sed lectiones ipsius haud raro notis adscribendae sunt, atque hac ipsa difficultate ratio edendi quam maxime impeditur, quibusnam locis reliqui libri anteponendi sint. Nunc primum quotquot inveniri poterant codices a sodali meo et examinati et in ordinem digesti sunt, atque melioribus electis, amplus apparatus ad regulas artis compositus neque vento quodam conflatus est. Porro de Bonifatio etiam auctores posterioris aevi audire interest, licet ad sancti historiam non faciant, unde quae illi aut iteraverunt aut a veritate recedentes amplificaverunt, ea latius admissa sunt, quam alias soliti eramus. Praeterea plerique eorum ordini aut ecclesiae monasteriove, quibus addicti erant, consulentes, de moribus actibusque aevi sui res aliquot memoria dignas tradiderunt. Radbodus episcopus Traiectensis, auctor ingenua quadam simplicitate praeditus, qua Fresones cum piscibus comparavit Martinumque erinaceum caelestem appellavit, collegis suis Bonifatium exemplum proposuit huiusque virtutibus illorum opposuit arrogantiam, luxuriam, avaritiam neque sanctis gratulabatur morbos sanantibus, sed ut erat vir peritissimus, vitia ab eis exstirpari maluit. Auctor vitae quartae non solum sui monasterii, scilicet S. Victoris Moguntini, negotia gessit, sed pro ecclesiae metropolitanae commodis laboravit atque iura archiepiscopi in ipsum papam defendit.

Otlohus vero ut erat fratrum Fuldensium advocatus, totus monasteriorum libertates contra episcopos tuitus est, atque in eos avaros invectus, qui decimas monachis ereptas militibus dare studuissent, ipsum Moguntinum tangere voluit. Idem cum alia documenta tum epistulas ad Bonifatium spectantes, sermone passim immutato, admisit, quae integra inter Monumenta Germaniae iam edita sunt. Cum vero collectio quam adhibuit epistularum ad nos non pervenerit nisi imperfecta, ita ut unam epistulam solus servaverit, cumque reliquum quoque textum ad codices nunc recensitum harum rerum studiosis non ingratum fore speremus, ipsius opus integrum nunc primum publici iuris factum est una cum monumentis, quae parum accurate auctor descripserat.

B. Krusch.

PRAEFATIO.

I.

Vita Bonifatii auctore Willibaldo presbytero.

Bonifatius Germanorum qui dicitur apostolus clarissimus martyrio vix occubuerat, cum studiis fidelium memoria ipsius diligenter observata est diemque obitus 'annua frequentatione sollemniter celebrare' in synodo generali patriae Saxonicae mox statuerunt[1]. Amici in Germania, Gallia, Britannia, Italia constituti, ut gesta eius litteris mandarentur, optabant[2], inter quos Milret episcopus Wigorniensis Lullum Bonifatii successorem ipso martyrii anno rogavit, ut 'venerabilem vitam et gloriosum finem' eius secum communicaret[3]. Vitam[4] autem haud ita multo post Willibaldus presbyter composuit atque Lullo Moguntino et Megingozo Wirziburgensi episcopis iisdem discipulis sancti inscripsit, quorum iussu negotium Vitae componendae susceperat. Posteriores auctorem cum Willibaldo confuderunt, quem primum episcopum Eichstetensem Bonifatius a. 741. ordinaverat[5], sed errore manifesto[6]; nam auctor, cum de se

1) Bonifatii et Lulli epist. 111, ed. Dümmler, MG. Epist. III, p. 399, quam editionem semper secutus sum. 2) V. Bonifatii auct. Willibaldo, prol. 3) Bonif. ep. 112 (p. 401). 4) De Vitis Bonifatii examinandis post Jaffeum optime meritus est Aug. Ios. Nürnberger, De Sancti Bonifatii Germanorum apostoli Vitis — — commentatio, Vratislaviae 1892, dum ea quae conscripsit G. Woelbing, 'Die mittelalterlichen Lebensbeschreibungen des Bonifatius', Ienae 1892, aut nota aut minus utilia sunt. 5) Ipsum librarium, qui ante a. 846 (cf. cod. 3) exemplar Willibaldi alterum (b; v. infra p. XXX) exaravit, sancti Willibaldi episcopi quasi auctoris meminisse, e praescriptionibus codicum 2a. b. 4. 4a (cf. cod. 5a) effici videtur. Item Notkerus in Martyrologio ad diem 5. Iunii (Canisius-Basnage, Lectiones antiquae II, 3, p. 138) de sociis Bonifatii agens biographum et episcopum confudit, scribens: De quorum collegio fertur etiam fuisse Willibaldum presbyterum virtutibus et doctrina clarissimum et sororem eius Waldburgam sanctitate conspicuam. Otloh in prologo Vitae Bonifatii Vitam sancti Willibaldi stilo antiquitus editam commemoravit, apertiusque anonymus Haserensis c. 3 (SS. VII, 255) auctorem eundem fuisse statuit atque episcopum Eichstetensem. De codice Francofurtensi et Georgio Wicelio v. infra p. LXXXIII. 6) Id quod inprimis demonstravit Henschenius, AA. SS. Iunii I, 453.

ipso scripserit: Willibaldus licet indignus in Domino presbiter[1], *dignitate pontificali minime praeditus erat, episcopique Eichstetensis velut hominis alieni, laude scilicet digni, mentionem fecit (c.* 8*); denique cum Bonifatio nullam consuetudinem ei fuisse constat, qui se relata tantum referre aperte professus sit*[2]. *Auctor Moguntinus, qui post a.* 1011. *fabulas de Bonifatio e traditione acceptas memoriae tradidit, plura de Willibaldo protulit: Vitam ab eo scriptam esse in ecclesia S. Victoris extra muros Moguntiae sita, 'in conclavi unius cubiculi', eamque primo in tabulis ceratis exaratam, donec a Lullo et Megingaudo probaretur, 'post eorum examinationem in pergamenis rescribendam, ne quid incaute vel superfluum exaratum appareret'*[3]. *Ut autem alibi fides auctoris eiusdem sublesta est*[4], *ita haec auctoritate carent atque vereor, ne fama incerta et coniectura nitantur. Attamen Willibaldum Moguntiae degisse verisimile est, qui non solum in prologo Lullum una cum Megingozo aliisque testibus laudaverit, sed etiam de miraculo quodam (c.* 9*) ab ipso Lullo instructus esset. Sicut Willibaldus ille episcopus, ita et ipse e numero Saxonum Britannicorum erat*[5], *id quod e nominibus propriis ab eo traditis cognosci Edwardus Schröder vir linguarum Germanicarum peritissimus qua est officiositate haesitantem me docuit. Auctor enim non solum nomina Saxonica integra servavit (cf.* Ad-Escancastre, Lundenwich; Aethelheri, Beorwald, Berechthere, *acc.* Bynnan, Eanbercht, *abl.* Eoban, Hunraed, Ine, Torchtwinę, Wynbercht, *gen.* Wynberchtes, Wynfrith), *sed etiam alia sermoni illi aptavit*[6], *velut* Aeldebercht[7] *(c.* 7*),* Gundaecer *(c.* 8*)*[8], *gen.* Hedenes *(c.* 6*)*[9], Raedbodus *(c.* 4. 5*)*[10], Gaes-

1) *Willibaldus l. l., prol.* 2) *Cf. infra p.* XI. 3) *Vita Bonifatii Moguntina c.* 13 *(p.* 105*).* 4) *Cf. infra p. LIX.* 5) *Id quod coniecit Wattenbach, 'Geschichtsquellen' I*[7], *p.* 151. 6) *De codice* 1 *cf. p. XLIII.* 7) *Haereticus ille natione Gallus (epist.* 59, *p.* 317*) in epistulis Bonifatianis constanter* Aldeber(c)tus *audit, uno loco excepto quo* Eldebert *legitur (ep.* 59, *p.* 317, 29*), idemque in capitulari Suessionensi (a.* 744*) c.* 2. 7 *(MG. Concilia II,* 34 *sq. ed. A. Werminghoff)* Adlabertus *vocatur. Cum Willibaldo convenit codex canonum Wirziburgensis p.* 40, *n.* 3, *a me citatus, qui olim sociorum vel discipulorum Bonifatii fuerat; ubi de* Heldeberthto *agitur.* 8) *Germ.* Gundwacchar *(ita cod.* 1*), Anglosax.* Guthaecer, *ita ut forma a Willibaldo adhibita ex utraque lingua conflata esse videatur.* 9) *Thuringis* Hedanes, Hedines; *attamen etiam in chartis Willibrordo concessis dux* Hedenus *vocatus est (SS. XXIII,* 55. 60; *Dobenecker, Regesta Thuringiae I,* 1896, *n.* 5. 7*), itemque in nominibus locorum compositis* Hedenes- *occurrit (Förstemann, 'Altdeutsches Namenbuch' II*[2], 783*).* 10) *Haec vero forma etiam ad Fresones referri potest.*

mere *(c. 6)*, Haegsted *(c. 8), atque etiam liber Aldhelmi de Laude virginitatis non semel ab eo adhibitus*[1] *huc referri potest, quamquam opuscula episcopi Sciréburnensis apud Lullum quoque extitisse simillimum veri est*[2].

Willibaldus vix post a. 778. *Vitam Bonifatii scripsit, cum sanctimonialis Heidenheimensis, quae hoc anno Vitam Willibaldi, paulo post Wynnebaldi composuit*[3], *ipsam compluribus locis imitata sit*[4]. *Alii monuerunt*[5], *auctorem de Pippino rege* († 768) *ita locutum esse, ut ipse vivo illo Vitam scripsisse credendus esset:*

> *c.* 8. Cum vero Pippinus, Domino donante, regale Franchorum, felix supradicti germani successor, regnum suscepit;
>
> *c.* 8. 9. a glorioso rege Pippino,

sed argumentum illud stare vix potest[6], *cum Caroli ducis* († 741) *Willibaldus eodem modo meminerit:*

> *c.* 4. Carlum principem gloriosumque ducem Franchorum;
>
> *c.* 5. 6. 7. Carli ducis gloriosi,

cuius obitum ipse rettulit (c. 7*), dum Pippini multis annis post Bonifatium defuncti mentionem facere auctoris non est. Attamen re vera vivo rege scripsisse videtur, id quod ex aevo Megingozi intellegitur, cui una cum Lullo Vita inscripta est. Burchardo enim episcopo Wirziburgensi defuncto*[7] *Megingozus ab ipso Bonifatio ordinatus successerat*[8] *atque etiam a.* 762. *ex. inter vivos degebat*[9], *sed a.* 769.

1) *Cf. quae ad prol. et c.* 2. 3. 8 *etc. adnotavi.* 2) *Epistulae nonnullae Aldhelmi inter Bonifatianas receptae sunt, atque Lullus Dealwinum rogavit, ut opuscula illius sibi transmitteret (Bonif. ep.* 71, *p.* 338*).* 3) *Cf. Holder-Egger, SS. XV,* 81, *cuius editione semper usus sum.* 4) *Cf. ib. p.* 91 *(n.* 4. 10*).* 105 *(n.* 11. 12*).* 107 *(n.* 3. 4*).* 111 *(n.* 3*), cet.* 5) *Jaffé, Bibliotheca III,* 423*; Simson, 'Wilibald's Leben des h. Bonifazius' p.* 4. 6) *Cf. L. Oelsner, 'Jahrbücher des fränk. Reiches unter König Pippin',* 1871, *p.* 490 *sq.* 7) *Cave credas annis, quos auctores posteriores Burchardo, Megingozo, Berowelpo primis episcopis Wirziburgensibus attribuerunt (Catal. episc. Wirzib., Chron. Wirzib., Ann. S. Albani, Vita II. Burchardi; SS. XIII,* 338, *VI,* 27, *II,* 240, *XV,* 59*), cum eorum calculum falsum esse inter omnes constet.* 8) *Inscriptio sepulchralis Megingozi (Eckhart, Commentarii de rebus Franciae Orientalis I,* 524*); cf. V. Gregorii auct. Liudgero c.* 6 *(SS. XV,* 72*). Et Lullo et Magingaoz episcopi privilegio Heddonis a.*749. *monasterio Arnulfaugensi concesso subscripserunt (Schoepflin, Alsatia diplomatica I, p.* 19*; Pardessus, Diplomata II, p.* 411*), sed subscriptiones eorum post a.* 749. *appositas esse necesse est.* 9) *Diploma Pippini Prumiense a.* 762 *(Mühlbacher, Reg. I*[2], *n.* 95*); traditio Hahberti a.* 762/63 *(Dronke, Codex diplomaticus Fuldensis p.* 16, *n.* 24*).*

sedi Wirziburgensi alter praeerat. Nam concilio Romano mense Aprili a. 769. habito episcopi regni Francorum intererant, quorum nomina et in codice Libri pontificalis[1] Vossiano (olim Autissiodorensi, saec. IX) et in fragmento Actorum a Caietano Cennio eruto[2] tradita sunt, cum alii tum iuxta codicem Vossianum Berohelpos episcopus civitate Wirsburgo, cui in Actis Cennianis Verabulpo episcopo Burtevulgi nomen inditum est. Utraque (neque haec sola) misere corrupta esse patet, atque Cennius aliique de praesule quodam Burdigalae cogitaverunt; sed, altero textu eruto, quin de Berovelpo[3] episcopo Wirzeburgi agatur, vix dubium est. Eum posteri Bernwelfum vocabant; Berowelpus vero nomine haud ita communi in diplomate Ludowici imperatoris a. 837. appellatur[4]. Quae si recte statuerim, eum non post a. 768. Megingozo successisse liquet[5], qui die 26. Septembris obiisse fertur[6], Vitamque Bonifatii vivo Pippino a. 755—768. compositam esse efficitur. De consilio ecclesiae in loco martyrii construendae auctor addens

1) Ed. Duchesne I, 473; Werminghoff, MG. Concilia II, 75. 2) Mansi, Concil. XII, 715; Werminghoff l. l. p. 80. 3) Litteris b et v more vulgari commutatis, fortasse Berobelpo in Actis legebatur. 4) Mühlbacher I^2, n. 971. 5) Attamen auctor chronici Laureshamensis post a. 1167. compositi Megingozum ecclesiae Laureshamensi dedicandae a. 774 (Sept. 1) vel 777, sicut ipse errore scripsit, interfuisse voluit (SS. XXI, 348; cf. Mühlbacher I^2, n. 167c); sed ipse fidem omnem sibi abrogavit, Ludowici Pii nomen addens, quem anno demum 778. natum esse constat. Deinde Wandalbertus (a. 839) ad ecclesiam S. Goaris consecrandam sanctumque transferendum cum Lullum Moguntinum et Basinum Spirensem, tum Mehingodum Wirziburgensem a Carolo rege missos esse tradidit (Mirac. Goaris c. 1, SS. XV, 364), scilicet anno 768. exeunte aut proximis, id quod cum tempore concilii Romani vix aegreque convenit. Mea quidem opinione Megingodus episcopus haud ita ignotus auctori Germanico facilius subrepere poterat quam Berovelpus successor scriptori synodalium. Si Egilwardo qui dicitur (Vita II. Burchardi III, 1, SS. XV, 60) fidem habere liceret, Megingodus post munus episcopale abdicatum, Berowelpo substituto, aliquantum tempus in Rorinlacha loco vixisse atque etiam Carolo M. regnante inter vivos degisse credendus erat; sed testem nimium incertum omnino neglegere et Hauckio ('Kirchengesch. Deutschl.' II^2, 49, n. 2) et mihi visum est. — Auctor Translationis Liborii c. 5 (SS. IV, 151) ecclesiam Patherbrunnensem (post a. 777) praesulibus Wirziburgensibus commendatam esse narravit neque vero episcopi aut Megingozi aut alius cuiusdam nomen attulit, id quod A. Hauck credidisse videtur (l. l. II^2, p. 49, n. 2; p. 75, n. 7; p. 377, n. 1). 6) Cf. Necrologium Merseburgense, ed. Dümmler, 'Neue Mittheilungen des Thüringisch-Sächsischen Vereins' etc. XI, 1867, p. 242; Corpus Regulae S. Kiliani (ed. Wegele, 'Abhandl. der hist. Classe der Münchener Akademie der Wissensch.' XIII, 3, 1877, p. 52); Catal. episc. Wirzib. (SS. XIII, 338).

(c. 9): sicut postea gestum est, *aliquantum temporis spatium post necem sancti elapsum esse ipse indicavit.*

Litteris autem ea mandavit, quae a Lullo et Megingozo et aliis viris Bonifatio familiaribus acceperat:

prol. sicut discipulis eius *(Bonifatii)* secum diu commorantibus vel vobis *(Lullo et Megingozo)* ipsis referentibus conperirem;

c. 1. quemadmodum relegiosis viris referentibus conperimus, qui cottidiano eius conloquio et relegionis conversatione sedulo praesentati, ea quae audierunt vel viderunt in exemplum posteris tradiderunt;

c. 2. sicut fideles confamiliaritatis illius viri pro certo testati sunt;

c. 4. quae et fidelium didicimus relatione virorum;

c. 5. quemadmodum rem rumigerulis referentibus gestam conperimus;

c. 9. Quod et a glorioso rege Pippino — — ad nos usque per venerabilem virum Lul episcopum delatum est atque ita, ipso nuntiante, intimatum,

unde, ut supra monui, colligitur, ipso Bonifatio auctorem usum non esse. Compluribus locis epistularum mentionem fecit, commemorans commendaticiam Danielis episcopi Wigorniensis (c. 5*), alteram a.* 719. *a Gregorio II. praedicatori gentium futuro traditam (ib.), tertiam a Bonifatio per Bynnam Romam missam cum responso papae (c.* 6*), quartam item commendaticiam Carolo. duci ab eodem inscriptam (ib.), easque et fortasse plures Willibaldo praesto fuisse, Henrico Hahn*[1] *facile crediderim, praesertim cum ea, quae de dioecesibus Baiuvaricis a.* 739. *constitutis rettulit (c.* 7*), partim ex epistula Gregorii III. pendere videantur. Alios quoque auctores Willibaldus et legerat et exscripserat, qui ad ipsa gesta Bonifatii cognoscenda non faciebant. In prologo epistulam Victorii ad Hilarum Cursui paschali praefixam expilavit, id quod v. c. B. Krusch indagavit*[2]*, deinde Hieronymi libellum de viris inlustribus, tum Rufini Historiam monachorum. Dialogos Gregorii M. pontificis et citavit et duobus locis (c.* 2. 4*) imitatus est, uno (c.* 2*) Cassiani Conlationes; de conciliis generalibus, monente B. Simson*[3]*, Isidoriana attulit (c.* 8*), denique sermonis Aldhelmiani vestigia apud ipsum deprehendi supra dixi.*

1) *'Noch einmal die Briefe und Synoden des Bonifaz' ('Forschungen zur Deutschen Geschichte' XV,* 1875*), p.* 111 *sq.; cf. p.* 124. 2) *'N. Arch.' IV, p.* 171. 3) *L. l. p.* 68 *sqq.*

Opus autem ita disposuit[1], *ut unumquodque caput a prooemio quodam exordiretur, quo res modo enarratae subsequentesque breviter continentur, in calce vero uniuscuiusque sententiam quandam e Novo Testamento depromptam collocaret. Eiusmodi clausula solis capitibus deest octavo, quod martyrio sepulturaque descriptis in doxologia desinit, et nono, quo miraculum postea factum refertur. Prooemium vero huic ultimo minime deest unumque octavum tali destitutum abrupte incipit; unde Vitam non integram servatam esse concluserunt, quam opinionem aliae rationes confirmare videntur. Cum enim capita septem priora, ut Ph. Jaffé b. m. monuit*[2], *'rerum progressum iusto ordine persequantur, inde ab octavo capite, dimissa subito ratione priore, tam dissipate atque extra martyrium in Fresia actum tam parum plene expediuntur facta, ut, quocum quantum Bonifatio commercium fuerit ex epistulis eius patet, Zacharias papa in vitae descriptione ne nominetur quidem', unde ei verisimile visum est, 'iam primum Vitae exemplar detrimenta cepisse hiatusque et rimas postea levi brachio oblitos esse*[3]*'. W. Wattenbach autem b. m. ulterius progressus coniecit*[4], *nonnullas res enarratas censuram Lulli non tulisse eiusque iudicio erasas esse. Quae sententia acuta ut est, tamen satis incerta esse mihi videtur, atque A. Nürnberger*[5] *iusto iure monuit, 'auctorem non perfecti historici ratione usum esse, sed hagiographi morem tenuisse'. Quod enim Willibaldus praetermisit, non solum Traiectenses, sed etiam Moguntinos corpus Bonifatii Fuldam deportandum retinere conatos esse, id Eigil biographus Sturmi postea affirmavit, idemque Lulli causa suppressum esse potest*[6], *itemque primordia Fuldensia fortasse ob inimicitias Lulli et Sturmi*[7] *commemorata non sunt, nisi quod Willibaldus obiter narravit (c.* 8*), Bonifatium in Fresiam profecturum Lullo mandasse, ut aedificationem ecclesiae Fuldensis inchoatam ad finem perduceret. Praeterea nescio an id ipsum mandatum potius cum studiis Lulli congruat regimen monasterii a.* 763—765. *sibi vindicantis, Sturmio in exilio degente*[8], *quam ad*

1) *Cf. Simson l. l. p.* 5. 2) *L. l. p.* 424. 3) *Idem etiam in capite sexto (infra p.* 30, 11*) hiatum deprehendisse sibi visus est, id quod mihi omnino incertum videtur esse.* 4) *'Geschichtsquellen' I*[7], 152. 5) *Commentatio p.* 7. 6) *Siquidem Eigil vera rettulit neque odio Lulli conficta narravit, qua de re haud ita certus sum.* 7) *Cf. V. Sturmi c.* 16 *sqq. (SS. II,* 373 *sqq.).* 8) *Cf. Oelsner l. l. p.* 386 *sqq.* 516 *sq.; Hahn, 'Bonifaz und Lul',* 1883, *p.* 265 *sqq.; Hauck II*[2], 57 *sq.*

coenobium pertineat ab omni potestate episcopi dioecesani et metropolitani a papa Romano liberatum[1]. *Sed quare alia quae desiderantur vixque omittenda erant iussu Lulli deleta essent, non apparet. Nihil de sede Coloniensi Bonifatio oblata; civitas Moguntina ei attributa paucis verbis obiter attingitur (c.* 8*), nihil de commercio cum Zacharia et Stephano III. intercedente; consecratio quoque Burchardi et Willibaldi (a.* 741*) loco minus congruo post synodos sub Carlmanno habitas (a.* 742 *sqq.) commemoratur. Causam huius rei id multo magis esse existimem, quod auctor ipse opere progrediente defecerit, quam defectum archetypi aut censuram Lulli. Willibaldus in universum omni fide dignus est, atque vitiis quae dixi ea tantum accedunt, quod Wynfritho anno demum* 722/3. *Bonifatii nomen a papa Romae inditum esse voluit (c.* 6*), cum idem iam a.* 719. *sancto fuisse constet, quodque martyrium eiusdem a.* 754. *factum anno sequenti attribuit (c.* 8*), quo errore etiam Lullus laborat*[2]. *Nihilo minus, ut iudicio Jaffei*[3] *utar, 'relatio in eorum monumentorum numero est, quorum et ipsa vetustas aestimatione dignissima et fides ob praestantissimos auctores egregie probata habetur', atque id ipsum Willibaldo laudi dandum est, quod res gestas enarrans miracula omnino fere neglexit.*

Sermo eius turgidus et hic illic paululum obscurus est, etsi simplicior quam oratio Aldhelmi, quem compluribus locis imitatus est. Vocabula cohaerentia aliis interpositis saepe seiunguntur; voces ab iisdem litteris incipientes passim sese subsequuntur aeque atque apud Aldhelmum et monialem Heidenheimensem, cf. e. gr.:

c. 4. s uis s ecum s umptis conviatoribus, s olum,
c. 6. s anctus s acrae s ollempnitatis dies,
c. 8. p astorale p opulis p raevidit magisterium[4].

Adiectivis in -alis *desinentibus adeo studuit, ut non solum vulgaria protulerit, velut* aequalis, autumnalis, carnalis, corporalis, episcopalis, generalis, hibernalis, medicinalis, monasterialis, mortalis, natalis, naturalis, occidentalis, pastoralis, perpetualis, pontificalis, principalis, regalis, sacerdotalis, specialis, spiritalis, synodalis, temporalis, venalis, *sed etiam rariora* disciplinalis, magisterialis, prim-

1) *Rudolfus in Vita Leobae c.* 17 *(SS. XV,* 129*) paupertatem monachorum mandati causam statuens sine dubio coniectura nititur.* 2) *Cf. quae p.* 55, *n.* 2, *adnotavi.* 3) *L. l. p.* 423. 4) *Vocabulo* magisterium *saepius usus, Willibaldus Aldhelmum secutus est.*

ordialis, *atque de contribulibus agens* contribunales *inepte posuerit (c.* 5*)*[1]. *Nomina Graeca e scriptoribus ecclesiasticis glossariisque comperta habuit haec:* archimandrita, authenticus, castrimargia (*γαστριμαργία*), cyrografum (*χειρόγραφον*), dialecticus, epipata (*ἐπιβάτης*), historiographus, logicus, nauclerius (*ναύκληρος*), naulum, paedagogus, paedagogium, proreta, stadium. *Ludi litterarii mentionem faciens, quod vocabulum sive ex Orosio (I,* 18, 1*) sive aliunde notum glossariis Anglosaxonicis illatum erat*[2], ludi *et* laudis *confudisse videtur:*

prol. non propriae ludis litterari scientia confidens (*cf. ib. infra:* non propriae praesumptionis insolentia fretus),
c. 2. iugi ludis litterari meditatione,
prol. propriae ludis praeconium requirens (*cf. c.* 3: laudis semper praeconium).

Pro facessere *(= discedere, cessare) more Aldhelmi* facessare *scripsit:*

c. 2. pueritiae facessante lascivia,
c. 6. facessante suorum regum dominio[3].

Deponentia et passiva ut activa usurpavit: adgrediunt, demolire, fiere, sermocinaret, sedante *(= sedata)* populorum perturbatione, *et vice versa:* temptabatur *(= temptabat)*, adventata *(= adveniens)*; *verbum* quiescere *sensu transitivo adhibuit eodem modo atque sanctimonialis Heidenheimensis imitatrix:*

c. 5. lassata ex itenere membra requiescebat,
c. 6. Cum vero lassata paulisper membra quievisset [*cf. V. Wynnebaldi c.* 2. 4 *(p.* 107, 31. 109, 18*):* Et sic castrametantes ibidem (*c.* 4: Et illic venientes), paulisper lassata de itenere requiescebant membra].

1) *Etiam adverbia in* -im *desinentia saepius adhibuit:* alternatim, carptim, confestim, conglobatim, partim, paulatim, privatim, saltim, sparsim, statim, summatim, suotim. *Inprimis substantiva in* -tio *frequentavit, quorum* 130 *fere apud eum leguntur, itemque in* -tas *desinentibus nimis valde studuit, ita ut plus* 60 *admiserit.* 2) *Sweet, 'The oldest English Texts'*, 1885, *p.* 72, 578. 75, 1245; *Goetz, Corpus glossariorum Latinorum V*, 368, 43: Ludi litterari (*al.* litterali) 'staebplegan'. *Cf. Asserii Gesta Aelfredi c.* 75 *(ed. Stevenson,* 1904, *p.* 58*):* ludis literariae disciplinae. 3) *Aldhelmus, De laude virginitatis c.* 8 *(Opera ed. Giles p.* 7*):* furvo facessante veteris instrumenti umbraculo; *ad Eahfridum (ib. p.* 93*):* proprio facessante meritorum quaestu; *charta dubiae fidei a Leutherio episcopo a.* 675. *pro Aldhelmo data (Kemble, Codex diplomaticus aevi Saxonici I, n.* 11; *Brewer, Registrum Malmesburiense I,* 1879, *p.* 280; *deterius W. de Gray Birch, Cartularium Saxonicum I, n.* 37*):* torrido facessante caumate. *Cf. Goetz l. l. VI*, 429.

Menda in declinatione deprehenduntur haec[1]:

decl. 1: *abl. sing. c.* 6. doctrinę, *c.* 5. maxime ex parte,
c. 5. 6. papę, *c.* 5. pape,
c. 6. scientię, vię,
gen. plur. c. 8. barbarum gentium,
c. 5. collegum *[item V. Willibaldi c.* 3, *Wynnebaldi c.* 2. 4 *(p.* 91, 4, 26. 108, 8. 109, 15*)]*;
decl. 3: *gen. plur. c.* 7. gregium,
c. 2. 4. precuum *[item V. Willib. c.* 3—5 *(p.* 90, 17. 92, 26. 103, 5*)]*;
decl. 4: *dat. sing. (haud male) c.* 5. comitatu, *c.* 8. impetu;
pronom.: *abl. sing. c.* 5. huic Dei famulo[2],

haec vero in coniugatione[3]:

infin.: *c.* 1. subiecere *[item Bonif. ep.* 115 *(p.* 404, 29*)]*,
coni. praes.: *prol.* infundet,
coni. imperf.: *c.* 4. fuderent, *c.* 8. inluxeret,
perf.: *c.* 6 *(bis)*. consentit,
c. 1. 5. studivit *[item V. Wynneb. c.* 2 *(p.* 108, 13*)]*,
plusqu.: *c.* 4. relinquerat.

Genera permutantur:

masc. pro fem.: *c.* 6. arbore praeciso,
c. 5. cohors — adgressus,
c. 8. domum in quo,
ib. indolis ingeniosi,
c. 6. littero muto,
c. 5. 8. morte audito, conperto, perspecto,
c. 6. plebs — ereptus,
ib. sedis apostolici *(bis)*, sedi apostolico *(bis)*,
c. 8. urbe qui *[cf. V. Willib. c.* 4 *(p.* 102, 14*)*: ad alio urbe*]*;
masc. pro neutro: *c.* 7. oppido qui,
c. 8. salutarem — augmentum,
ib. maiorem — damnum;

1) *Quae in codice* 1 *Willibaldi leges grammaticas violare videntur, ea diligentissime collegit A. Nürnberger, Disquisitiones criticae in Willibaldi Vitam S. Bonifatii ('Jahresbericht über das Kgl. kathol. St. Matthias-Gymnasium zu Breslau'* 1892, *p. I—XVII). De declinatione cf. ib. p. XIII sq.* 2) *Genetivus nominum in* -ium, -ius *desinentium apud Willibaldum more antiquo est* -i *neque* -ii: Bonifati, eloqui, euangeli, marteri, ministeri, praeconi, stipendi, vaticini; *cf. ep. Bonif.* 39 *(p.* 288, 30*)*: diaconi. — *Nomina propria vernaculam linguam sequuntur: gen.* Hedenes, Wynberchtes; *acc.* Bynnan, ad Fuldan; *abl.* Eoban. 3) *Cf. A. Nürnberger l. l. p. XIV sqq.*

fem. pro masc.: c. 1. amore postposita,
c. 6. loco quę,
c. 1. luxus mundane,
c. 6. inconvulsa — haec — ordo,
c. 8. sanguinem fusam; 5
fem. pro neutro: c. 6. cenodochiam (= *xenodochium*),
c. 2. contuberniam [*item ep. Bonif.* 9 (*p.* 251, 1); *V. Willib. c.* 5 (*p.* 102, 22)],
c. 6. oratorium (*fort.* oratoriam) construxit eamque — dedicavit [*cf. V. Willib. c.* 4. 6 (*p.* 100, 14. 106, 16): unam castellam, aratram], 10
c. 7. quanta — regimine;
neutrum pro masc.: c. 1. thesaurum caeleste,
atque quomodo enuntiata cohaereant, auctor interdum adeo oblitus est, ut coniungeret: 15
prol. libros qui — inserta,
c. 8. eos — denudare studemus, que — proferuntur.
Pronomina reflexiva et demonstrativa saepe commutata sunt. Raro Willibaldus accusativum pro dativo posuit: 20
c. 4. monasterium — praesedebat,
c. 6. cathedram praesidente,
et ablativum pro accusativo:
prol. ob utilitate,
c. 5. ad — rectitudine, c. 7. ad salutare eius doctrina, 25
dum ablativus saepius locum dativi occupat post verba:
dedere: c. 8. pristina dediti salute [*cf. ep. Bonif.* 23 (*p.* 273, 2): deditum cultura];
reddere: *ib.* pristina redditi sunt sanitate [*cf. V. Wynneb. c.* 13 (*p.* 117, 29): pristina restituti fuerant salute]; 30
subdere: c. 2. quali se — sanctimonia subdiderit,
c. 6. catholica fide subditi,
ib. se eius institutione subdiderunt;
subicere: c. 1. se regula subiecere, 35
c. 6. se subiecerat principatu,
c. 8. vana — delectatione subicere;
subiugare: c. 3. omni se — frugalitate subiugavit,
c. 6. munimine ac devotione — subiugavit;
tradere: c. 8. tanta erat oblivione tradita. 40
Passim auctor regulas grammaticas transgressus cum *et* ut *cum indicativo coniunxit*[1], *neque loci desunt, quibus in uno*

1) *Cf. A. Nürnberger l. l. p. XV sq.*

eodemque enuntiato utrumque modum adhibuit; etiam coniunctivum pro indicativo substituit[1], *ut alia praetermittam. Id solum addere libet, quod in codicibus Vitae haud raro* et *occurrit pro* ut[2], *quod tollere nolui mendum.*

Vita Bonifatii medio aevo permultis nota erat, quorum agmen monialis Heidenheimensis ducit, locos nonnullos in Vitis Willibaldi et Wynnebaldi imitata[3]. *Eandem Eigil auctor Vitae Sturmi legerat*[4], *Liudgerus in Vita Gregorii (c.* 4*) citavit*[5], *auctores Chronici Laurissensis (Ann. Lauriss. min.)*[6] *et partis primae Annalium Fuldensium*[7] *adhibuerunt, biographus Pirminii primus (c.* 9. 10*)*[8] *et Hincmarus*[9] *nosse videntur. Rudolfus opere Willibaldi in Vita Leobae (c.* 17*)*[10], *Hrabanus*[11] *et Ado*[12] *et Wolfhardus Haserensis*[13] *in Martyrologiis (Iun.* 5*) usi sunt. Posteriores mitto.*

Vitam Bonifatii codices satis multi servaverunt[14]*:*

1*) Codex* ***Monacensis*** *n.* 1086 *(Bav.* 86, *Frising.* 190*), saec. IX. in. exaratus, olim ecclesiae maioris Frisingensis, adnotante manu saec. XIII. (fol.* 1*):* Iste liber est sancte Marie et sancti Corbiniani Frising., *fol.* 1—44′. *V. Bonifatii*[15], *fol.* 44′—71′. *V. Wynnebaldi, fol.* 71′—

1) *Cf. infra p.* 20, 1. 25, 6. 34, 28. 47, 9*; Nürnberger l. l. p. XVI sq.* 2) *Cf. p.* 14, 5. 17, 2. 18, 1. 19, 4. 42, 4. 49, 26. 3) *Cf. supra p. IX.* 4) *Cf. quae ad c.* 8. *adnotavi. Idem monuit Tangl, 'Das Todesjahr des Bonifatius' (v. infra p.* 47, 41*) p.* 244, *n.* 5. 5) *SS. XV,* 71: in libello de passione ipsius scripto. 6) *Cf. a.* 5. 6. 17. *Pippini (SS. I,* 115 *sq.; ed. Waitz, 'Über die kleine Lorscher Franken-Chronik', 'Berliner Sitzungsberichte'* 1882, *I, p.* 410. 412*). Vita Bonifatii ab ipso auctore Chronici Laurissensis adhibita est, non ut antea credebatur a decessore eius, scil. ab auctore compilationis quae ad a.* 805. *pervenerat hodie deperdita; cf. Kurze, 'N. Arch.' XXVIII,* 15. 7) *Enhardus qui dicitur a.* 717. 719. 746. 754 *(Ann. Fuld. ed. Kurze p.* 2. 5. 6*) et Chronico Laurissensi et Vita Bonifatii usus est.* 8) *SS. XV,* 29 *sq.* 9) *De iure metropolitanorum c.* 20 *(Opera ed. Sirmond II,* 731*); cf. infra p.* 42, 1. 10) *SS. XV,* 129. *Cf. G. Richter, 'Die ersten Anfänge der Bau- u. Kunstthätigkeit des Klosters Fulda', Fuldae* 1900, *p.* 25, *n.* 3. 11) *Canisius-Basnage II,* 2, *p.* 329. *Hrabanus praeter Willibaldum Martyrologium Bedae interpolatum (AA. SS. Mart. II, p. XXI) adhibuit, ipse una cum Adone a Notkero (Canisius-Basnage II,* 3, *p.* 138*) expilatus est.* 12) *Martyrologium Adonis ed. Georgius,* 1745, *p.* 257. *Adonem Usuardus (ed. Sollerius p.* 318*) exscripsit.* 13) *Cf. Analecta Bolland. XVII,* 15. *Epitome Wolfhardi e Willibaldo pendens, quae in codice Monacensi Latino n.* 18100, *saec. XI. in., fol.* 58—58′, *servata est, incipit:* Summi atque egregii pontificis Moguntine sedis Bonifacii, *et desinit:* a Fresonibus cum cooperatoribus suis interemptus pro eis animam posuit, *sicut G. v. Laubmann v. c., bibliothecae Monacensis praefectus, certiorem me fecit.* 14) *De codicibus pluribus et editionibus cf. A. Nürnberger, 'N. Arch.' VIII,* 301 *sqq. (cf. ib. XI,* 40*; Holder-Egger, ib. XIII,* 578*); Commentatio p.* 8 *sqq.* 15) *Folium* 28. *bis numeratum est, foliis* 28*a et* 28*b distinctis.*

102′. *V. Willibaldi ab uno librario descriptas continet*[1], *qui ipse codicem iterum cum exemplari collatum hic illic emendavit, alio atramento usus. Scripsit ubique fere* ę *pro* ae, *interdum* ħ *pro* autem, *atque inter* quae *et* que *ita distinxit, ut* q:, *et* q;· *(semel* q;*) pro* quae, *econtra* q; *et* q: *pro* que *posuerit*[2]. *Pro* quia *passim* q *scripsit*[3], *semel* qr, *cum* q́ *pro* qui *adhibuerit, uno loco (c.* 5*) etiam* q *admittens, hancque scribendi rationem ad exemplar quo usus est redire ex mendis eius nonnullis cognoscitur, quippe qui c.* 2. *et* 8 *(bis)* qui *atque c.* 4 *(bis) et* 8. q́ *pro* quia *scripserit, notam* q *sine dubio male interpretatus. Interdum suspensionibus aevo illo rarioribus usus est, scilicet c.* 6. apōs *(= apostolum), c.* 7. archiepisc̄ *(= archiepiscopo)*[4], *in praescriptionibus capitum* 5. *et* 8. episc̄o sui litt̄ *(= episcopi sui litteris) et* pred̄ stud̄ exer̄ *(= predicationis studium exercuit). Saeculo XVI. antiquarius quidam V. Bonifatii passim expolivit et interpolavit, cuius lectiones discrepantes permultae nullius momenti sunt, unde eas non curavi nisi perraro*[5]. *Codex nisi admodum fallor ex dioecesi Eichstetensi oriundus erat, cum non solum Wynnebaldus et Willibaldus Bonifatium excipiant, sed etiam exemplaria (*1** *et* 1****) illius in eadem regione descripta sint.*

1*) *Codex Romanus bibliothecae Vallicellanae C.* 73*a, saec. X, olim (a.* 1592*) Iohannis Georgii a Werdenstein, easdem Vitas continet atque* 1, *scil. fol.* 1—49′. *Bonifatii, fol.* 49′—75′. *Wynnebaldi, fol.* 76—82′. *Willibaldi, descriptus e libro praecedente, teste O. Holder-Egger v. c.*[6].

1**) *Codex Eichstetensis antea seminarii clericalis n.* 31, *hodie archivi ordinariatus episcopalis, saec. XV. ex., olim (fol.* 3*) pertinens* ad monasterium Blanckst(etense) ord(inis) S. Ben(edicti)[7] *atque maxima ex parte (fol.* 3—105′*)* per manus Leonhardi Pfoler *exaratus, sicut ex subscriptione ipsius (fol.* 105′*) intellegitur, post Vitas Willibaldi (fol.* 3—21*) et Wynnebaldi (fol.* 21′—35′*)*[8] *et Waldburgis auct. Wolfhardo (f.* 36—79′*) fol.* 80—105′. *V. Bonifatii*

1) *Cf. Holder-Egger, SS. XV,* 82 *sq., ubi tabulam I. scripturae specimen occupat.* 2) *Pro* p̄ *semper* prae *scripsi, cum et* prę *et* pre *in codice inveniantur, atque ipse librarius interdum* pre *correxit* prę. 3) *Cf. Holder-Egger l. l. p.* 119, 26. 574*a,* 40. 4) *Etiam in codice* 4 *semel (c.* 8*)* archiepisc̄ *(= archiepiscopus) legitur.* 5) *Littera R signatas eas Nürnberger editor novissimus in apparatum admiserat.* 6) *SS. XV,* 83*; 'N. Arch.' XIII,* 578. 7) *Hodie Plankstetten, 'Reg.-Bez. Oberpfalz, Bez.-Amt Beilngries'. De codice cf. 'Archiv' IX,* 560. 8) *Cf. SS. XV,* 84.

continet (praescr. Prefacio in vitam sancti Bonifacii martiris, archiepiscopi Maguntini, que descripta est a sancto Willibaldo episcopo Eystettensi). *Textus eius ex eodem exemplari libri* 1 *descriptus est atque*

1***) *codex monasterii Rebdorfensis*[1] *a Canisio adhibitus, qui hodie latet; cf. e. gr.:*

c. 5. Italie fines adiit [allocutus cum Liutprando rege] optimumque] *verba inclusa errore e margine in textum admissa esse, signo apposito indicat* 1; *eadem absque signo inserunt* 1** *et* 1***;

c. 8. adquesierat labore, inplicavit] in(m)plicavit l. adqu. (acquisierat 1**. 1***) 1. 1**. 1***;

ib. Scirbald] *om.* 1. 1**. 1***;

ib. amisum] amicum 1. 1**. 1***;

c. 2. pedagogio magisterii est provectus] pedagogo m. (m. *om.* 1***) est profectus 1**. 1*** (*non* 1);

c. 8. sub uno eodemque horae momento] sub eodem momento 1**; sub . . . . momento 1***;

ib. exuberabat laetitia] exuberat laetititia 1; excubuerat leticia 1**. 1***.

1†) *Codex Alberti Hungeri procancellarii Ingolstadiensis* (†1604)[2], *qui item a Canisio adhibitus hodie latet, e libro* 1 *descriptus erat, postquam corrector ille saec. XVI. textui expoliendo operam dedit; mutilus aevo Canisii desinebat in verbis c.* 8 *(p.* 45, 4*):* instaurare mysteria.

2*a*) *Codex Sangallensis n.* 552, *saec. IX. ex.*[3], *p.* 103—171. *V. Bonifatii continet, quam p.* 172—173. *sententiae e Vita excerptae (infra p.* 57—58*) subsequuntur; p.* 133. *margini inferiori ab ipso ut videtur librario codicis verba illata sunt:* oia *(quid sit nescio)* lxrfbrbnt *(i. e. Lurebrant?). Postquam sermo ad codicem Augiensem (nobis* 3*) manu alia emendatus est, ex hoc libro fluxit*

2*a**) *codex Sangallensis n.* 577, *saec. X, p.* 198—242. *et Vitam et excerpta illa complectens. Lectiones varias A. Nürnberger v. c. attulit.*

1) *Rebdorf, 'Reg.-Bez. Mittelfranken, Bez.-Amt Eichstätt'.* 2) *De quo cf. 'Allgemeine Deutsche Biographie' XIII,* 413. 3) *Codex idem videtur esse, qui saec. IX. ex. in indice codicum Sangallensium antiquissimo ita commemoratur (Weidmann, 'Geschichte der Bibliothek von St. Gallen',* 1841, *p.* 386*; G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui,* 1885, *p.* 49, *n.* 287*; cf. Chroust, Monumenta palaeographica I, fasc.* 15, *tab.* 10*):* Vita sanctorum patrum, id est Hieronimi, Ambrosii, Bonifacii, *etc.*

2*b*) *Codex* **Vindobonensis** *n.* 474 *(Hist. eccl.* 99*), saec. XI, fol.* 179—210. *Vitam*[1], *fol.* 210′—211. *additamentum idem quod* 2*a.* a* *exhibet. Fol.* 1. *in margine superiore saec. XVI. adnotatum est:* Hunc librum legavit domina Barbara Staynhauserin vidua zu Lam[2], *manuque alia signum adscriptum:* Hist. Lat. Ms. N. 15, *quod ad quam bibliothecam pertinuerit nescio.* 5

Sententiae illae, quae in codicibus 2*a.* a*. *b Vitam excipiunt, numero undeviginti e codice Vitae eodem haustae sunt, e quo ipsius Vitae textus originem duxit*[3]. *Partiunculae exscriptae sunt, ut in die festo sancti proferrentur (cf. n.* 17: cuius hodie festa celebramus*); dispositio autem, monente Paulo de Winterfeld socio, non dissimilis est antiphonarii, etsi ob vocabulum* libri *(n.* 1*) servatum de eiusmodi origine cogitare vix licet. Easdem publici iuris fecit A.* **Nürnberger**, *Anecdota Bonifatiana ('*26. *Bericht der wissenschaftlichen Gesellschaft Philomathie in Neisse'), Nissae* 1892, *p.* 148—149. 10 15

2*b*¹) *Codex* **Guelferbytanus** *n.* 4099 *(Weissenburg n.* 15*), olim* Codex monasterii sanctorum Petri et Pauli apostolorum in Wissenburg, *exhibet fragmentum c.* 6 *(p.* 30, 7 — 34, 1*):* [apo]stolicae tam sibi — apostolico manibus, *saec. X. exaratum, quod folium praefixum occupat. Hoc ordine inverso insertum est, ita ut pagina* 1′. *ante* 1. *collocanda sit, textusque paginis bipartitis exaratus abscisis margine inferiore infimaque folii parte ter hiat.* 20 25

2*b*²) *Codex* **Einsidlensis** *n.* 370, *saec. X, fol.* 21—21′, *alterum fragmentum c.* 6 *(p.* 34, 4 — 35, 22*) continet:* ut per maximam — considerando circuit ec[clesias].

2*c*) *Codex* **Treverensis** *bibliothecae urbanae Cat. mss. n.* 1151, *Num. Loc.* 454, *antea n.* 963, *saec. XIII, olim volumen tertium legendarii magni S. Maximini*[4], *fol.* 162′—173. *Vitam Bonifatii Willibaldianam continet, praecedente*[5] *Moguntina. Ex hoc libro descriptus est* 30

2*c**) *codex* **Londiniensis** *musei Britannici Harley n.* 3597, *a.* 1475. *exaratus, olim* codex monasterii beate Marie ad Martires prope Treverim super litus Moselle *(fol.* 1*), cui item post Vitam Moguntinam*[5] *fol.* 127′—143′. 35

1) *Specimen scripturae dedit Pertz, SS. II, tab. I (ad p.* 5*).* 2) *Lam vicus in Bavaria Inferiore ('Bez.-Amt Kötzting') situs est.* 3) *Verba n.* 6. ad optimum *in codicibus Vitae (c.* 1*)* 2*a (pr. m.). b leguntur, dum reliqui libri lectionem genuinam* adoptivum *exhibent.* 4) *Cf. Krusch, 'N. Arch.' XVIII,* 624. 5) *V. infra p. LXI.* 40

opus Willibaldi inest. Librarius fol. 200'. *in calce codicis adnotavit:* Scriptum per me fratrem Oiswaldum de Welschpilch[1] anno Domini milesimo CCCC. septuagesimo quarto secundum stilum Treverensem quinto Kalendas Marcii. Qui legit, emendet, scriptorem non reprehendat. *Mendum codicis* 2c *in ipsa praescriptione* $2c^*$ *redit:* Item incipit vita et passio eiusdem archiepiscopi prolixioris editicionis *(sic aeque atque in* 2c*), eiusdemque necessitudinis exempla sufficiant haec:*

c. 2. protexere] obtexere 2*c*. c^*;
c. 3. ut omni se intentione] desiderio *pro* int. *in ras.* 2*c*, *et ita* $2c^*$;
c. 5. repente respuens] repetens respuens 2*c*. c^*;
c. 6. conloquendo alternatim] alt. *om.* 2*c*. c^*;
ib. multiformiter] uniformiter 2*c*. c^*;
ib. Et alii quidem in provincia Hessorum, alii etiam] alii — Hessorum *om.* 2*c*. c^*;
c. 8. regnare cum Christo possitis] r. p. cum Chr. 2*c*. c^* (*non* $2c^1$);
ib. castraque depopulans] que *om.* 2*c* (*versu ex.*). c^* (*non* $2c^1$).

$2c^1$) *Codex Londiniensis musei Britannici Addit. n.* 36737, *olim (fol.* 35', *m. saec. XIV)* liber monachorum S. Marie in Hymmerode[2] ordinis Cisterciensis, Treverensis diocesis, *deinde bibliothecae Goerresianae*[3] *n.* 57, *unde in museum Britannicum a.* 1902. *translatus est, inter passiones martyrum saec. XIII. in. exaratas post Vitam Bonifatii Moguntinam*[4] *(fol.* 122—124*) fol.* 124—126 *(olim fol.* 98—100*) partem posteriorem capitis octavi Willibaldi continet (praescr.* Incipit de passione eius, *subscr.* Explicit de sancto Bonefatio episcopo et martyre) *inde ab enuntiato modice immutato (p.* 47, 12*):* Quia replicare longum est de singulis viri beati virtutibus, ea tantum denudare studemus, que ad narrationis huius seriem pertinent, ut relatam a nobis beati viri sanctimoniam, quali hunc pariter mundum fine desereret, ratio veraciter aperiat. *Textui tres lacunae insunt, omissis verbis* quorum haec — Hathovulf *(p.* 48, 1—5*), deinde* Sed quia pagani — susciperunt *(p.* 52, 12—24*), tum* Quorum unus — praevaleret *(p.* 53, 2—10*).*

1) *Hodie Welschbillig a Treveris ad septemtriones versus.* 2) *Monasterium Himmerodense prope Wittlich in Eiflia situm erat.* 3) *Catalogus librorum manu scriptorum e Bibliotheca G(oerres)iana, (Monaci* 1902*), p.* 11. 4) *V. infra p. LXI.*

$2c^2$) *Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 8059, *saec. XV. rescriptus, Vitas sanctorum et ipse continet*[1], *et liber antiquus saec. XI. exaratus continebat, cuius scriptura postea deleta est ad textus eiusdem generis recipiendos. Fragmenta Willibaldi vetusta eaque paginis bipartitis scripta p.* 190'. *et* 190. *haec legi possunt, nonnullis abscisis verbis: fol.* 190'. *c.* 5 *(p.* 24, 19 — 25, 10*)*: [re]gendum Dei populum — discretionis facta dis[sensio], *deinde ib. (p.* 25, 20 — 26, 9*)*: [fun]gens ad occidentales — doctrinae bonae quam, *tum fol.* 190. *c.* 6 *(p.* 26, 19 — 27, 12*)*: [prae]erant germani Dettich — Domino donante fac[ta], *denique ib. (p.* 27, 23 — 28, 7*)*: [car]tam sedis apostolicae — collocutionis eorum die. *Textus erasus necessitudine quadam cum* 2c *coniunctus erat:*

c. 5. minime se dignum esse] m. d. se esse (esse *om.* 2c) 2*c.* c^2;
ib. paupertatem praediceret] p. praedixit 2*c.* c^2 *et m. al.* 4*;
ib. propriae voluntatis arbitrio] proprio v. a. $2c^2$ *cum* 2*a. b. c.* 4*;
c. 6. a sacrilega idulorum censura] a *om.* 2*c.* c^2.

$2d^1$) *Codex* R o m a n u s *bibliothecae Vaticanae n.* 6444, *saec. XIII, olim Canonicorum Regularium in Frankenthal (prope Wormatiam)*[2], *fol.* 108'—124', *e duabus partibus constat sibi ita succedentibus, ut primo (fol.* 108'—109*) initium epitomes Wolfhardi*[3] *adesse videatur (inc.* Summi atque egregii pontificis Moguntine sedis Bonifacii — — esse subiectorum non recusavit), *deinde (fol.* 109—124'*) ipsum opus Willibaldi inde a verbis c.* 3 *(p.* 12, 26*)*: Triginta aut eo amplius *subsequatur, et parte priore Vitae et capite nono omissis. Capita distincta non sunt.*

$2d^2$) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 17177 *inter particulas codicum*[4] *fol.* 66—67'. *fragmentum Vitae Bonifatii c.* 6—8 *(p.* 29, 14 sedi prelato — *p.* 41, 14 constituta primum)

1) *V. infra p. LVII.* 2) *Cf. H. Ehrensberger, Libri liturgici bibliothecae apostolicae Vaticanae,* 1897, *p.* 84. — *Monachus Kirschgartensis de coenobii vicini Frankenthalensis codice fortasse cogitavit, in Chronico Wormatiensi c.* 4 *(Boos, Monumenta Wormatiensia,* 1893, *p.* 11*) haec scribens:* Historiam vidi antiquissimam sancti Bonifacii, ubi legitur quatuor instituisse episcopatus *(cf. Willib. c.* 7*)*, sed de huiusmodi translatione *(scil. sedis metropolitanae a Wormatiensibus ad Moguntinos)* per eum facta nihil dicitur. 3) *Cf. supra p. XVII, n.* 13. 4) *Catalogus codicum hagiograph. Latin. Paris. III,* 398.

saec. XIII. exaratum continet. Praescriptiones capitum desunt.

2e[1]) *Codex* L o n d i n i e n s i s *musei Britannici Harley n.* 2800, *saec. XIII. in., volumen primum legendarii monasterii Arnsteinensis (dioec. Trever.) in regione Nassoviensi siti (codd. n.* 2800—2802*), fol.* 193'—200.

2e[2]) *Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 207—208, *saec. XIII, pars prima legendarii simillimi (codd. n.* 207/8, 98—100, 206*), fol.* 269—276, *proximus ad* 2e[1] *accedit, id quod ex iis quas attulerunt socii Bollandiani, Catalogus codicum hagiograph. Bruxell. I,* 1, 1886, *p.* 155 *sq., lectionibus intellegitur. Cum utroque legendario Rhenanum minoris amplitudinis affinitate quadam coniunctum est, cuius item duo exemplaria V. Bonifatii continent:*

2e[3]) *Codex* B o n n e n s i s *S.* 369 *(*226, *a), saec. XIV, fol.* 213—225', *et*

2e[4]) *codex* D u e s s e l d o r f e n s i s *C* 10*b*, *saec. XV. a Thirico quodam exaratus, qui versus nonnullos in calce libri (fol.* 384*) addidit, fol.* 221—238.

Praescriptiones capitum in codicibus 2e[1. 3. 4] *desunt.*

3) *Codex* C a r o l i r u h e n s i s *inter Augienses n. CXXXVI, saec. IX, fol.* 2—20, *auctore Reginberto bibliothecario Augiensi* († 846)[1] *a librario conscriptus est, qui verba nonnulla interdum scriptura distinxit, quae Saxonicae similis est, exemplar adhibitum fortasse imitatus. Scripsit ubique fere* eclesia, eclesiasticus. *Cum aliis partibus codicis plurimae emendationes postea illatae sint, Vita Bonifatii paucis tantum locis ab ipso ut videtur Reginberto correcta est.*

3*) *Codex Moeno -* F r a n c o f u r t e n s i s *bibliothecae urbanae inter libros S. Bartholomaei n.* 3, *pars secunda 'Gestorum sanctorum registri Moguntini', quae quattuor volumina (n.* 2—5*) legendarii ecclesiae S. Bartholomaei Francofurtensis a.* 1356. *finiti complectuntur*[2], *XVIII. Vitam Bonifatii continet, capite nono omisso. Textus e codice* 3 *pendet, etsi lectiones nonnullae diversi generis ex aliis codicibus illatae sunt. Artam necessitudinem cum libro* 3 *intercedentem ex his locis intellegi licet:*

1) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. IV,* 407. *Codex locum* 11. *in catalogo librorum a Reginberto comparatorum occupat, e quibus etiam decimus V. Bonifatii continebat (G. Becker l. l. p.* 21*).* 2) *Cf. 'Archiv' II,* 197. *De origine legendarii in praefatione voluminis quarti (n.* 5*) fusius relatum est.*

Praescr. c. 1. Dei servitium] Domini (*superscr.* 3) serv. 3. 3*;
c. 2. praefati patris] patris pr(a)efati 3. 3*;
c. 3. quippe populis mira] pop. *om.* 3. 3*;
c. 5. concitus exempto] conc. *om.* 3. 3*;
c. 6. paulatim pollesceret] paul. *om.* 3. 3*, 5
dum ex aliis colligitur, quae inter 3* *et* 3 *intercesserant, exemplaria ad alios libros emendata esse:*
c. 6. quippe auguria] quidem aug. 3* *cum* 4*c.* c^2;
ib. roborem quendam] arborem quandam 3* *cum* $2b^1$. 4. 4*a*. *c*. c^2; 10
ib. Gaesmere] Gicesmere 3* *cum* 2*a*. *b*. *c*. $d^{1.2}$;
c. 8. *ex.* ordine suprascripto] ord. supradicto 3* *cum* 2*c*. c^1. $e^{1.3.4}$.

4) *Codex Monacensis Lat. n.* 14704, *olim S. Emmerammi Ratisbonensis G.* 88, *tribus partibus constat, e quibus* 15 *altera (fol.* 74—120*) saec. X. in. exarata fol.* 75—101. *V. Bonifatii continet. Fol.* 119′. *adnotatum est:* Istum librum tradidit Louganpertus presbyter ad Sanctum Emmerammum pro Tutone episcopo (*Ratisbonensi a.* 894 —930) et pro remedio animae suae [1], *eademque fere verba,* 20 *Tutonis nomine praetermisso, iterum paulo supra in eadem pagina leguntur, quamvis erasa. Capita* 1. 2. *in octo lectiones manu alia divisa sunt. Librarius saepe* (a)eclesia, aeclesiasticus *scripsit similiter atque* 3.

4*) *Codex Monacensis Lat. n.* 21551 (*Weihen-* 25 *stephan* 51), *saec. XII, fol.* 29—47′ (*praescr.* Incipit epistola Willibaldi episcopi de vita sancti Bonifatii archiepiscopi). *Caput primum postea in octo lectiones divisum est.*

4*a*) *Codex Monacensis Lat. n.* 4618 (*Benedikt-* 30 *beuern* 118), *saec. XI/XII, fol.* 21—46′, *de cuius origine saec. XV. haec tegumento inscripta sunt:* Iste liber est monasterii Benedictenpeiren, *interpolationem c.* 7 (*infra p.* 39) *exhibet, de qua Fr. Kunstmann, 'Bemerkungen über eine ungedruckte Stelle aus der Lebensbeschreibung des* 35 *heiligen Bonifacius' ('Oberbayerisches Archiv für vaterländische Geschichte' I,* 1839, *p.* 154—160) *egit, quamque iteravit W. Wattenbach, MG. SS. IX, p.* 214, *n.* 20.

1) *Eadem fere nota ad Louganpertum et Tutonem spectans etiam in codicibus Monacensibus Lat. n.* 14540 (*Emm. G.* 43) *et* 14754 (*Emm.* 40 *b.* 8) *conspicitur. Cf. B. Krusch, 'Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie',* 1880, *p.* 213; *Steinmeyer et Sievers, 'Die althochdeutschen Glossen' IV,* 1898, *p.* 551; *G. Swarzenski, 'Die Regensburger Buchmalerei des X. und XI. Jahrhunderts'* 1901, *p.* 21, *n.* 4.

Ex magna librorum 4b. c cognatione soli 4b et 4c. c^2 a me ipso adhibiti sunt; legendarium autem Windbergense (4b) ceterosque codices Austriacos ad ipsam pertinere cum ex indole collectionum tum ex apparatu Nuernbergeriano colligitur. Sunt autem libri hi:*

4*b) Codex* *Monacensis* *Lat. n.* 22241 *(Windberg* 41*), volumen II. legendarii Windbergensis tempore Gebehardi abbatis* (1141—91) *exarati*[1], *fol.* 119—131'.

4*b*) Codex* *Monacensis* *Lat. n.* 9536 *(Ober-Altaich* 36*), saec. XII, olim 'S. Petri in Superiori Altach', fol.* 70 —73, *nihil continet nisi prologum Willibaldi (praescr.* Epistola Wilbaldi presbyteri de vita sancti Bonifacii archiepiscopi) *et caput primum, subsequente Conversione Afrae.*

4*c) Codex* *Vindobonensis* *n.* 336 *(Hist. eccl.* 5*), saec. XIII. in., pars exemplaris cuiusdam legendarii magni Austriaci paulo post a.* 1181. *compositi*[2], *fol.* 281—289 (*praescr.* Epistola Willibaldi de vita sancti Bonifacii episcopi).

4c^1) *Codex monasterii* *Sanctae Crucis* *(Heiligenkreuz) n.* 12, *saec. XII. ex., fol.* 210—217.[3]

4c^{1*}) *Codex* *Zwettlensis* *n.* 24, *saec. XIII, fol.* 206 *sqq.*[4]

4c^2) *Codex* *Admontensis* *n.* 654, *saec. XII, fol.* 146—182'[5] (*praescr.* Epistola Willibaldi de vita sancti Bonifacii).

4c^3) *Codex* *Admontensis* *n.* 24, *saec. XIII, fol.* 162'—168'.[6]

4c^4) *Codex* *Admontensis* *n.* 412, *saec. XII, fol.* 98' *sqq. caput* 8. *et* 9. *continet.*[7]

4c^5) *Codex* *Mellicensis* *M.* 5, *saec. XV, fol.* 132 —143[8].

Agmen claudit classis Britannica:

5*a) Codex* *Londiniensis* *musei Britannici Addit. n.* 21171, *saec. XII*[9], *fol.* 1'—22', *Vitam integram continet, cui praescripta sunt:* Hic prologus almi praesulis

1) *Cf. Analecta Bolland. XVII,* 97 *sqq.* 2) *Cf. ib. p.* 36. 3) *Ib. p.* 65*; Xenia Bernardina II,* 1, 1891, *p.* 128. 4) *Anal. Boll. l. l. p.* 65*; Xenia Bernard. II,* 1, *p.* 311*; Nürnberger, Commentatio p.* 11. 5) *Nürnberger, ib. p.* 10 *sq.; 'Archiv' VI,* 179. 6) *Anal. Boll. p.* 65*; Nürnberger p.* 11. 7) *'Archiv' VI,* 175*; Nürnberger p.* 12. 8) *Anal. Boll. p.* 65. 9) *Fol.* 43'. *scriba posterior quattuor versus ad sanctum Benedictum spectantes addidit eisdemque subscripsit:* Anno Domini MCCXCVI. Crahto monachus scripsit, *quae ad aetatem codicis primigenii non spectant. Cf. 'N. Arch.' IV,* 364.

orditur Willebaldi ex vita et virtutibus sancti martyris Bonifacii. *Praescriptio capitis noni omissa est.*

5*b*) *Codex Oxoniensis Fell n.* 3 *(antea n.* 8689 *et Fell n.* 1*), saec. XI, olim fortasse Salisburiensis*[1], *deinde Iohannis Fell episcopi Oxoniensis* († 1686), *fol.* 1—4, *pluribus foliis deperditis parteque superiore folii* 1. *conscissa, initio mutilus incipit a verbis c.* 6 *(p.* 35, 20*):* Hugoberti du[cis adiit terras praedicationisque studium apud eos diligentissime] exercuit. *Pars c.* 8 *(p.* 42, 9 episcoporum unitas — *p.* 44, 5 etiam moriente) *media in pagina deest atque totum caput* 9. *desideratur.*

5*c*¹) *Codex Londiniensis societatis de Gray's Inn*[2] *n.* 3, *saec. XI/XII, olim passionalis cuiusdam Anglici e quattuor voluminibus primum, fol.* 98′—108′, *textum continens absque praescriptionibus capitum, spatio relicto (praescr.* Incipit prologus Willebaldi presbiteri in vita sancti Bonifacii ad Lullum et Megingozum episcopos), *et*

5*c*²) *codex Londiniensis musei Britannici inter Cottonianos Tiberius D. III, saec. XIII, incendio a.* 1731. *admodum laesus, fol.* 165′—175′ *(praescr.* Incipit prefacio libri vite sancti Bonifacii episcopi Non. Iunii), *item capite nono carent.*

5*c*³) *Codex Londiniensis inter Cottonianos Nero C. VII e compluribus partibus constat, quarum una (fol.* 60—79′*) saec. XII/XIII. exarata fol.* 60′—72′. *opus Willibaldi continet*[3], *omissis et prologo et capite ultimo (praescr.* Incipit vita et passio sancti Bonifatii episcopi et martiris Nonis Iunii). *Praescriptiones capitum desunt. Denique*

6) *codex Guelferbytanus n.* 388 *(Helmstedt n.* 353*), saec. XV, olim Canonicarum Regularium in Heiningen*[4] *('Reg.-Bez. Hildesheim, Kreis Goslar'), fol.* 306—310′, *nisi caput primum et octavum Willibaldi (praescr.* Vita sancti Bonifacii) *nihil continet.*

Codex Monasteriensis saec. XII. scriptus, qui a. 1822. *in bibliotheca Paulina asservabatur, hodie latet*[5].

1) *Cf. W. D. Macray, 'Annals of the Bodleian Library'*², 1890, *p.* 148. 154 *sq.; Lawlor, 'The Mss. of the Vita S. Columbani' ('Transactions of the Royal Irish Academy XXXII, Section C, Part I'),* 1903, *p.* 35 *sqq.* 2) *Cf. A. I. Horwood, 'A Catalogue of the ancient Mss. belonging to the Honourable Society of Gray's Inn', Londinii* 1869, *p.* 3. 3) *Cf. 'Archiv' VII,* 73. 4) *Cf. O. de Heinemann, 'Die Hss. der Herzogl. Bibliothek zu Wolfenbüttel' I,* 1, *p.* 287. 5) *Tross, 'Archiv' IV,* 520*; Staender, Chirographorum in regia bibliotheca Paulina Monasteriensi catalogus,* 1889, *p. XIV. XVII. — Ignoratur, quam*

Vitam Bonifatii in monasterio Fuldensi *tempore Hattonis abbatis* (842—856) *extitisse, ex ipsius litteris intellegitur, quas Leoni IV. papae* (847—855) *inscripsit*[1], *eademque aetate in bibliotheca coenobii* Laureshamensis Vita sancti Medardi et passio sancti Bonifacii in uno codice *asservabantur*[2].

Inter codices monasterii S. Petri Salisburgensis *saec. XII. erat* de sancto Bonifacio libellus, quomodo Bawariam diviserit in quatuor episcopatus[3], *idem fortasse atque caput septimum Willibaldi, cui in codicibus cum aliis tum Baiuvaricis Austriacisque (*4*) similis titulus (p.* 36, 8*) praefixus est.*

Textum Willibaldi retractatum e codice Bruxellensi *n.* 18644—52, *saec. XII, olim bibliothecae S. Laurentii Leodiensis*[4], *fol.* 68′—78′, *publici iuris fecerunt Bollandiani, Analecta Bollandiana I, Parisiis et Bruxellis* 1882, *p.* 51—72, *conicientes, opus auctoris primigenium a se erutum, textum autem vulgatum pro immutato et expolito habendum esse. Editores vero toto caelo errasse, et G. Waitz docuit*[5] *et ipsi Bollandiani argumentis novis allatis postea demonstrarunt*[6], *atque de textu retractato agi, vel e locis Victorii, Rufini, Isidori a Willibaldo expilatis intellegitur. Codex Bruxellensis ad ipsum auctorem retractationis referendus videtur esse, isque inprimis id egit, ut sermonem Willibaldi mendis purgaret et apertiorem simplicioremque faceret; textus in universum contractus est, neque vero loci desunt, quibus relatae res auctae atque exaggeratae sint*[7]. *Posterior Vitae pars quam maxime vitiata est, ita ut corpus Bonifatii ex loco*

Vitam Bonifatii continuerint codex Thomae Phillipps *Cheltenhamensis a.* 1456. *scriptus, olim collegii Societatis Iesu Moguntini, qui a.* 1898. *Londinii veniit ('N. Arch.' XXIV,* 747*), et codex Iosephi* Goerres, *olim Confluentinus n.* 23, *saec. XIII ('Archiv' VIII,* 616*). Is a.* 1844, *quo codices Goerresiani ex parte Monacum transmissi sunt, iam desiderabatur, teste catalogo manuscripto, de quo in bibliotheca gymnasii Confluentini asservato Pesch v. c. officiosissime certiorem me fecit.* 1) *Cf. fragmenta epistularum Fuldensium a Centuriatoribus Magdeburgensibus servata (ed. Dümmler, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' V,* 386, *n.* 26*; MG. Epist. V,* 530, *n.* 31*). Saec. XI. Otloho, saec. XV. auctori Compilationis Fuldensis opus Willibaldi Fuldae praesto erat; v. infra.* 2) *Becker l. l. p.* 113, *n.* 500. 3) *Ib. p.* 237, *n.* 240. 4) *Pars prior eiusdem voluminis postea codici Lovaniensi n. VI. inserta est, ita ut 'Vita et passio sancti Bonefatii Maguntini archiepiscopi' in indice libri Lovaniensis commemorata ('Archiv' VIII,* 484*; Arndt, SS. XX,* 559*) ad textum Bruxellensem referenda sit.* 5) *'N. Arch.' VIII,* 169—171. 6) *Analecta Bolland. XV,* 268—270. *Cf. Hauck I*[3], *p.* 448, *n.* 1. 7) *Exempla alicuius momenti in notis attuli (p.* 15, 34. 25, 42. 30, 21. 37, 23. 53, 41*).*

martyrii navigio Fuldam translatum, inde Moguntiam reportatum ibique sepultum esse neglegentissime narretur; caput nonum omissum est, dum prologus adest, quamvis decurtatus.

Textus alter Willibaldi contractus, qui e libro quodam classis 4 *exscriptus erat*[1], *martyrologio cuidam saec. XII. exarato inerat, cuius fragmenta codex Dresdensis R* 52^u *inter particulas de tegumentis librorum detractas fol.* 64—65'. *exhibet; ubi Vitae Bonifatii pars extrema fol.* 64. *legitur, quam Passio Bonifatii martyris Tarsensis subsequitur e martyrologio Adonis (Iun.* 5, *ed. Georgius p.* 256 *sq.) deprompta. Vita mutila a c.* 8 *(p.* 48, 5*) incipit:* [mo]nasteriali monachorum ordine sublevatis, *atque, pluribus contractis omissisve, desinit (p.* 52, 29. 54, 19, 25*):* donec a Mogontia religiosi et fideles fratres a Lullo episcopo, successore huius sancti pontificis, directi beati viri cadaver ad monasterium, quod eo vivente construxerat secus ripam fluminis quod dicitur Vulda, ubi ipse vivens praedixerat, transtulerunt, ubi divina deinceps beneficia redundabant. *De hoc textu disseruit M. Manitius, 'Neues Archiv' XXVIII,* 1903, *p.* 733.

Tertiam epitomen Willibaldi e codice quodam Anglico $5c^1$ *simili depromptam*[2] *paulo ante saeculum XIV. medium Iohannes vicarius de Tynemuthe Sanctilogio Angliae inseruit, quod in codice Londiniensi inter Cottonianos Tiberius E. I (saec. XIV) extat*[3], *Vitis sanctorum ad dies natales dispositis. Quae collectio saec. XV. in ordinem alphabeticum redacta, iam 'Nova legenda Anglie' audit, quae vulgo Iohanni Capgrave rerum scriptori* († 1464) *attributa*[4], *primum a.* 1516. *'impressa Londinias in domo Winandi de Worde' typographi lucem aspexit, iterum a Carolo Horstman Oxonii a.* 1901. *edita est. Epitome Willibaldi (inc.* Sanctus enim Bonifacius, genere Anglus,

1) *Cf. c.* 8 *(p.* 52, 28*):* perductum est — ibique conditum ac sepultum] perducta sunt — ibique condita ac sepulta (sunt *add. Dresd.*) *codex Dresdensis cum* 4. 4*a. b. c.* c^2. 2) *Cf. c.* 1. Ad-Escancastre] Exancestre *Iohannes (cf. p.* 6, 41*); c.* 2 *(p.* 9, 6*).* Nhutscelle] Huntscelle *Iohannes cum* $5c^1$ (Nhutsellę 5*a*, Hnutscelle $5c^2$, Nhutcelle $5c^3$); *c.* 5 *(p.* 24, 8*).* in Christo laborans] in Chr. roborans $5c^{1.2.3}$ *(non* 5*a),* in Chr. roboratus *Iohannes. Neque vero Iohannes ipso codice* $5c^1$ *usus videtur esse, cum nonnulla menda eiusdem ab ipsius Sanctilogio absint; cf. c.* 6 *(p.* 29, 2*).* sciscitando profert *habet Iohannes,* profert — conloquendo *om.* $5c^1$ *(non* 5*a.* $c^{2.3}$*); ib. (p.* 33, 26*).* Orthorpf] Orthorf *Iohannes cum* 2*c.* 5*a.* $c^{2.3}$, Orthos $5c^1$. 3) *Codex postquam a.* 1731. *incendium passus est, iam restauratus duo volumina efficit, quorum alter fol.* 1—2'. *Vitam Bonifatii continet.* 4) *Cf. Krusch, Vitae sanctorum auct. Iona,* 1905, *p.* 139.

cum quinque) *in editione principe folia* 39'—41, *in altera voluminis I. pag.* 122—127. *occupat.*

Eodem fere tempore Iohannes de Grandisson *episcopus Exoniensis*[1] (1327—69) *tertiae parti compilationis* 5 *liturgicae, quae 'Legenda de usu Exoniensis ecclesiae' vocatur, inter 'lectiones proprias sanctorum'*[2] *Nonis Iuniis (fol.* 56*) tres lectiones de Bonifatio ex ipsius dioecesi oriundo inseruit (praescr.* In festo sancti Bonefacii episcopi et martiris sociorumque eius. Et nota, quod in eadem die currit 10 alius sanctus Bonefacius[3], de quo non celebramus), *quae item ex Willibaldo pendent, sed Creditoniae in oppido finitimo (hodie Crediton) Bonifatium natum esse auctor ipse primus quantum scio asseruit*[4], *his verbis incipiens:* Beatus Bonefacius in Westsaxonum provincia Anglie apud Cre-15 ditoniam in Devonia ex bona ortus prosapia, cum esset quinque annorum, ad vitam monasticam anelabat. *Lectiones concludit, poenam eorum enarrans, qui sanctum interfecissent (Willibald. c.* 8*):* pro spoliis dividendis se ipsos mutuo peremerunt. *Huius Legendae codicem, qui* 20 *ecclesiae ipsius maiori ab auctore a.* 1366. *dono datus hodieque in bibliotheca capituli Exoniensis asservatur*[5], *officiosissime me rogante inspexit v. r. W. J. Edmonds canonicus Exoniensis idemque lectionum quas dixi de Bonifatio exemplar mecum communicavit. Editionem Herberti Ed-* 25 *wardi* Reynolds, *'Legenda sanctorum, The Proper Lessons for Saints' Days according to the use of Exeter, compiled by John de Grandisson, Vol. II, part. III, fasciculus II', nancisci mihi non licuit*[6].

Denique textus quintus e Willibaldo excerptus inest 30 *codici bibliothecae universitatis* Vratislaviensis *IV. F.*

1) *De quo cf. F. C. Hingeston-Randolph, 'Episcopal Registers, Diocese of Exeter, The Register of John de Grandisson' I—III, Londinii* 1894—99; *George Oliver, 'Lives of the Bishops of Exeter', Exoniae* 1861, *p.* 75 *sqq.; W. Hunt, 'Dictionary of National Biography' XXII,* 1890, 35 *p.* 371 *sq.* 2) *Praescr.* Incipit tercia pars legende Exoniensis usus de sanctis, compilate per Iohannem de Grandissono episcopum. 3) *Martyr Tarsensis saepius eodem die celebratus est (cf. p. XXVIII,* 9*).* 4) *Idem Ad-Escancastre coenobium Exoniam esse recte perspexit (infra p.* 6, 27*) neque Danielem episcopum Wintoniensi civitati attribuendum esse igno-* 40 *ravit (p.* 19, 26*).* 5) *Cf. H. Reynolds, 'A short history of the ancient Diocese of Exeter', Exoniae* 1895, *append. p. IX. — Iohannes* Lelandus *codicem saec. XVI. vidit, e cuius notis omnes pendent, qui postea Creditoniam patriam Bonifatii fuisse rettulerunt; cf. infra p.* 5, *n.* 2. 6) *Vidi fasciculum primum eiusdem partis (Londinii* 1880*), qui* 45 *menses Decembrem et Ianuarium complectitur.*

183, *saec. XV, a Nicolao Creller plebano in Patschkau a.* 1475. *empto, deinde bibliothecae ecclesiae maioris Nissensis, vol. I, fol.* 263—265 *(inc.* Beatus Bonifacius claris in Brytania natalibus ortus, *des.* honore debito sepelierunt).

At iam, epitomis relictis[1], *ad codices redeamus necesse est, e quibus textus primigenius eruatur. Qui in duas partes discedunt, e quibus alteram codex* 1 *antiquissimus, alteram reliqui libri efficiunt, ab altero exemplari (b) originem ducentes. Quod ex ipso titulo c.* 5. *cognosci licet:* Qualiter, defuncto abbate suo, cum fratribus aliquantulum tempus commoratus est et postea ad Romam — — pervenit, *ubi verba* Qualiter — fratribus, *quae cum reliquis praescriptionibus conveniunt*[2] *neque minus ad sententiam supplendam requiruntur, in solo libro* 1 *leguntur, ubi versum unum efficiunt. Statuendum igitur videtur esse, verba illa etiam in codice (a), ad quem omnes qui supersunt libri redeunt, idem spatium occupasse, ita ut librarius exemplaris b in transcribendo eundem versum neglegenter praetermiserit, quem* 1 *diligentius ex libro a descriptum servavit. Atque reliquos codices omnes ex uno fonte b pendere, e titulo c.* 8. *confirmatur, quem solus* 1 *loco congruo exhibet, reliqui incongrue ad c.* 6. *rettulerunt, dum capiti octavo libri* 2*a. b. c praescriptionem nullam,* 3. 4. 4*a. c.* c^2. 5*a. b.* c^2 *novam praeponunt. Neque alii loci desunt, quibus eadem ratio probetur; cf. e. gr.:*

c. 5. Danielo Dei plebis speculatore] *ita* 1; D. sp. pl. Dei *rell.; cf. subscriptionem Danielis (Birch, Cartul. Saxon. I, n.* 170*):* Daniel Dei plebis famulus et speculator;

c. 6. consentit et — imperavit] *ita* 1; consensit *rell.; cf. ib. infra:* consentit etiam et oboedivit.

Duo igitur exemplaria ad lectiones genuinas indagandas praesto sunt, alterum ipse codex 1, *alterum (b) e reliquis libris eruendum.*

In universum autem eximio codici 1 *potior fides adhibenda est, id quod in rebus grammaticis et orthographicis passim apparet, cum* 1 *et b in rebus gravioribus haud ita saepe inter se dissenserint, sed plerumque, codicibus alterius*

1) *Nescio cuius Vitae Bonifatii epitomen Iohannes Gielemans canonicus Rubeae Vallis monasterii* († 1487) *Sanctilogio suo (iam codici Vindobonensi bibliothecae imperatoris privatae n.* 9397*a) fol.* 205'—207'. *inseruerit; cf. Analecta Bolland. XIV,* 20. 2) *Cf. titulos c.* 1. Qualiter in infantia *cet., c.* 2. Qualiter adolescentiae *cet., c.* 8. Qualiter per omnem *cet.*

generis sive uno sive pluribus cum 1 *facientibus, utrumque convenisse pateat. Neque vero* 1 *mendis caret*[1], *e quibus e. gr. haec afferre libet:*

c. 1. suis secum adstantibus amicis] secum *om.* 1; *cf.*
5 *e. gr. c.* 4: suis secum sumptis conviatoribus, *c.* 6: servis Dei secum adstantibus;

c. 4. relinquerat] *ita recte* 2*b;* relinqueret 1. 2*c;* reliquerat *rell.;*

c. 5. gregi praevidere magisterium] *ita* 2*a* (*m. al. in ras.*). *b.* 4.
10 4*a. c. c*². 5*a. c*¹·²·³; magistrum 2*c. d*¹. *e*¹·³·⁴. 3 (*corr.*); magis 1; *cf. c.* 8: populis praevidit magisterium;

ib. senatores denique plebis totiusque populi principes] totius(que *om.*) 1; *cf. c.* 6: seniores plebis populique principes,

15 *atque etiam verba nonnulla in* 1 *minus recte ordinata sunt, sive librarius erravit:*

c. 6. Exspectavit quippe nihilominus] E. n. qu. 1; *cf. ib. infra:* intimavit quippe ei;

c. 8. eique hereditatem, quam — adquesierat labore, in-
20 plicavit] inpl. l. adqu. 1,

sive consulto ordinem verborum immutavit, ut vocabula cohaerentia, quae Willibaldus, ut solebat, seiunxerat, ad sensum coniungeret:

c. 5. praedicationis recipere semen] pr. s. rec. 1. 3;

25 *ib.* aeternae praedicationis reficit pabulo] pab. aet. pr. ref. 1;

c. 6. Hugoberti ducis adiit terras] H. d. terras adiit 1.

Unde etiam stirpis alterius (b) ratio habenda est.

Quod verba c. 8 *(p.* 41, 14*)* primum — honorabili
30 *et infra (p.* 49, 17*)* contra insensatum *suum locum in codicibus non occupant, cum verborum ordinem parum communem ab auctore ipso adhibitum esse ex plurimis exemplis colligatur, relictis vestigiis Iaffeanis, textum immutare nolui. Nescio an praescriptiones capitum marginibus exemplaris*
35 *primigenii adscriptae fuerint, cum titulus c.* 6. *omnino desit neque lemmata c.* 7. *et* 9. *inveniantur nisi in libris* 3. 4. 5 *(c.* 7*), quae ad exemplar a redire nequeunt.*

Codices, qui a libro b originem duxerunt, duas classes efficiunt, cum codices 3. 4. 5. 6 *ex alio exemplari pendeant*
40 *atque* 2. *Illud enim et titulos exhibebat c.* 7. *et* 9. *et textum praebebat paulo minus barbarum, sed hic illic expolitum retractatumque:*

1) *Cf. quae collegit Nürnberger, Disquisitiones p. IV.*

prol. ut — sustenetis] ut — sustineatis 3. 4. 4*a*. b^*. *c*. c^2. 5*a*. $c^{1.2}$; *alii aliter;*
c. 1. dominoque Deo adiuvante] *ita* 1 (Deo *superscr.*). 2*a*. *b*. *c*. $e^{1.3.4}$; domino Deoque adi. 3. 4. 4*a*. b^*. *c*. c^2. 5*a*. $c^{1.2.3}$. 6; *cf*. *c*. 4: dominoque Deo dispensante;
c. 5. *gen. plur.* collegum] *ita* 1. 2*a*. *b*. *c*. $e^{1.3.4}$; collegarum 2d^1. 3. 4. 4*a*. *c*. c^2. 5*a*. $c^{1.2.3}$;
ib. audito — morte] *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*). *b*. *c;* audita — m. 2d^1. $e^{1.3.4}$. 3. 4. 4*a*. *c*. c^2. 5*a*. $c^{1.2.3}$.

Libri vero 2 *eo magis cum* 1 *conveniunt, e quibus codex* 2*a antiquus lectionem genuinam interdum solus una cum ipso servavit, e. gr.*
c. 1. 5. studivit] *ita* 1. 2*a;* studuit *rell.*

Attamen etiam illud ad quod codices 2 *referendi sunt exemplar vitiis singularibus minime carebat; e. gr.*
c. 1. ut [pater *add.* 2*a*. *b*. *c*. $e^{1.3.4}$] suae consuleret voluntati;
ib. mentis pertinacia] pert. m. 2*a*. *b*. *c*. $e^{1.3.4}$;
c. 4. spiritalis virore] spiritali sui rore 2*a* (*pr. m.*). *b*. *c*. $e^{1.3.4}$; spiritalis vigore *in ras.* 2d^1 *cum* 4*b*. *c*. c^2. 5*a;*
c. 6. mundi huius] h. m. 2*a*. *b*. b^1. *c*. $d^{1.2}$. $e^{1.3.4}$;
c. 8. Theodosio seniore] Th. iuniore 2*a* (*pr. m.*). *b*. *c*. d^1. $e^{1.3.4}$;
ib. sacerdotali presbiteratus officio praeditis] sacerdotes (*ita* 2d^1; sacerdotibus 2*c*. $e^{1.3.4}$; sacerdos 2*a*. *b*), *omissis verbis* pr. off. pr. 2*a* (*pr. m.*). *b*. *c*. d^1. $e^{1.3.4}$.

Discedunt autem codices 2 *in quattuor familias, scilicet* 2*a*. *b*. $b^{1.2}$, *deinde* 2*c*. c^1, *tum* 2$d^{1.2}$, *denique* 2$e^{1.2.3.4}$, *quae propriis mendis distinguuntur.*

Libros 2*a*. *b*. $b^{1.2}$ *vitiis communibus depravatos esse, ex his locis efficitur:*
c. 4. tanti [viri *add.* 2*a*. *b*] pontificis;
c. 5. dolentium] condolentium 2*a*. *b;*
c. 6. rennuerunt] meruerunt 2*a*. *b*. b^1;
ib. ad modicum] ad *om.* 2*a* (*pr. m.*). *b*. b^1 *cum* 5c^3 (*non* 5*a*. $c^{1.2}$);
ib. pagos] paganos 2*a*. *b*. b^2; paganum 2$d^{1.2}$ (*non* 2*c*. $e^{1.3.4}$),

itemque codices 2*c et* 2*e affinitate quadam inter se coniuncti sunt:*
prol. effectu pariter et voto, non propriae ludis litterari scientia] affectu p. et v., non propri(a)e laudis litterali sc. (scient(c)i(a)e 2$e^{1.3.4}$) 2*c*. $e^{1.3.4}$; *alii aliter;*
c. 8. magna se ditatam auri argentique copia credens] magnam (magna *pr. m.* 2*c*) se ibi tam auri

argentique (quam argenti 2*c*) copiam cr. habere 2*c*. *c*[1]; magnas et ita tam auri quam argentique copiam cr. 2*e*[1.3.4]; magnas tam auri quam argenti copias cr. 2*d*[1];

5 *ib.* ac privatam castimoniae] *haec om.* 2*c*. *e*[1.3.4] (*non* 2*d*[1]);
ib. ordine suprascripto] o. supradicto 2*c*. *c*[1]. *e*[1.3.4]. 3* (*non* 2*d*[1]);
c. 9. praepropere caballis] propere c. 2*c*. *e*[1.3.4].

Menda singularia libri 2c propinquique ipsius 2c iam* 10 *supra p. XXI sq. nonnulla attuli, atque fragmentum* 2*c*[1] *eidem familiae Treverensi attribuendum esse, quae sola Vitam sancti Moguntinam servavit, ex his locis intellegi licet:*

c. 8. increpando pueris (pueros 2*c*. *c**. *c*[1]) — interdixit;
ib. Sed (seu 2*c*. *c**. *c*[1]) tam omnipotentis Dei gratia;
15 *ib.* tam sanctae consocietatis] tam s. societatis 2*c*. *c**. *c*[1].

Ex erratis codicis 2*d*[1] *aut singularibus aut communibus ipsius et fragmenti* 2*d*[2] *haec adnotare libet:*

c. 5. Iam blande adorsus est fratres] Iam a. est fr. bl. 2*d*[1];
ib. inesse paucos cerneret] i. p. conspiceret 2*d*[1];
20 *c.* 6. magna quidem eorum comitum multitudo sub Theotbaldi] m. qu. eorum conglobata mult. sub Theodobaldi 2*d*[1.2].

Denique 2*e*[1.2.3.4] *ex uno exemplari, eodem multo magis depravato originem ducunt:*

25 *prol.* Dominis sanctis — Willibaldus, licet indignus, in Domino presbiter] D. suis — W. (l. ind. *om.*) in D. salutem 2*e*[1.3.4];
c. 1. suis secum adstantibus] s. s. stantibus 2*e*[1.3.4];
c. 4. et Wintra qui monasterium quod dicitur Tyssesburg] 30 *haec om.* 2*e*[1.2.3.4];
ib. euangeli umquam aditus] euangelium predicandi aditus 2*c*. *c**; eu. umquam *om.* 2*e*[1.3.4] (*non* 2*d*[1]);
c. 6. Dettic] Tetric 2*e*[1.2.3.4];
ib. Hedenes] Henedis 2*e*[1.2.3.4];
35 *c.* 9. plebibus devulgarunt] pl. divulgaverunt, glorificantes Patrem et Filium et Spiritum sanctum (s. Sp. 2*e*[4]), qui vivit et regnat in secula (seculorum. Amen *add.* 2*e*[3.4]), *addita doxologia, desinunt* 2*e*[1.2.3.4], *quod aeque atque in V. Columbani*[1] *et Galli*[2] *ad alios libros*

40 1) *Cf. Krusch, Vitae sanctorum auct. Iona p.* 96. *de codicibus et A* 3† *(nobis* 2*e*[1]*) et A* 3††, *qui ad idem legendarium pertinet atque nostri* 2*e*[3.4]. 2) *Cf. SS. R. Merov. IV,* 249, *de libro* 7 *(nostro* 2*e*[1]*)*

correctum erat, ita ut menda classis 2 *aliquot in* 2e *sublata sint; cf.*

c. 6. alii quippe auguria] quippe *om.* 2*a. b.* b^{1}. *c.* $d^{1.2}$, *habent* $2e^{1.3.4}$;

ib. Gaesmere] Gicesmere 2*a. b. c.* $d^{1.2}$; Giscemere $2b^{1}$; Germere $2e^{1.2.3.4}$;

c. 7. brebi videlicet proferamus sermone] brebi *om.* 2*a (pr. m.). b. c.* d^{1} *(pr. m.).* d^{2}, brevi *habent* $2e^{1.3.4}$.

Inter reliquos libros codex 3 *e schola Augiensi ortus est, a discipulo Reginberti satis libere descriptus, qui menda sermonis genuini saepissime sustulit, textum ad leges grammaticas expoliens. Cum e. gr. Willibaldus locis haud paucis modum coniunctivum pro indicativo posuisset, illum librarius* 3 *saepius correxit quam servavit.*

Reliqui codices et Baiuvarici Austriacique (4) *et Anglici* (5) *ex uno libro pendent:*

prol. propriae ludis litterari scientia] propria ludi lit(t)eralis (litteris $5c^{2}$) sc. 4. 4*a.* b^{*}. *c.* c^{2}. 5*a.* $c^{1.2}$;

c. 5. circumvallat] circumvolat 4. 4*a. c.* c^{2}. 5*a.* $c^{1.2.3}$;

ib. humiliter repente respuens] hum. hoc ren(n)uens 4. 4*a. c.* c^{2}. 5*a.* $c^{1.2.3}$;

c. 6. metallo] materia 4. 4*a. b. c.* c^{2}. 5*a.* $c^{1.2.3}$;

ib. Gregorio secundo] sec. *om.* 4. 4*b. c.* c^{2}. 5*a.* $c^{1.2.3}$; Gr. iuniore 4*a*;

c. 7. Frigisingensi ęcclesiae superspeculatoris tenuit principatum] super Frigisingensem (*ita* 4*a*; Frigingensem $4c^{2}$; Fringensem *corr.* Frisingensem 5*a*, *et ita rell.*) ę(e)cclesiam specul. t. pr. 4. 4*a. b. c.* c^{2}. 5*a.* $c^{1.2.3}$.

E quibus libri 4, *ut e regionibus finitimis originem duxerunt, ita artius inter se coniuncti sunt, e. gr.*

c. 2. et omnium mercedis] et ex omnibus ipse merc. 4. 4^{*}. 4*a. b. c.* c^{2};

c. 4. adoptatum inchoaverat] optatum inchoaret 4. 4^{*}. 4*a. b. c.* c^{2};

c. 5. proreta] propheta 4. 4^{*}. 4*a. b. c.* c^{2};

c. 8. adventata] conveniens 4. 4^{*}. 4*a. b. c.* c^{2}.

Necessitudo autem, quae cum antiquissimo huius generis codice 4 *intercedit, singulis libris non eadem est.*

Codicem 4^{*} *e* 4 *descriptum esse, postquam hic ab aliis librariis correctus est, certo certius mihi videtur esse; cf.*

c. 2. eum cottidiana] eum *eras.* 4, *om.* 4^{*} (*non* 4*a. c.* c^{2});

c. 4. si et fructus] et *eras.* 4, *om.* 4^{*} (*non* 4*a. c.* c^{2});

c. 5. et sanctus hic] et *eras.* 4, *om.* 4^{*}, *expunct.* $4c^{2}$ (*non* 4*a. c*);

c. 6. edocati] edoc : ti, *ras.* a 4; edocti 4* (edocati 4*a*, educati 4*c*. *c*[2] *cum aliis*);
ib. repente] *eras.* 4, *om.* 4*;
ib. profecto profectus] subito profectus 4 *(pr. m.)*. 4*a*. *b*. *c*. *c*[2]; *sed* subito *eras.* 4, *om.* 4*,

itemque libri 4*b*. *c ad exemplar quoddam referendi sunt, quod, nisi fallor, e codice* 4 *pendebat, mendis nonnullis iam inquinato*[1]:

c. 1. conperimus] *ita* (4*a*) *cum rell.*; comperi :, *ras.* m' 4; comperi :, *ras.* m 4*c*[2]; comperi 4*. 4*c*; compererim 4*b*. *b**;
ib. quamque vitam] *ita* (4*a*) *cum rell.*; que *eras.* 4; que *om.* 2*c*. 4*. 4*b**. *c*. *c*[2].

Neque solum hos libros, sed etiam 4*a e* 4 *pendere, ex locis compluribus colligi licet:*

prol. tenacior] sensus *add.* 4*. 4*a*. *b*. *b**. *c*. *c*[2], *m. al. in marg. add.* 4;
c. 2. intimae] *m. al. corr.* intima 4, *et ita* 4*. 4*a*. *b*. *c*. *c*[2];
c. 4. Tyssesburg] *ita in textu* 4 *cum aliis;* Tyusburch 4*. 4*a et m. al. in mg.* 4; Tyuspurch 4*b*. *c*[2]; Truspurch 4*c*;
ib. huius sancti propositi] sancti *om.* 4*. 4*a*. *b*. *c*. *c*[2], *versu exeunte om.* 4;
ib. Cent] Caent *m. al. corr.* Gent 4, *et ita* 4*. 4*a*. *b*. *c*. *c*[2];
c. 6. Hugoberti] *m. al. corr.* Huguberti 4, *et ita* 4*. 4*a*. *b*. 5*c*[2]; Hugberti 4*c*. *c*[2];
c. 8. Wintrung] *m. al. corr.* Wintruncg 4, *et ita* 4*. 4*a*; Winthrung 4*c*; Winthrucg 4*c*[2];
ib. interemptio exitii] *m. al. corr.* int. exitus 4, *et ita* 4*. 4*a*. *b*. *c*. *c*[2];
ib. supradictam Magontiam] supradictam *om.* 4*. 4*a*. *c*. *c*[2], *versu exeunte om.* 4;
ib. DCCLV. annus cum indictione] DCCLU. annus cum (*versu in* cum *desinente, m. al. in marg. addita sunt* septingentesimus quingentesimus secundus) i. 4; DCCLII. (septingentesimus quinquagesimus secundus 4*c*. *c*[2]) a. cum i. 4*. 4*b*. *c*. *c*[2]; DCCLV. annus cum LXX^{mus} L^{mus} secundus ind. 4*a*;
praescr. c. 9. explorantibus] *om.* 4*. 4*a*. *c*. *c*[2], *versu ex. om.* 4.

Cum igitur, quae in 4 *m. al. interpolata aut versu exeunte praetermissa sunt, ea in reliquis huius classis codicibus item*

1) *Fortasse commemorare licet, textum Gallicani auct. Hrotsvita in legendario Austriaco traditum (cf. Anal. Boll. XVII,* 67*) item e codice quodam S. Emmerammi (Monac. Lat. n.* 14485*) pendere, id quod codice nostro* 4*c cum editione Pauli de Winterfeld v. c. collato perspexi.*

aut adsint aut desiderentur, non solum libri 4*. 4*b. c ad* 4 *referendi sunt, qua de re dubitari vix licet, sed etiam* 4*a ex eodem fonte pendere videtur.*

At ex aliis locis intellegitur rem aliter sese habere neque 4*a e* 4 *pendere, cum lectiones nonnullae in* 4*a legantur meliores quam in* 4 *eaedemque ex aliqua parte tales, quales a librariis illius aevi alterum exemplar conferentibus vix admitti solebant:*

c. 5. iteneris] *ita* 1. 4*a (pr. m.)*; itineris 4 *cum rell.*;
c. 8. itenere] *ita* 1 *et pr. m.* 3. 4*a*; itinere (4) *cum rell.*;
c. 6. ut — subiecerat] *ita pr. m.* 4*a cum aliis*; subiecerit 2*c*. 4. 4*. 4*b*; obiecerit 4*c*; obiecer: *corr.* obiecit 4*c*²;
ib. verborum [Dei *add., sed expunct.* 4; Dei *add.* 4*. 4*b. c. c*², *om.* 4*a cum rell.*] oppositionibus;
c. 7. Frigisingensi] Frigisingensem 4*a*; Frisingensem *deterius* 4. 4*. 4*c*; Frigingensem 4*c*²;
c. 8. Waltheri] *ita* 1. 4*a*; Walteri 2*c*; Walthere 3. 4. 4*. 4*c. c*²;
ib. hausto] *ita pr. m.* 4*a cum* 1. 2*a. b. c*; haustu 3. 4. 4*. 4*c. c*².

Unde necessitudinis inter codices 4 *et* 4*a intercedentis alia causa statuenda videtur esse, atque coniecerim lectiones illas codici* 4 *m. al. illatas ex exemplari quodam* 4 *simili (k), sed magis depravato pendere, e quo etiam liber* 4*a descriptus sit, quodque verba nonnulla a librario* 4 *ab uno versu ad alterum transeunte omissa sunt, quae medio in versu et* 4*a et libri alii praetermittunt, id fortuito factum esse potest, librario* 4 *versus nonnumquam eodem loco finiente, quo decessor eos finiverat. Quod quomodocumque se habet, codice* 4 *adhibito, non solum* 4*b. c, sed etiam* 4*a in universum neglegi poterant, paucissimis locis exceptis.*

Codices 4*b. c iisdem mendis inter se coniuncti sunt:*

prol. nominatissimus historiographorum] hist. nom. 4*b. b**. *c. c*¹·²·³;
ib. et cultum pietatis] cultumque p. 4*b. b**. *c. c*¹·²·³;
c. 1. Fitque mirum in modum] atque m. in m. 4*b. b**. *c. c*¹·²·³;
c. 2. Wynberchtes] Wicberti 4*b*; Wigberti 4*c. c*¹·²·³;
c. 4. epipata] pirata 4*b. c. c*¹·²·³,

antequam in familiam Baiuvaricam 4*b et Austriacam* 4*c discesserunt:*

c. 1. dominoque Deo adiuvante] domino Deoque adiuv. 4*b. b** *cum* 3. 4. 4*a*. 5*a*. *c*¹·²·³. 6; domino Deoque auxiliante 4*c. c*¹·²·³;

ib. prolata petitione] prol. *om.* 4*b*. b^{*}; se *pro* prol. 4*c*. $c^{1.2.3}$;
c. 4. regnante Ine Westsaxonum rege, subitanea] r. inewest (in W e s t p h a l i a 4*c*) Saxonum r. K a r o l o, s. 4*c*. c^{2};
c. 6. paganorum vocabulo] Romanorum v. 4*c*. $c^{1.2.3}$.

E libris Anglicis, qui arta necessitudine inter se cohaerent:

c. 4. Cent] Kent 5*a*. $c^{1.2.3}$;
ib. Et tanta abbatis] et tanti abb. 5*a*. $c^{1.2.3}$ *et pr. m.* 2*b*; ut tanti abb. 4. 4*a*. *c*. c^{2};
c. 6. Gaesmere] Gesmarę 5*a*; Gesmare 5$c^{1.2.3}$;
c. 8. Westeraeche] *altera littera* e *in libris Britannicis eiecta est:* Westreche 5$c^{2.3}$; Vestreche 5*b*; Vestrechę 5c^{1}; Westrece 5*a*,

codices 5$c^{1.2.3}$ *peculiari vinculo conexi sunt:*

c. 4. 8. Trecht] Utrecht 5$c^{1.2.3}$ *(non* 5*a et c.* 8. 5*b)*;
c. 5. et novissimo priorem] et a nov. pr. 5$c^{1.2.3}$ *(non* 5*a)*;
ib. in Christo laborans] in Chr. roborans 5$c^{1.2.3}$ *(non* 5*a)*;
c. 6. Eanbercht] Eanberht 5*a cum* 2*a*. *c*; Anbercht 5c^{3}; Anberht 5c^{1}; Anberth 5c^{2};
c. 7. Erembercht] Erembrert 5*a (abscisum* 5*b)*; Weremberct 5c^{3}; Weremberet 5c^{1}; Peremberet[1] 5c^{2};
c. 8. capsas abstulit, magna (magnaque 5*a*) se ditatam (m. sedata tam 5*b*) auri] c. abst. repletas auri 5$c^{1.2.3}$.

Denique codex 6 *ut e Germania septemtrionali originem duxit, ita cum libris Anglicis (*5*) facit:*

c. 1. a cepti] *recte* 6 *cum* 3. 5*a*. $c^{1.2.3}$;
c. 8. Haegsted] *ita* 2*a*. *b*. 3. 5*a*; Egsted 6; Haegstede 5$c^{1.2.3}$; *alii aliter*;
ib. Gundaecer] Gundeker 6 *cum* 5*a*. *b*. $c^{1.2.3}$;
ib. Westeraeche] Westreche 6 *cum* 5$c^{2.3}$; *cf. supra l.* 13,

etsi etiam aliae lectiones in eo deprehenduntur, velut


c. 8. magna se ditatam auri argentique copia] magnas et ita tam auri quam argenti (que *add.* 2$e^{1.3.4}$) copiam 6 *cum* 2$e^{1.3.4}$ (*cf. supra p. XXXIII,* 2),

neque menda peculiaria libro recenti deesse consentaneum est, e. gr.

1) P *pro littera Saxonica 'wen' posita est, id quod saepius contigit.*

c. 8. presbiteris ac diaconibus, quorum — Aethelheri] pr. et subdyaconibus (quorum — Aethelheri *om.*) 6.

Rationes ergo inter codices potiores intercedentes tali fere stemmate depingere licet:



In rebus orthographicis ubique fere codex **1** ***praestantissimus eminet, hic illic cum aliis libris conveniens et passim ex epistulis Bonifatianis***[1] ***et Vitis Willibaldi Wynnebaldique confirmatus, cum textus*** **3** ***et ipse antiquus in rebus et grammaticis et orthographicis saepissime ad regulas humanioris aevi emendatus sit neque ad rationem scribendi primigeniam cognoscendam faciat nisi perraro. Atque ne de litteris*** **ae** ***vel*** **ę** ***et*** **e** ***vulgo permutatis et de consonanti-***

1) ***Attamen monuerim, exempla infra ex epistulis allata non omnia ab E. Dümmler editore b. m novissimo in textum admissa, sed haud raro notis attributa esse; quae cum in praestantissimis codicibus epistularum legantur, mea quidem opinione restituenda sunt.***

bus non assimilatis dicam, talia admittenda mihi esse videbantur[1]*:*

b *pro* ph: neobitorum 1.

b *pro* v: *coniug. perf.* renovabit 1 [*cf. e. gr. V. Willib. c.* 5, *Wynneb. c.* 4. 9 (*p.* 104, 3. 109, 14. 114, 9): meabit, conpellabit; *epist.* 116. 121. 138 (*p.* 406, 24. 410, 11, 17. 423, 20): conservabit, curabimus];
albeum, albeariis 1 [*V. Wynneb. c.* 7 (*p.* 112, 26): albeariis];
brabium 1 [*ib. c.* 8 (*p.* 113, 26): brabio];
brebi 3 (*pr. m.*) [*epist.* 91 (*p.* 376, 27): brebitas];
Iobis 1;
iubantibus 1 (iubentibus 4. 4*a*) [*epist.* 6. 51. 130. 148 (*p.* 246, 10. 303, 9. 417, 30. 429, 23): iubat, iubante; *V. Wynneb. c.* 2 (*p.* 108, 22): adiubaret];
obans 1 [*V. Willib. c.* 3, *Wynneb. c.* 2. 13 (*p.* 91, 10. 107, 28. 116, 40): obantes];
obbiam, obbiantes 1;
bibrando 1. 4 (*pr. m.*), bibrantibus 1.

v *pro* b: *coniug. fut.* iudicavit 1. 3. 4*a*, liberavit 1. 2*a* [*epist.* 46. 80. 87 (*p.* 295, 21. 359, 3, 6. 372, 16): laudavit, glorificavit, separavit, communicavit].

c *pro* ch: cyrografum *omnes.*

ch *pro* c: choruscus 1, choruscatio 1. 2*c;*
chorus (*i. e. corus, caurus*) *omnes.*

c *pro* g: castrimargia 1. 2*c.*

g *pro* c: elugubratus 1. 4*a et m. al.* 4.

ch *insertae:* prochemium (*i. e. prooemium*) 1 [*V. Willib., prol. et c.* 1 (*p.* 86, 31. 88, 13): prochemio].

cx *pro* x: ancxius 1;
iniuncxi, iniuncxisset, subiuncxerat 1;
perstrincximus 1.

d *pro* t: velud 1. 2*a;*
dereliquid 1. 3.

e *pro* i: 3. *decl. gen. sing.* antistites, furentes, inbeciliores, parvitates 1;
dat. sing. administratione *omnes,* admonitione *plerique,* amore 1, auditione *omnes,* debili-

1) *Cf. ea quae Nürnberger, Disquisitiones p. VI sqq. de vocalibus et consonantibus in codice* 1 *permutatis collegit.*

tate 1. 2*a*. *b*. 4, duce 1, imitatione *omnes*, infirmitate 1, iuniore *omnes*, labore *omnes*, mansuetudine 1, munere 1. 2*a*. *b*. *c*. 4. 4*a*, munitate 1. 2*b*. 3, praesumptione 1, sanctitate 1, societate 1, temeritate 1, timore 1, vigore 1. 2*a*. *b*. 4*a* [*epist*. 37. 47 (*p*. 287, 11. 295, 33): milite, gubernante];

abl. *sing*. caeleste, carnale, elegante, familiare, magisteriale, rationabile, salutare, spiritale 1, triste 1. 2*a*. *b*. *c*;

Aprelis 1;

in compositis: 1) *-ligere*: elegeret 1 [*V*. *Willib*. *c*. 5. 6 (*p*. 104, 38. 106, 1): elegebant, elegendo]; 2) *-quirere*: adquesierunt 1, adquesierat 1. 4, exquesivit 2*a* [*V*. *Wynneb*. *c*. 7 (*p*. 112, 10): adquesivit; *epist*. 13 (*p*. 260, 7): adquęsieris]; 3) *-rigere*: diregas, eregeret 1; 4) *-sidere*: praesedere 1, praesedebat 1. 3 [*epist*. 52. 59 (*p*. 306, 9. 316, 23. 319, 13. 320, 31): praesedemus, praesedente]; 5) *-tinere*: detenent, sustenetis 1, sustenuit 1. 2*a* [*V*. *Wynneb*. *c*. 13 (*p*. 116, 14): sustenendo; *epist*. 115 (*p*. 405, 8, 15): contenere, retenuisset];

devulgantes 1. 2*a*, devulgarunt 1. 3. 4 [*epist*. 60. 73 (*p*. 324, 16. 342, 35): devulgentur, devulgatum];

iteneris, itenere *passim* 1, *semel* 2*a*, *bis* 3. 4*a* [*cf*. *e*. *gr*. *V*. *Willib*. *c*. 3. 4, *Wynneb*. *c*. 2. 3 (*p*. 91, 16. 94, 18. 107, 32. 108, 36): iteneris; *epist*. 131. 137 (*p*. 418, 18. 422, 19): itenere, itenera];

relegio, relegiosus *passim* 1, *saepe* 2*a*, *semel* 3 [*epist*. *saepe*];

sterelem 1 [*V*. *Willib*. *c*. 4 (*p*. 96, 22. 97, 5), *epist*. 67 (*p*. 335, 24): sterelis];

trepudiantibus 1 [*epist*. 3 (*p*. 236, 6): trepudians].

i *pro* e: 3. *decl*. *nom*. *sing*. comis 2*a*. *b*; sospis 1. 2*a*; *abl*. *sing*. consentienti (*bis*), pontifici (*quater*) *complures* [*epist*. 81 (*p*. 361, 31): remuneratori];

3. *coniug.*: adsclsciret 1;

in compositis: 1) *-cedere:* decidente 2*a*. *b*; 2) *-cipere: perf.* accipit, acciperunt 1, recipisset, susciperunt 1. 2*a* [*epist.* 32. 47. 64. 73. 81 (*p.* 283, 12. 295, 36. 333, 13. 341, 1. 361, 33): acciperit, accipisti, accipimus, suscipimus; *V. Willib. c.* 4 (*p.* 99, 16): recipit]; 3) *-ficere:* conficerim 1. 2*a*, *perf.* reficit 1. 2*a*. *b*. 3 [*epist.* 50 (*p.* 301, 27): proficerit];

de- *in compositis:* diffinire, diffinitio *plerique*; dilectatione 1; dilubrorum 1 (*bis*). 2*a* [*epist.* 109 (*p.* 395, 20): dilubra]; dirivatur *plerique*; discensis 1. 2*a*. *b*. 4 [*epist.* 115 (*p.* 405, 5): discendentem]; distinare, praedistinare, praedistinatio *passim* 1. 2*a*, *saepe* 3. 4 [*item epist.* 26. 43. 44. 59. 81. 98. 133 (*p.* 277, 18. 291, 11. 292, 19. 318, 36. 362, 9. 385, 10. 419, 18)];

-escere: inluciscente 1. 2*a*. 4; convaliscente, invaliscente 2*a*;

bibliothica 1 [*item V. Willib.*, *prol.* (*p.* 86, 30)];

familicus *bis* 1. 2*a*. 3, *semel* 4.

e *pro* y: marteri (= *martyrii*) 1.

f *pro* ph: cyrografum 1. 3. 4;

sarcofagus *omnes*.

geminatio male omissa:

s: *partic.* amisum (amicum *cod.*), commisi, omisam, remisi 1; amisione 1 [*cf. e. gr. epist.* 78. 86. 112. 134 (*p.* 353, 1. 368, 32. 401, 10. 420, 17): amisum, commisa, permisum, promisa; *ib.* 86. 90 (*p.* 368, 35. 375, 27): inmisiones, promisio].

geminatio male admissa:

i: hii, hiis 1 [*item epist.* 73. 136 (*p.* 344, 21. 421, 32), *V. Wynneb. c.* 7 (*p.* 111, 43)];

r: obserratis 1. 2*a*. *b*. 3;

s: commisserunt 1 [*epist.* 80. 87. 117. 126. (*p.* 360, 13. 369, 32. 407, 17. 414, 28): missimus, mississet];

evassit 1;

excussavit 1. 4. 4*a*, recussavit 1 [*epist. saepe* accussare, excussare, recussare, *e. gr. epist.* 10 (*p.* 253, 13, 14, 18, 32.

254, 1, 7. 256, 3); *V. Willib. c.* 3 (*p.* 90, 14): excussando];
occassionem 1 [*item epist.* 103 (*p.* 389, 11)].
h *omissa:* astatus 1. 2*c.* 3. 4. 4*a;*
exalantes *omnes;* 5
exortatio *bis* 1. 3, *semel* 2*a. b.*
h *addita:* cohercuit 1. 2*a. b.* 3;
hostium 1. 3.
i *pro* y: neobitorum 1 (neophit. *rell.*);
simbulo 1. 2*c.* 3. 10
y *pro* i: cyrografum *omnes.*
o *pro* u: 4. *decl. abl. sing.* hausto 1. 2*a. b. c.* 4*a;*
adolando, adolationibus 1. 2*a.* 4. 4*a;* adolatione 1. 2*a.* 4 [*item epist.* 9. 64. 92. 98 (*p.* 249, 27. 331, 15. 378, 17. 384, 35)]; 15
commonionem 1 [*epist. saepe* commonis, commonio, *e. gr. epist.* 115. 138 (*p.* 404, 22, 37. 405, 1, 16, 18. 423, 23)];
edocati 1. 2*a. b.* 4. 4*a* [*epist. saepe* edocare, edocatio, *e. gr. epist.* 5. 45. 80 (*p.* 239, 7. 293, 32. 359, 9)]; 20
incolomis 1. 2*a. b*;
motationem 1. 4.
u *pro* o: compus 1 (comptus 2*a. b*) [*cf. V. Wynneb. c.* 2. 13 (*p.* 107, 28. 116, 12): campi = *compotes*]; 25
diabuli 4, diabulo 2*a.* 4 [*epist.* 46 (*p.* 295, 17): diabuli];
idulorum *ter* 1, *semel* 2*a* [*item epist.* 23. 59. 65 (*p.* 273, 2. 318, 36. 334, 11)]; 30
mursibus *bis* 1, *semel* 4 [*item V. Wynneb. c.* 7 (*p.* 112, 28)];
parabularum 1. 3. 4. 4*a;*
prumptus *bis* 1, *semel* 2*a* [*item V. Willib. c.* 3, *Wynneb. c.* 7. 8 (*p.* 91, 3. 111, 12. 113, 14); *epist.* 108 (*p.* 394, 33)]; 35
simbulo 1. 2*b.* 3. 4. 4*a* [*item epist.* 26 (*p.* 276, 27)].
oe *pro* e: moeta 1. 2*a. b.* 4. 4*a.*
u *post* ng *inserta:* continguente 1 [*V. Wynneb. c.* 13 (*p.* 116, 43): continguere]. 40
u *pro* au: clustris 1. 2*c* [*epist.* 1 (*p.* 235, 7): clustello]; ludis *v. supra p. XIV.*
y *pro* u: gylosam 1.

In universum igitur codex 1 *rationem scribendi talem servasse videtur, qualem a discipulis Bonifatii adhibitam esse verisimile est, neque ab eodem recedendum mihi esse videbatur nisi raro. In nominibus primae declinationis semper* -ae *scripsi, dum in libro* 1 *pluribus locis* -ę, *rarius* -e *legitur; e contrario cum aliis codicibus litteram* e *simplicem ibi retinui, ubi librarius* 1 chorępiscopus, ę, ędictum, ędoctus, ęquus, ętiam, fidęi (*passim*), Hęsi (= Hessi), lucę, piętas, propriętas, -quę *pro* -que (*in* anterioribusquę, infantiaequę, studiumquę) *scripsit, neque minus cum aliis* coepit *duobus locis exhibui, quibus* 1 cępit *habet. Item semel dissentiente eodem libro* extitit *pro* exstitit *scripsi, sicut in ipso alibi* extitit, extitera(n)t *leguntur.*

Nomina propria haud raro minus integra idem liber servavit[1], *cum nonnulla a librario in formam usitatiorem aut sermoni patrio magis accommodatam redacta sint, dum genuinam lectionem in exemplari b extitisse e ceteris codicibus efficitur. Radbodus dux more Fresonum atque Anglosaxonum in libro b* R(a)edbodus *audiebat, cum scriba* 1 *quater (c.* 4. 5*)* Raatbodus *scripserit; sed uno loco (c.* 4*) litterae* aat *pro duabus erasis substitutae sunt, atque quinto (c.* 4*) et ipse* Rędbodum *ducem vocavit. Dum* Baguarii *in b inveniuntur (c.* 5—8*)*[2], Baioarii (*semel* Baiuarii) *more consueto nomen audit in* 1; *pro forma instrumentis aequalibus sancta* Frigisingensi *(c.* 7*) librarius scripsit* Frisingensi, *quod nomen contractum usu praevaluit, itemque* Hucperti *nomen loco* Hugoberti *posuit (c.* 6*),* Eihstat *pro* Haegsted *(c.* 8*), neque minus* Purchhardo *ad hominem Baiuvaricum pertinet, qui ipse paulo supra* Burchhardum *retinuerat (c.* 8*). Quod denique littera* t *finalis ter in* 1 *omissa est, scilicet in nominibus* Wynbercht, Berechtwaldus, Trecht *(c.* 4*), id sine dubio ad neglegentiam pronuntiandi referendum est.*

Fragmentum 2*b*[2] *Gabriel Meier,* 2*b*[1] *Gustavus Milchsack bibliothecarum praefecti officiosissime contulerunt et hic praeterea specimen* 6 *misit;* 2*d*[2] *Henricus Lebègue trac-*

1) *In nominibus genuinis eruendis officiosissime me ab Edwardo Schröder v. d. adiutum esse, hoc quoque loco grato animo reminisci decet.*
2) *Cf. versionem Orosii Saxonicam I,* 1 *(ed. H. Sweet, 'King Alfred's Orosius, Early English Text Society' LXXIX,* 1883, *p.* 16*):* 'B(a)egware'; *Chron. Saxon. a.* 891 *(SS. XIII,* 107*; Plummer, 'Two of the Saxon Chronicles' I,* 1892, *p.* 82*):* 'Baegerum'. — *E coaevis continuatores Fredegarii c.* 12. 26. 32 *(SS. R. Merov. II,* 175. 180. 182*)* Baguarinsis, Bagoarii, Bagoaria *scripserunt, monente B. Krusch v. c.*

tavit, lectiones $2d^1$ Aemilius Göller, 3^* Otto Schiff exscripserunt. Codicem 1 Wilhelmus Arndt b. m. olim contulerat, eundem iterum iterumque ipse evolvi, qui etiam reliquos codices aut contuli aut examinavi, exceptis iis, quos e libris tantum impressis mihi compertos esse supra monui. Lectiones varias codicum 1. 2a. b. 3. 4 universas adnotavi, etsi meros lapsus calami nullius momenti suppressi, uno pretiosissimo libro 1 excepto, in quo nihil sustuli nisi res orthographicas leviores; deinde $2b^1$. b^2. c ita adhibui, ut singulorum menda peculiaria in apparatum non admitterem; denique alios libros raro citavi, ubicumque aliquid notatu dignum esse videbatur.

Anno 1555. *Caspar de Nydbruck consiliarius imperatoris de Vita Bonifatii una cum epistulis edenda cogitabat, cuius duo exemplaria ei praesto erant*[1]. *Deinde Flacius sociique opus Willibaldi, quem pro episcopo Eichstetensi habebant, in 'Octava centuria ecclesiasticae historiae' (Basileae* 1564*) componenda adhibuerunt (inprimis col.* 790 *sqq.)*[2]. *Editionem principem instituit*

Henricus C a n i s i u s, *Antiquae lectionis tomus IV, pars secunda, Ingolstadii* 1603, *p.* 341—386, *usus codice Rebdorfensi* (1^{***}) *et apographo Hungeri* ($1^{\dagger}$), *quorum lectiones varias p.* 387—391. *subiunxit, dum codicis Windbergensis* (4*b*) *postea reperti lectiones p.* 742—745. *addit. Eius editionem iteravit Iacobus* B a s n a g e, *Canisii Lectiones antiquae II, Antverpiae* 1725, *p.* 232—249.

Nicolaus S e r a r i u s, *Epistolae S. Bonifaci martyris, Moguntiae* 1605 *(iterumque* 1629*), p.* 253—284, *Vitam e codice Francofurtensi* (3^*) *edidit*[3], *capite ultimo e Canisio suppleto, cuius lectiones etiam alibi in textum admisit*[4], *aliis*

1) *Cf. Nürnberger, 'Zur handschriftlichen Ueberlieferung der Werke des h. Bonifatius' ('Programm des Gymnasiums zu Neisse'* 1883*), p. XIII. — Willibaldi opus etiam a Iohanne Lelando antiquario Anglico* († 1552) *in Commentariis de scriptoribus Britannicis c.* 92 *(ed. Hall I, Oxonii* 1709, *p.* 126 *sq.) ad codicem quendam classis* 5 *adhibitum et citatum est.* 2) *Cf. Nürnberger, 'Die Bonifatiuslitteratur der Magdeburger Centuriatoren' ('N. Arch.' XI,* 15*). — Aventinus in Annalibus ducum Boiariae III,* 8. 9 *(ed. Riezler I, p.* 380 *sqq.) praeter Otlohum Vita Willibaldiana minime usus est, id quod Nürnberger l. l. p.* 13*) cum editore statuit.* 3) *Codicem* 3*, *quem 'Moguntinam matriculam' vocat (Moguntiacarum rerum libri,* 1604, *p.* 319 *sq.), Serarius ab Andrea Weber Francofurtensi, decano S. Bartholomaei, acceperat.* 4) *E. gr. interpolationem c.* 7. *ad Vivilum episc. Patav. spectantem e Canisio deprompsit.*

fortasse e codicibus Sangallensibus (2a. a) deprompitis, quos Gretserus excusserat*[1].

In editione quarta Laurentii Surii, *De probatis sanctorum vitis (VI), Iunius, Coloniae Agrippinae* 1618, *p.* 49—57, *textus Serarianus iteratus est, Canisii quoque ratione habita et capite nono omisso.*

Iohannes Mabillon, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, saeculum III, pars secunda, Lutetiae Parisiorum* 1672, *p.* 4—27, *nullo codice adhibito, Vitam ad editiones Canisii et Serarii recensuit.*

Godefredus Henschenius *et Daniel* Papebrochius, *Acta sanctorum Iunii I, Antverpiae* 1695, *p.* 460—472, *praeter editiones priores codicem S. Maximini (2c) adhibuerunt.*

Dom Martin Bouquet, *'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis* 1741, *p.* 664—666, *et V,* 1744, *p.* 424—425, *frustula e Mabillonio excerpta iteravit.*

Georgius Heinricus Pertz, *MG. Scriptores II, Hannoverae* 1829, *p.* 333—353, *inprimis codicem* 3 *secutus est, libris quoque* 2*b et* 4*c adhibitis.*

I. A. Giles, *Sancti Bonifacii opera II, Londinii* 1844, *p.* 143—182 *(cf. p.* 271*), textum Serarianum iteravit, locis nonnullis ad Pertzianum emendatis. Eandem editionem idem iterum proposuit in libro a societate Caxtoniana edito: Vita quorundum (!) Anglo-Saxonum, 'Original Lives of Anglo-Saxons', Londinii* 1854, *p.* 157—197.

Migne, *Patrologia Latina LXXXIX, Parisiis* 1850, *col.* 603—634, *editionem Mabillonii denuo imprimendam curavit.*

Philippus Jaffé, *Bibliotheca rerum Germanicarum III (Monumenta Moguntina), Berolini* 1866, *p.* 429—471[2], *primus codice* 1 *eximio usus, adhibitis quoque libris* 3 *et* 4*a, textum multo meliorem constituit quam decessores, quamquam sermonem mendosum hic illic plus iusto ad codices deteriores ab eo correctum esse recte monuit v. c. O. Holder-Egger*[3].

1) *Codicum Sangallensium, quorum in editione mentio non fit, Serarius meminit in Mogunt. rerum libris p.* 475 *sq.* 549. 555. 574*; Gretserus p.* 549. *commemoratur.* 2) *'Vitae sancti Bonifatii archiepiscopi Moguntini' inde etiam separatim vulgatae sunt (Berolini* 1866*). — Partem c.* 4. *ad synodum Saxonicam spectantem iteraverunt Haddan et Stubbs, 'Councils and Ecclesiastical Documents relating to Great Britain and Ireland' III, Oxonii* 1871, *p.* 295—296. 3) *SS. XV,* 82, *n.* 8.

Ernestus D ü m m l e r, *MG. Epistolae IV, Berolini* 1895, *p.* 500—501, *prologum Willibaldi ad libros* 1. 2*b*. 3. 4*a recensuit. Denique*

Augustus N ü r n b e r g e r, '27. *Bericht der wissenschaftlichen Gesellschaft Philomathie in Neisse', Nissae* 1895, *p.* 123—180 [1], *textum codicis* 1 *accuratissime collatum exhibuit* [2] *atque, adhibitis cum editionibus anterioribus tum codicibus* 2*a*. *a**. *b*. 3. 4. 4*. 4*b*. $c^{1. 1^*. 2. 3. 4}$, *apparatum amplissimum, etsi minus perlucidum, magna cum diligentia comparatum subiunxit.*

Opus Willibaldi hic illic contractum, prologo et initio capitis 8. *et capite* 9. *omissis, insertis vero nonnullis locis Vitae II. Bonifatii (c.* 6. 7. 10. 13. 14. 16*), saec. XV. exeunte in Freckenhorst vico prope Warendorf in praefectura Monasteriensi sito in linguam Germanicam translatum est. Quam versionem (inc.* 'Dat dorluchtyghe und war leven'*), cuius codex adhuc ibidem in archivo paroeciali asservatur* [3], *ediderunt* D o r o w, *'Denkmäler alter Sprache und Kunst' I,* 1, *Bonnae* 1823, *p.* 53—86, *et J. H.* S c h u l t e, *'Das Leben des h. Bonifacius' ('Programm zur tausendjährigen Jubelfeier der Gründung der Pfarre und Kirche zum h. Bonifacius in Freckenhorst'), Warendorfii et Monasterii* 1852.

Accuratius verba auctoris secuti nuper complures Vitam Bonifatii in sermonem patrium verterunt, scilicet H. E. B o n n e l l, *'Leben des h. Bonifacius von Willibald', Berolini* 1856 [4]; *Ph. H.* K ü l b, *'Sämmtliche Schriften des h. Bonifacius' II, Ratisbonae* 1859, *p.* 213—270; *B. H.* S i m s o n, *'Wilibald's Leben des h. Bonifazius', Berolini* 1863, *cui versioni notae utiles insunt; W.* A r n d t, *'Die Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit', saec. VIII, vol. II,*

1) *Editio inde seorsum repetita est Vratislaviae* 1895. 2) *Paucis locis lectiones ab hac editione discrepantes exhibeo, codice iterum iterumque inspecto.* 3) *De codice, qui saec. XV. ex. scriptus est, sed olim haud recte saec. XIII. attribuebatur, cf. R. Wilmans, 'Die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' I,* 1867, *p.* 416, *n.* 2, *et 'Westfälisches Urkunden-Buch' III,* 1871, *p.* 828, *n.* 3; *W. Diekamp, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXIV,* 1884, *p.* 630 *sqq.; J. Schwieters, 'Das Kloster Freckenhorst und seine Aebtissinnen',* 1903, *p.* 11. — *Codici* V i n d o b o n e n s i *n.* 3042 *(Hist. eccl.* 6*), saec. XV, Vita Bonifatii quaedam Germanica inest e Willibaldo deprompta, teste Pertzio ('Archiv' III,* 187*).* 4) *Hunc librum non vidi.*

Berolini 1863 *et iterum Lipsiae* 1888; *M. M. Wilden, 'Beda des Ehrwürdigen Kirchengeschichte der Angelsachsen', Scafhusiae* 1866, *p.* 317—360; *H. J. Mertens, 'Eine heilige Königsfamilie', Ratisbonae* 1875, *p.* 124—175. *In linguam Francogallicam vitam transtulit Barthélemy, 'Vies de tous les saints de France' IX,* 1868, *p.* 706—745[1].

II.

Martyrologium Fuldense.

Fulda monasterium, in quo Bonifatius sepulturae datus est, vitae sancti auctorem ante Otlohum tulit nullum[2], *monachique satis habuerunt gesta martyris in martyrologio paucis exponere, quod saeculo IX. extremo aut X. ineunte in ipso coenobio Fuldensi compositum est*[3], *multis operibus adhibitis, cum auctor non solum martyrologiis anterioribus usus sit, scilicet ut videtur Hieronymiano, Bedano interpolato, Hrabani, Adonis, Usuardi*[4], *sed etiam ex aliis fontibus hauserit, e quibus Bedae Historiam ecclesiasticam (Iun.* 22*), V. Germani Autissiod. auct. Constantio (Mai.* 7, *Iul.* 31, *Oct.* 1*), V. Amatoris (Mai.* 22*), Revelationem Corcodomi*[5] *(April.* 20*), V. Leobae et Miracula sanctorum in Fuldenses ecclesias translatorum (c.* 14*)*[6] *auctore Rudolfo (Sept.* 28*) afferre libet. Bonifatii auctor quater meminit, dum octavam festivitatis eius (Iun.* 12*), translationem a.* 819 *(Nov.* 1*), ordinationem episcopalem (Dec.* 1*) breviter recenset atque memoriam diei emortualis (Iun.* 5*) pluribus verbis celebrat, etiam sociorum mentione facta, quorum numerum quinquagenarium primus post continuatorem Bedae attulit. Locum hunc amplum ad gesta sancti spectantem monachus Egmondanus ad verbum iteravit, qui saec. XII. partem priorem Annalium Xantensium supplevit*[7]. *Wilhelmus Heda*

1) *Librum non vidi; cf. Analecta Bollandiana XII,* 1893, *p.* 477. 2) *Ruthardus monachus Hirsaugiensis, 'unus ex primis missis a Fulda, Rabani et Strabi monachorum quondam auditor atque discipulus', passionem Bonifatii 'heroico carmine pulcherrime in duobus libris' composuisse dicitur, sed qui haec, Meginfrido teste famoso allato, tradidit, Trithemius (Opera historica ed. Freher II,* 16*) una cum hoc sine dubio finxit etiam illum.* 3) *De origine martyrologii egit Georgius, Martyrologium Adonis p. XV.* 4) *Martyrologium Fuldense haud paucis locis cum Autissiodorensi (Martene et Durand, Veterum script. et mon. amplissima collectio VI,* 1729, 685—738*) convenit, de quo nuper egit B. Krusch, 'N. Arch.' XXVI,* 359 *sqq.* 5) *De qua cf. 'N. Arch.' XXIX,* 160 *sq.* 6) *SS. XV,* 339. 7) *Ann. Xant. a.* 752 *(SS. II,* 222*). Itaque ne haec quidem particula Annalium ipsi compilatori*

in Historia episcoporum Ultraiectensium[1] *idem martyrologium aut textum inde pendentem adhibuit.*

Locos Bonifatianos e martyrologio depromptos inter vitas edere visum est. Integrum autem illud servavit

1) *codex* ***Romanus*** *Vaticanus reginae Christinae Lat. n.* 441, *saec. X. in., olim Fuldensis, fol.* 46 *sqq.*[2], *cuius partes ad Bonifatium spectantes (fol.* 58. 59. 70. 72'*) Iacobus Schwalm v. c. officiosissime contulit.*

2) *Fragmenta bibliothecae* ***Duesseldorfensis*** *in archivo regio eiusdem civitatis modo asservata, olim (saec. XV)* liber fratrum Sancte Crucis conventus Mariepacis prope Rynghenberh[3], *decem folia saec. X. in. exarata continent, quae de tegumentis codicum duorum manu scriptorum et libri cuiusdam impressi detracta sunt atque menses Ianuarium, Aprilem, Maium, Iunium, Augustum, Septembrem plus minus mutilos et Kalendas Octobres complectuntur, ceteris deperditis. Schedas a se ipso inventas v. c. Th. Ilgen archivi illius praefectus qua est officiositate excutienda mihi obtulit.*

Dominicus ***Georgius****, Martyrologium Adonis, Romae* 1745, *p.* 656—675, *martyrologium Fuldense e codice* 1 *publici iuris fecit, e quo laudes Bonifatii die emortuali relatas iam* ***Henschenius****, Acta sanctorum Iunii I,* 456 *sq. eruerat.*

III.

Vita altera Bonifatii auctore Radbodo qui dicitur episcopo Traiectensi.

Liudgerus episcopus Monasteriensis († 809), *dum Vitam Gregorii abbatis Traiectensis enarrat*[4], *'paene plura de sancto Bonifatio quam de Gregorio discipulo eius rettulit*[5]*'.*

attribuenda est, cui eandem vindicaverat H. Steffen, 'N. Arch.' XIV, 89, *n.* 1. 1) *Ed. Buchelius,* 1642, *p.* 33 *sq.* 2) *Cf. Georgius l. l. p. XV sq.; 'Archiv' XII,* 280*; Ehrensberger l. l. p.* 166 *sq.* 3) *Hodie Marienfrede prope Ringenberg ('Reg.-Bez. Düsseldorf, Kreis Rees').* 4) *Ed. Holder-Egger, SS. XV,* 66—79. 5) *Ib. p.* 63. *Unde Altfridus, V. Liudgeri I,* 30 *[II, 6] (SS. II,* 413*; Diekamp, 'Geschichtsquellen des Bisthums Münster' IV,* 1881, *p.* 35*), de sola Vita Gregorii agens scripsit:* Erat sanctus Liudgerus in scripturis sacris non mediocriter eruditus, sicut in libro ab eo composito de vita venerabilium eius doctorum, Gregorii scilicet et Albrici, aperte probatur; sed et **primordia sancti Bonifacii adventus atque ordinationis**, quae fuerant in alio opusculo *(v. infra)* praetermissa, pulchro sermone ipse conscripsit. *Cf. Holder-Egger l. l. p.* 63, *n.* 4.

Traiecti de ipso Bonifatio opusculum compositum est, atque quod Vitam Gregorii potius sermonis panegyrici speciem habere monuerunt[1] *quam curriculi vitae, id multo magis ad Vitam Bonifatii Traiectensem pertinet. Cum sanctus Martinus* — ille flos noster pulcherrimus — *et in fronte et in calce Vitae praecipuis laudibus elatus sit, celebratis sedibus episcopalibus nomini eius sacris Turonensi et Moguntina et Traiectensi*[2], *cumque merita Bonifatii de ecclesia Traiectensi auctor pluribus verbis laudaverit*[3], *cumque in regione qua sanctus occisus erat, si qua scribenda inveniret, inquisiverit*[4], *ipsum ecclesiae S. Martini Traiectensi adscriptum esse iam Henschenius iure coniecit*[5].

Vita autem in praescriptione codicis Gothani (nobis 1*) dicitur* scripta a Rabodone Traiectensis ecclesie episcopo ad Fuldensem abbatem. *Radbodus inter a.* 899. *et* 917. *sedi illi praeerat*[6], *Martinum quasi 'specialem patronum' venerabatur*[7], *Willibrordum atque Bonifatium decessores sanctos praeter ceteros imitandos sibi proposuerat*[8]. *Vitam igitur Bonifatii laudibus Martini ornatam cum studiis episcopi convenire constat, qui biographo teste*[9] praecedentium patrum sitibunde inhaerebat exemplis, memoriam eorum nunc legere, nunc audire vel colloquia vel ipse componere semper insaturabilis, quin et ipsis laudum flores et ymnorum contexere[10], laudes Dei laudibus eorumque solemniis addere. *Dictiones quoque Vitae Bonifatii (Bon.) cum ceteris opusculis Radbodi comparare licet, scilicet cum sermonibus de Amalberga*[11] *(Am.), Lebuino*[12] *(Leb.),*

1) *Holder-Egger l. l. p.* 64. 2) *V. II. Bonifatii c.* 3. 22. 23. 3) *Ib. c.* 7. 9. 13. 4) *Ib. c.* 16. 5) *L. l. p.* 453. 6) *De quo v. V. Radbodi (ed. Holder-Egger, SS. XV,* 568—571*c); 'Histoire litéraire de la France' VI,* 158 *sqq.; A. Ebert, 'Gesch. der Literatur des Mittelalters' III,* 1887, *p.* 184 *sqq.; P. von Winterfeld, MG. Poetae IV,* 160 *sq.; Wattenbach, 'GQ.' I*[7], 320 *sq.* 7) *V. Radbodi c.* 6 *(p.* 571*); cf. c.* 12 *(p.* 571*c). Reverentiam Martino a Radbodo habitam opuscula eius testantur, scil. libellus de miraculo beati Martini (SS. XV,* 2, *p.* 1240—44*), officium* in translatione sancti Martini, *carmina (Poetae IV,* 162—165*b).* 8) *V. Radbodi c.* 5 *(p.* 571*).* 9) *Ib. c.* 6 *(p.* 571*).* 10) *Iohanne de Beka teste (Chronicon ed. Buchelius,* 1643, *p.* 32*) Radbodus* flores eximios tam de Willebrordo quam de Bonifacio composuit, *ipsique Andreas abbas S. Michaelis Bambergensis (*1483—1502*) in opere inedito de sanctis ordinis S. Benedicti (cod. Bamberg. E. III.* 9, *fol.* 102*; cf. infra p. LXXIII)* Laudes sancti Bonifacii episcopi *attribuit, omnino fere conveniens cum Trithemio (Opera historica ed. Freher I,* 128. 258*).* 11) *Migne CXXXII,* 549—554. 12) *Ib. col.* 553—558.

Servatio[1] *(Serv.), Suitberto*[2] *(Suitb.) et cum libello de miraculo Martini Turonensis*[3] *(Mart.) officioque in translatione eiusdem*[3] *(Off.), utque idem studium antitheseon et hic et illic deprehenditur*[4], *ita etiam nonnulla et vocabula et elocutiones inter se conferenda sunt:*

Bon. c. 12: ad huius exemplum accendi; *Serv. c.* 1 (105, 19): exemplorum — flammis accendit.

Bon. c. 13: chorum angelicum — aggregaverat; *Serv. c.* 1 (105, 6): choris angelorum — aggregatum.

Bon. c. 6: paradisus Dei, ex quo — profluxerunt aromata; *Suitb. c.* 5 (550): paradisi aromata.

Bon. c. 1: plerumque delectabilem, *c.* 18: necessarium atque delectabile; *Suitb. c.* 5 (550): praedicatio eius admodum delectabilis; *Mart., prol.* (1240, 35): tam delectabilem hystoriam.

Bon. c. 1: Incertam — vite huius habitudinem variosque mortalium eventus; *Mart. c.* 2 (1242, 1): inter huius vitae discrimina ita semper incertos moderatur eventus (= *Off. p.* 164).

Bon. c. 1: fortune rotam; *Am. c.* 8 (554): fortunae rota.

Bon. c. 1: vite huius habitudinem; *Leb.* (554): habitudo mentis; *Mart. c.* 1 (1241, 13): quorum habitudines — est prosecuta [*cf. Gen.* 41, 4: habitudo corporum; 2. *Mach.* 15, 13: decoris habitudine].

Bon. c. 1: imperiosius regit, *c.* 4: imperiose iubentes; *Mart. c.* 8 (1244, 17): imperiosa voluntas.

Bon. c. 1: ineffabiliter beata, *c.* 20: ineffabili divinitatis essentia; *Am. c.* 7 (553): bona ineffabilia; *Serv. c.* 1. 5. 7 (105, 4. 108, 11. 109, 9): ineffabili benedictione, peccatoribus ineffabilia, ineffabili clementia.

Bon. c. 18: cuius sit meriti unusquisque apud omnipotentem Deum; *Mart. c.* 5 (1242, 42): quanti — apud Deum meriti esset.

Bon. c. 1: mortifero fortune veneno; *Suitb. c.* 5 (550): venena mortifera.

Bon. c. 11: ductorem pariter et doctorem; *Leb.*

1) *Anal. Bolland. I,* 104—111. 2) *Migne l. l. col.* 547—550. 3) *V. supra p. XLIX, n.* 7. 4) *Cf. Bon. c.* 4, *Am. c.* 3, *Suitb. c.* 5, *Mart. c.* 2.

(556): audisse pariter et sensisse; *Suitb.* *c.* 1 (547): doctrinis pariter et exemplis.

Bon. *c.* 15: Peregit igitur — cursum suum; *Serv.* *c.* 10 (111, 10): peregit legitimum agonis sui cursum.

Bon. *c.* 18: preciosa et laude digna; *Serv.* *c.* 1 (104, 23): Vir pretiosus et Deo dignus.

Bon. *c.* 18: publice recitarem; *Suitb.* *c.* 1 (547): in publico recitentur.

Bon. *c.* 12: Horum itaque memoria et rei geste series ita se habet. Cum beatus Bonifacius — —; *Mart.* *c.* 3 (1242, 25): cuius quidem series — ita se habet; *cf.* *Serv.* *c.* 3 (106, 10): Haec autem — ita gesta sunt. Cum beatus Servatius — —.

Bon. *c.* 19: virilitate suffultus; *Serv.* *c.* 10 (111, 8): spe suffultus; *Mart.* *c.* 2 (1241, 47): amminiculo suffultus (= *Off.* *p.* 164).

Bon. *c.* 4: vacantes in hac parte ocio, alieno autem insistentes negocio; *Suitb.* *c.* 3 (549): aliis vacans negotiis.

Bon. *c.* 6: ideoque fructum, *c.* 9: ideoque brutos, *c.* 16: ideoque tanta dulcedine; *Leb.* (555): ideoque animum; *Serv.* *c.* 1 (105, 12): Ideoque cum omnium.

Bon. *c.* 2: interfectorum, immo triumphatorum, *c.* 18: inpuri, immo ut dicitur fagolidori homines; *Serv.* *c.* 9 (110, 11): si ita est, immo quia ita est; *Mart.* *c.* 3 (1242, 23): immo sicut Constantini.

Bon. *c.* 11: quin immo necessitates, *c.* 23: quin immo in omnibus; *Am.* *c.* 1 (551): quin immo de sepulchris; *Serv.* *c.* 10 (111, 7): Quin immo istorum fide; *Mart.* *c.* 2 (1241, 26. 48): quin immo ultro, quin immo inter huius vitae discrimina (= *Off.* *p.* 164).

Bon. *c.* 6: Porro in hiis omnibus, *c.* 9: porro pro vepre, *c.* 10: Porro Bonifacius, *c.* 19: Porro si me virtutes; *Am.* *c.* 3 (551): Porro autem iis contemptis; *Leb.* (555): Porro in pueritiae annis; *Suitb.* *c.* 3. 4 (549 *sq.*): Porro nisi esset, Porro autem ne existimes; *Serv.* *c.* 8. 9 (109, 26. 110, 18): Porro autem si quis, Porro dum; *Mart.* *c.* 3. 5. 6 (1242, 19. 1243, 1. 30): Porro mihi hoc loco, Porro autem Turonici, Porro corpus.

Bon. c. 1: Sic et ille qui morbo laborat, *c.* 14: Sic et olim Paulus; *Serv. c.* 5 (107, 31): Sic et Paulus.

Bon. c. 20: Non sic ergo Bonifacius, non sic, sed — —; *Mart. c.* 3 (1242, 8): Corpus autem Martini non sic, sed cum — — [*cf. Ps.* 1, 4: Non sic impii, non sic, sed tamquam pulvis].

Quae ut singula nullius momenti sunt, ita eadem collecta probare videntur etiam Vitam Bonifatii a studiis Radbodi non omnino alienam esse[1].

Attamen sunt quae nobis persuadeant opusculum illud ante saeculum X. compositum esse. Quod sane auctor Bonifatium non multo ante sua tempora a Deo missum esse statuit (c. 4*), inde vix quicquam de aevo eius concludi licet, quippe qui paulo supra (c.* 3*) de 'priscis temporibus' et Martino Turonensi egisset, atque comparata cum ipso tempora Bonifatii etiam c. a.* 900. *haud ita remota existimari poterant. Neque auctori referenti (c.* 16*), cum muliere valde decrepita se collocutum esse, quae neci Bonifatii se interfuisse iure iurando asseruisset, nimiam auctoritatem attribuam, cum vix fieri potuisset, ut mulier, quae a.* 754. *inter vivos fuisset, post saeculum nonum medium defuncta esset, cumque ipse de ea deceptus esse possit salva bona eius fide. Maioris momenti ea sunt, quae auctor ad Anglos celebrandos commemoravit (c.* 6*):* qui re vera fortes sunt et validi, Christique opitulante gratia, provincias suas armorum viriumque robustarum presidio tutissimas reddunt, aliquando autem pyratas ex boreali parte venientes paciuntur infestos, quos tamen a finibus suis strennue pugnando reiciunt. *Haec priori saeculi IX. parti conveniunt, Nortmannis Danisque inde ab a.* 787. *Britanniam interdum depraedantibus, neque vero aevo Radbodi, scilicet saeculo proximo ineunti, cum illi sedes novas in insula et quaesiverant et occupaverant, bellis gravissimis cum Anglis gestis*[2]. *Cum fraudem ullam verbis illis subesse persuadere mihi vix possim, facere non possum, quin ea ad auctorem parte priore saeculi IX. scribentem referam neque ad Radbodum, qui ipse saepius Danos infestos passus atque,*

1) *Quod* 1. *Reg. c.* 17. *Bon. c.* 10. 13. *et Suitb. c.* 4 (550), *Psalm.* 44, 15. *Bon. c.* 4. *et Mart. c.* 1 (1241, 19), *Apocal.* 14, 4. *Bon. c.* 23. *et Mart. c.* 2 (1241, 31) *adhibentur, res vix ullius momenti est.* 2) *De incursionibus Danicis cf. e. gr. E. A. Freeman, 'The history of the Norman conquest of England' I*[3], 43 *sqq.*

episcopali sede Danorum persecutione Traiecto desolata, *ut Daventriae resideret coactus est*[1].

*Porro, nisi forte opusculum de Bonifatio deperditum statuimus, Vitam fere eandem iam Aldfrido episcopo Monasteriensi (*839—849*) praesto fuisse necesse est, qui, Dockingae loci martyrii mentione facta, addidit:* sicut et de illo scripta testantur[2]; *nomen enim loci in hac Vita neque vero a Willibaldo traditum est, quodque Liudgerum, auctorem Vitae Gregorii, 'primordia sancti Bonifacii adventus atque ordinationis' conscripsisse idem dixit,* quae fuerant in alio opusculo praetermissa[3], *id quoque, monente O. Holder-Egger*[4], *potissimum cum opusculo nostro convenit, cum a Willibaldo de illis rebus haud pauca narrata essent. Cum igitur Vita eadem iam ante a.* 849. *extitisse videatur, sermo vero aliquatenus ad Radbodianum accedat, praescriptione codicis Gothani adstipulante, nescio an testes contrarii ita inter se reconciliandi sint, ut quamvis invitus coniciam, Vitam re vera parte priore saec. IX. compositam esse, muliere illa inter vivos degente, sermonem vero, rebus intactis relictis, postea a Radbodo retractatum, cum abbati Fuldensi opusculum transmisisset.*

Quod quomodocumque se habet, ipsum opusculum satis prolixum est, prolatis verbis multis, rebus paucis, cumque piis adhortationibus auctor nimium studuerit, potius ad litteras illius aevi quam ad res Bonifatianas cognoscendas facit. Amplum prologum (c. 1—5*) ipsa Vita subsequitur (c.* 6—17*), quae partim Willibaldo niti videtur, atque auctor non negavit, res gestas sancti iam ante se ipsum litteris mandatas esse*[5], *quodque de Bonifatio Fresonibus praedicante scripsit (c.* 9*):* sicut in quodam codice scriptum repperi, adhesit ibidem Willibrordo, *id ad opus illius (c.* 5*) spectare potest. Si idem re vera legerat, certe exiguum fructum ex eo percepit neque pauca quae addidit erroribus vacant, cum Bonifatio*

1) *V. Radbodi c.* 5 *(p.* 571*); de incursionibus Danorum etiam c.* 7. 9 *(p.* 571*a) agitur.* 2) *V. Liudgeri auct. Altfrido I,* 5 *[4] (SS. II,* 406; *ed. Diekamp l. l. p.* 9*):* sancto Bonefácio, qui post eum *(Willibrordum)* partibus illis doctor serenus inluxit, quoadusque pro fide Christi martyrio coronatus spiritum reddidit in pago Astrache in loco qui Doccinga vocatur, sicut et de illo scripta testantur. *Cf. V. II. Bonifatii c.* 16: Perempti sunt autem et discipuli eius cum eo in loco, qui Dockinga dicitur. 3) *V. Liudgeri I,* 30 *[II,* 6*], supra p. XLVIII, n.* 5. 4) *SS. XV,* 63, *n.* 3. 5) *V. II. Bonifatii c.* 18: quasi — — illi, qui ante me fuerunt, si qua nossent, de hoc viro preciosa et laude digna tacuerint.

tertium Roma reverso (a. 739*) sedem Moguntinam episcopo destitutam oblatam esse voluerit (c.* 11*), cui compluribus annis post (c. a.* 746*) praefectus est, atque martyrium ipsius non multo post obitum Willibrordi* (*a.* 739) *collocasse videatur* (*c.* 13. 14). *Ea inprimis, quae de ipso martyrio* (*c.* 16)[1] *et hymno qui die depositionis canebatur* (*c.* 15) *rettulit, memoratu digna sunt. De aliis sanctis Anglicis e Beda instructus erat, cuius Historiam Anglorum citavit*[2]*; praeterea Isidori Etymologias legerat*[3]. *Cum Vitam 'rogantibus fratribus' publice recitasset*[4], *quaesitum est, quare Bonifatium 'immensis et fere divinis laudibus' extulisset, cum nulla prodigia signaque ab eo facta more aliorum sanctorum de eo rettulisset*[5]*; unde, tertia parte* (*c.* 18—23) *addita, disseruit, Bonifatium magna miracula perpetrasse, morbis invisibilibus depulsis interioribusque hominibus sanatis. Quae ut in auctore saeculi noni satis admiranda sunt, ita idem miracula corporalia non omnino flocci pendit, nam in locis et Martino* (*c.* 3) *et Bonifatio* (*c.* 17) *dicatis aegrotos sanitatem recuperasse et ipsi persuasum erat, unde ab aevo suo dissensisse minime credendus est.*

Vitam Bonifatii quam dixi Iohannes Gerbrandi filius de Leydis († 1504), *prior Carmelitarum Harlemensis, in Chronico episcoporum Traiectensium et comitum Hollandiae III,* 16. 18. 19. *exscripsit*[6], *codice usus simili* 2*a. Eandem saec. XV. ex. ad opus Willibaldi supplendum in versione Freckenhorstensi adhibitam esse, supra p. XLVI. monui.*

Codices inferioris tantum aetatis adhuc noti sunt[7]*:*

1) *Codex Gothanus bibliothecae ducalis membr. I,* 64, *saec. XIV, 'ex bibl(iotheca) Kulenkampii' a.* 1796. *in Gothanam translatus*[8], *fol.* 27—31'.

2*a*) *Codex Coloniensis archivi urbani n.* 164, *olim Wallrafianus VI,* 21, ad usum monasterii Corporis Christi Canonicorum Regularium in Colonia per manus Symonis Colonie fratris domus eiusdem († 1465) *a.* 1463. *finitus*

1) *Ad c.* 16 *(p.* 73, 22 *de codice evangeliorum) picturae martyrii referendae videntur esse, quas e codicibus Lucensi et Utinensi (saec. X. et XI) eruit A. Ebner, 'Quellen und Forschungen zur Geschichte des Missale Romanum'*, 1896, *p.* 69. 264. 2) *V. II. Bonifatii c.* 6. 3) *Cf. quae ad c.* 1. *adnotavi; cf. c.* 2. 4. 19. 21. 4) *Ib. c.* 18*; cf. c.* 5: ut non vilescat audientibus tante materie dignitas. 5) *Ib. c.* 18. 6) *Ed. Sweertius, Rerum Belgicarum annales I,* 1620, *p.* 50 *sq. Henschenius l. l. p.* 453. *erravit, statuens, tertium librum Iohannis totum fere e Vita II. Bonifatii pendere, cum auctor multo plura e Vita tertia hauserit (v. infra p. LVII).* 7) *Cf. Nürnberger, Commentatio p.* 17 *sqq.* 8) *De codice cf. Fr. Jacobs et F. A. Ukert, 'Beiträge zur ältern Litteratur' III,* 1843, *p.* 261 *sqq.*

(fol. 310'), *ultimo loco fol.* 305'—310'. *Vitam II. Bonifatii continet, dum fol.* 53'—57'. *Vita III. eiusdem legitur*[1]. *Utramque librarius in indice codici praefixo eodem modo enumeravit:* Passio sancti Bonifacii episcopi et sociorum eius, *sed Vitae secundae potiorem auctoritatem vindicavit, addens:* Hec ultima multum melior.

2*b*) *Codex* *Bruxellensis* *n.* 380—382, *saec. XV, olim (fol.* 1) liber monasterii Canonicorum Regularium Vallis sancti Martini in Lovanio, collatus eidem a fratribus Swollensibus in subsidium fundationis prime, *fol.* 54'—58, *prologo* (*c.* 1—5) *caret.*

2*c*) *Codex Rheno-Traiectensis Sancti Salvatoris ab Henschenio adhibitus, qui hodie latet, aeque atque* 2*a et hanc Vitam Bonifatii et tertiam continebat.*

Eandem Vitam absque prologo (= c. 1—5) *etiam Bollandus reppererat in codice cuiusdam Domini Schencking, uti sua manu notavit, Henschenio teste*[2].

Codices 2*a. b. c ex eodem exemplari pendere, cum ex aliis locis multis intellegitur tum ex interpolatione, quae in calce eorum e Vita III. Bonifatii deprompta est.*

Libri 1 *partem mediam officiosissime R. Ehwald v. c. contulit; eundem postea ipse totum evolvi, qui etiam* 2*a. b contuli, sed menda librariorum* 2*a. b singularia nonnulla in apparatum non admisi. Textum simillimum* 2*c in universum non curavi. Quamquam codices nostros in rebus orthographicis ab aevo auctoris satis discrepare patet, tamen orthographiam codicis* 1 *vetustioris intactam relinquere visum est.*

Pars Vitae media (*c.* 6—17) *e codice* 2*a deprompta Coloniae edita est a.* 1483. *in appendice Legendae Aureae, cui haec inscripta sunt: Historie plurimorum sanctorum noviter addite laboriose collecte et prolongate*[3], *fol.* 289—290'; *integram e codice* 2*c ipsam eruerunt Henschenius et Papebrochius l. l. p.* 477—481. *Particulas ex*

1) *V. infra p. LVIII. Codicem aut eundem aut similem habebat Serarius, Moguntiacarum rerum libri,* 1604, *p.* 321: *'E suo etiam codice quodam ms. duas exscribendi Vitas potestatem fecit Coloniensis Carthusiae R. P. Prior, quarum prior incipit* Incertam *(= Vita II.), posterior* Postquam gens Anglorum' *(= Vita III.).* 2) *L. l. p.* 453. 3) *W. A. Copinger, 'Supplement to Hain's Repertorium Bibliographicum' II,* 2, *n.* 6434; *E. Voullième, 'Der Buchdruck Kölns bis zum Ende des* 15. *Jahrhunderts',* 1903, *p.* 282, *n.* 623. — *Alteram editionem (Lovanii* 1485) *non vidi.*

tertium Roma reverso (a. 739) sedem Moguntinam episcopo destitutam oblatam esse voluerit (c. 11), cui compluribus annis post (c. a. 746) praefectus est, atque martyrium ipsius non multo post obitum Willibrordi (a. 739) collocasse videatur (c. 13. 14). Ea inprimis, quae de ipso martyrio (c. 16)[1] *et hymno qui die depositionis canebatur (c. 15) rettulit, memoratu digna sunt. De aliis sanctis Anglicis e Beda instructus erat, cuius Historiam Anglorum citavit*[2]*; praeterea Isidori Etymologias legerat*[3]. *Cum Vitam 'rogantibus fratribus' publice recitasset*[4]*, quaesitum est, quare Bonifatium 'immensis et fere divinis laudibus' extulisset, cum nulla prodigia signaque ab eo facta more aliorum sanctorum de eo rettulisset*[5]*; unde, tertia parte (c. 18—23) addita, disseruit, Bonifatium magna miracula perpetrasse, morbis invisibilibus depulsis interioribusque hominibus sanatis. Quae ut in auctore saeculi noni satis admiranda sunt, ita idem miracula corporalia non omnino flocci pendit, nam in locis et Martino (c. 3) et Bonifatio (c. 17) dicatis aegrotos sanitatem recuperasse et ipsi persuasum erat, unde ab aevo suo dissensisse minime credendus est.*

Vitam Bonifatii quam dixi Iohannes Gerbrandi filius de Leydis († 1504), prior Carmelitarum Harlemensis, in Chronico episcoporum Traiectensium et comitum Hollandiae III, 16. 18. 19. exscripsit[6]*, codice usus simili 2a. Eandem saec. XV. ex. ad opus Willibaldi supplendum in versione Freckenhorstensi adhibitam esse, supra p. XLVI. monui.*

Codices inferioris tantum aetatis adhuc noti sunt[7]*:*

1) *Codex* G o t h a n u s *bibliothecae ducalis membr. I, 64, saec. XIV, 'ex bibl(iotheca) Kulenkampii' a. 1796. in Gothanam translatus*[8]*, fol. 27—31'.*

2a) *Codex* C o l o n i e n s i s *archivi urbani n. 164, olim Wallrafianus VI, 21,* ad usum monasterii Corporis Christi Canonicorum Regularium in Colonia per manus Symonis Colonie fratris domus eiusdem († 1465) *a.* 1463. *finitus*

1) *Ad c.* 16 *(p.* 73, 22 *de codice evangeliorum) picturae martyrii referendae videntur esse, quas e codicibus Lucensi et Utinensi (saec. X. et XI) eruit A. Ebner, 'Quellen und Forschungen zur Geschichte des Missale Romanum',* 1896, *p.* 69. 264. 2) *V. II. Bonifatii c.* 6. 3) *Cf. quae ad c.* 1. *adnotavi; cf. c.* 2. 4. 19. 21. 4) *Ib. c.* 18; *cf. c.* 5: ut non vilescat a u d i e n t i b u s tante materie dignitas. 5) *Ib. c.* 18. 6) *Ed. Sweertius, Rerum Belgicarum annales I,* 1620, *p.* 50 *sq. Henschenius l. l. p.* 453. *erravit, statuens, tertium librum Iohannis totum fere e Vita II. Bonifatii pendere, cum auctor multo plura e Vita tertia hauserit (v. infra p. LVII).* 7) *Cf. Nürnberger, Commentatio p.* 17 *sqq.* 8) *De codice cf. Fr. Jacobs et F. A. Ukert, 'Beiträge zur ältern Litteratur' III,* 1843, *p.* 261 *sqq.*

(*fol.* 310′), *ultimo loco fol.* 305′—310′. *Vitam II. Bonifatii continet, dum fol.* 53′—57′. *Vita III. eiusdem legitur*[1]. *Utramque librarius in indice codici praefixo eodem modo enumeravit:* Passio sancti Bonifacii episcopi et sociorum eius, *sed Vitae secundae potiorem auctoritatem vindicavit, addens:* Hec ultima multum melior.

2*b*) *Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 380—382, *saec. XV, olim* (*fol.* 1) liber monasterii Canonicorum Regularium Vallis sancti Martini in Lovanio, collatus eidem a fratribus Swollensibus in subsidium fundationis prime, *fol.* 54′—58, *prologo* (*c.* 1—5) *caret.*

2*c*) *Codex Rheno-*T r a i e c t e n s i s *Sancti Salvatoris ab Henschenio adhibitus, qui hodie latet, aeque atque* 2*a et hanc Vitam Bonifatii et tertiam continebat.*

Eandem Vitam absque prologo (= c. 1—5*) etiam Bollandus reppererat in codice cuiusdam Domini* S c h e n c k i n g, *uti sua manu notavit, Henschenio teste*[2].

Codices 2*a. b. c ex eodem exemplari pendere, cum ex aliis locis multis intellegitur tum ex interpolatione, quae in calce eorum e Vita III. Bonifatii deprompta est.*

Libri 1 *partem mediam officiosissime R. Ehwald v. c. contulit; eundem postea ipse totum evolvi, qui etiam* 2*a. b contuli, sed menda librariorum* 2*a. b singularia nonnulla in apparatum non admisi. Textum simillimum* 2*c in universum non curavi. Quamquam codices nostros in rebus orthographicis ab aevo auctoris satis discrepare patet, tamen orthographiam codicis* 1 *vetustioris intactam relinquere visum est.*

Pars Vitae media (*c.* 6—17) *e codice* 2*a deprompta Coloniae edita est a.* 1483. *in appendice Legendae Aureae, cui haec inscripta sunt:* H i s t o r i e p l u r i m o r u m s a n c t o r u m *noviter addite laboriose collecte et prolongate*[3], *fol.* 289—290′; *integram e codice* 2*c ipsam eruerunt* H e n s c h e n i u s *et* P a p e b r o c h i u s *l. l. p.* 477—481. *Particulas ex*

1) *V. infra p. LVIII. Codicem aut eundem aut similem habebat Serarius, Moguntiacarum rerum libri,* 1604, *p.* 321*: 'E suo etiam codice quodam ms. duas exscribendi Vitas potestatem fecit* C o l o n i e n s i s C a r t h u s i a e *R. P. Prior, quarum prior incipit* Incertam *(= Vita II.), posterior* Postquam gens Anglorum' *(= Vita III.).* 2) *L. l. p.* 453. 3) *W. A. Copinger, 'Supplement to Hain's Repertorium Bibliographicum' II,* 2, *n.* 6434*; E. Voullième, 'Der Buchdruck Kölns bis zum Ende des* 15. *Jahrhunderts',* 1903, *p.* 282, *n.* 623. — *Alteram editionem (Lovanii* 1485*) non vidi.*

hac editione excerptas Pertz in notis Vitae Willibaldianae subiunctis attulit; c. 15—17. *Jaffé l. l. p.* 506. *iteravit. Vitam in linguam Germanicam vertit Külb l. l. II,* 306—326.

IV.

Vita tertia Bonifatii.

In eadem fere regione atque opusculum Radbodianum tertia Vita Bonifatii composita est, cuius de aetate non satis constat, nisi quod post a. 917. *et ante a.* 1075. *auctor eam scripsit, cum et ipse Hucbaldi Vita Lebuini usus sit et opusculum ipsius Adamo canonico Bremensi clarissimo praesto fuisse videatur*[1]. *Auctor inprimis Willibaldo nititur, etsi verba eius raro servavit; deinde nonnulla e Liudgeri Vita Gregorii, quam ipse citavit*[2], *deprompsit, ita ut cum eadem tredecim annos apud Willibrordum transactos Bonifatio temere attribuerit*[3], *tum pauca ex huius Vita II. (Radbodi) addidit. Nonnulla Vitae Lebuini debebat, quam Hucbaldus monachus Elnonensis celeberrimus* († 930) *tempore Baldrici episcopi Traiectensis* (917—976) *composuerat*[4], *capite octavo gesta Bonifatii enarrans*[5]. *Ibi Wiltenburg nomen Traiecti antiquum, interpretationem nominis Bonifatii, numerum sociorum martyris reppererat*[6]. *Denique Alcvini Vitam Willibrordi ita adhibuit, ut nonnulla ex hoc ad Boni-*

1) *Adamus in Gestis Hammaburgensis ecclesiae I,* 11 *(SS. VII,* 287*; editio* 2. *inter SS. R. German.,* 1876, *p.* 8*) de Bonifatio agens desinit:* Gesta eius plenaria manu a discipulis edita sunt, qui eum ferunt agonizasse cum aliis quinquaginta et amplius commilitonibus suis anno ordinationis suae 37; ipse est annus dominicae incarnationis 755, Pippini iunioris 14. *Anni ordinationis et incarnationis e Willibaldo (c.* 8. *ex.) pendent; sed numerum sociorum ad gesta sancti alia referri non posse nisi ad Vitam III. c.* 12, *recte monuit Lappenberg ('Archiv' VI,* 791*). Conveniunt ea quae Adamus paulo supra scripsit:* Winifridus — — cui postea cognomentum ex virtute erat Bonefacius *(cf. Sallustii Iug. c.* 5, 4*), comparata cum eadem Vita c.* 5: nomenque illi propter sua bona opera Bonifacius inposuit. 2) *V. III. Bonifatii c.* 8: beatum Gregorium — — cuius etiam virtutum apud nos habentur volumina. 3) *Ib. c.* 3. 4) *De prologo Hucbaldi inedito v. V. Rose, 'Verzeichniss der Latein. Hss. der Kgl. Bibliothek zu Berlin' II,* 2, 1903, *p.* 850*; cf. versus Iudionis (MG. Poetae IV,* 274*). Ipsam Vitam ad editionem Surianam (Migne CXXXII,* 877—894*) citavi, cum Pertzianae (SS. II,* 361 *sqq.) complura desint.* 5) *Caput* 8. *Hucbaldi partim Willibaldo niti videtur, sed multa ad verbum fere e Chronico Laurissensi minore (a.* 5. 7. 12. 17. *Pippini, SS. I,* 115 *sq.; ed. Waitz, 'Die kleine Lorscher Franken-Chronik' l. l. p.* 410 *sqq.) descripta sunt, cuius codex Elnonensis saec. IX. exaratus atque sine dubio ab Hucbaldo adhibitus adhuc extat, hodie Valentianensis n.* 343 *(330 bis).* 6) *V. III. Bonifatii c.* 3. 5. 12. *Hucbaldum minime e Vita pendere, inde mihi effici videtur, quod, quae Hucbaldus dubitans*

fatium transtulerit, fingens, eum petente duce Francorum in secundo itinere Romano a papa archiepiscopum consecratum esse (*c.* 5), *cum pallium multo post nactus sit atque, etsi iterum Romae commoratus dignitate episcopali ornatus est, Karolo tamen auctore ea ipsi minime contigerit. Neque quas dixi vitis accuratius usus est, cum iter Fresonicum primum omnino silentio praetermiserit atque ordinem perturbaverit, iter Romanum primum post tempus cum Willibrordo actum collocans* (*c.* 4), *neque recte statuerit Lullo post ipsum Willibrordi obitum* (*a.* 739) *episcopatum Moguntinum tradidisse Bonifatium* (*c.* 7), *qui ei tum praepositus nondum erat. Vitae nonnulla quoque insunt ab ipso auctore omnino excogitata, veluti verba a sociis ante martyrium prolata. Cum Vitam Gregorii citaverit ab episcopo Monasteriensi compositam, Henschenius*[1] *ipsum Monasteriensem fuisse coniecit temere*[2]. *Traiecti eum potius degisse crediderim, cum non solum e fontibus adhibitis Traiectenses ad sanctos spectent Vitae Willibrordi et Gregorii, ab auctore Traiectensi Vita II. Bonifatii composita sit, episcopo Traiectensi Vita Lebuini dedicata, sed etiam eiusdem urbis auctor non semel meminerit* (*cf. c.* 3. 7. 8. 13), *ita ut Traiecti martyres sepultos esse narraverit* (*c.* 13), *non addens, Bonifatium Moguntiam Fuldamque translatum esse*[3].

Hac Vita Bonifatii auctor Catalogi episcoporum Traiectensium (saec. XIV)[4] *et Iohannes de Beka in Chronico*[5] *usi sunt, plura Iohannes de Leydis* (*III*, 1. 2. 9. 10. 15. 16. 18) *ex eadem descripsit*[6]*; eandem Trithemius legisse videtur*[7].

1*a*) *Codex* ***Parisiensis*** *n.* 10870 (*Suppl. lat.* 544, 2), *saec. XII/XIII, olim Epternacensis, fol.* 38'—43.

1*b*) *Codex* ***Bruxellensis*** *n.* 8059, *saec. XV. rescriptus*[8], *olim* (*fol.* 214) liber monasterii sancti Pauli in Traiecto, *deinde musei Bollandiani P. Ms.* 22, *fol.* 46—48'.

de nomine Bonifatii (ut quidam volunt) *et de numero sociorum* (ut ferunt) *protulit, quasi fama ea accepisset, auctor Vitae Bonifatii sine ulla dubitatione enarravit; nam de rebus quas litteris mandatas acceperat Hucbaldus aliter locutus est (cf. c.* 2. sicut in — — Gregorii papae gestis legimus; *c.* 8. sicut de eo legitur, *scil. in Chron. Lauriss.).* 1) *L. l. p.* 454. 2) *Id quod iam Rettberg, 'KG. Deutschlands' I,* 333 *recte monuerat.* 3) *Attamen inter loca, quibus beneficia per martyres praestarentur, Fuldam enumeravit, Radbodum (c.* 17*) secutus.* 4) *Ed. Muller, 'Bijdragen en Mededeelingen' XI,* 1888, *p.* 487. 5) *Ed. Buchelius p.* 14 *sqq.* 6) *Ed. Sweertius l. l. p.* 38 *sqq.; cf. supra p. LIV, n.* 6. *Iohannes codice usus est, qui plerumque cum nostro* 1*b conveniebat, etsi etiam lectiones classis* 2 *inerant.* 7) *De viris illustribus ordinis S. Benedicti III,* 174. 185 *(Opera ed. Busaeus,* 1605, *p.* 94 *sq.); cf. infra p.* 88, 7. 17. 8) *Cf. supra p. XXII.*

1*c*) *Codex Compendiensis, e quo Mabillonius Vitas Willibaldi et Otlohi editurus frustula nonnulla adnotavit*[1], *hodie latet.*

2*a*) *Codex Rheno-Traiectensis n.* 390 (*Eccl.* 23, *antea* 248*o et* 288*m*), *olim pertinens* ad Carthusienses prope Traiectum inferius, *ibique a.* 1421. *finitus* (*fol.* 254'), *fol.* 1—2'.

2*b*) *Codex Hagensis L.* 29 (*Weesp* 14), *a.* 1461. *in Weesp finitus* (*fol.* 326'), *olim* liber sororum Sancte Katerine Muden[2], *fol.* 24'—25'.

2*c*) *Codex Coloniensis archivi urbani n.* 164, *olim Wallrafianus VI,* 21, *a.* 1463. *Coloniae finitus, fol.* 53'—57'. *Vitam III. Bonifatii, fol.* 305'—310'. *Vitam alteram* (*nobis* 2*a*) *continet*[3]. *Textus post c.* 6. *e Vincentio Bellovacensi interpolatus atque in c.* 13. *ampliatus est* (*p.* 83. 89).

Codex Rheno-Traiectensis n. 392 (*Eccl.* 132, *antea* 255 *s et* 295 *s*), *saec. XV, olim Carthusiensium prope Traiectum 'ex testamento domni Ghiisberti de Dorp' apud eosdem sepulti* (*fol.* 7), *fol.* 76—76'. *epitomen Vitae III. continet* (*inc.* Bonifacius primus post sanctum Willibrordum, *des.* ad Traiectum perduxerunt et honorifice sepelierunt).

Codicem 1*a Iacobus Schwalm v. c. contulit, reliquos ipse adhibui. Menda librorum* 2*a. b. c peculiaria in universum non adnotavi neque quisquilia inutilia ex* 1*b admisi.*

Henschenius et Papebrochius l. l. p. 481—483. *Vitam publici iuris fecerunt, adhibitis tribus codicibus, scil. proprio ipsorum, qui 'Vitas sanctorum per singulos menses et pluribus libris distributas' continebat*[4], *Traiectensi S. Salvatoris, cui etiam Vita II. inerat*[5], *denique schedis D. Lindani; partem extremam iteravit Pertz l. l. p.* 353, *n.* 39. *Vitam in sermonem vernaculum transtulit Külb l. l. II,* 327—336.

V.

Vita quarta Bonifatii auctore Moguntino.

Moguntiae satis prolixam Bonifatii vitam auctor condidit, qui quas fama[6] *acceperat narratiunculas et fabulas collegit, cumque Willigisum archiepiscopum* (975—1011)

1) *L. l. p.* 2. 42. 54. 89. 90. 2) *Cf. Analecta Bolland. VI,* 174. 3) *Cf. supra p. LV. De codice Coloniensi, qui Serario notus erat, cf. ib. n.* 1. 4) *Quae ad librum nostrum* 1*b spectare non possunt.* 5) *Cf. supra p. LV.* 6) *Cf. c.* 6: fertur, *c.* 1. 3. 10. 11: ut ferunt, *c.* 2. 10: ut dicunt.

'beatae memoriae patrem' coluerit[1], *postea ipsum degisse opus est neque vero adeo multo post, cum Vita eadem ante a.* 1066. *ab Otloho adhibita sit*[2]. *Quamquam de Moguntia scripsit* (*c.* 10): In eadem quippe civitate, ut accole illius putant, *tamen in ipsa urbe aut prope eam degebat, quippe qui rerum Moguntinarum compluribus locis satis curiosum se praebuerit, easdem multis exposuerit: scilicet fabulas ad Geroldum et Gewelib episcopos eiusdem oppidi spectantes, donationem, quam hic honore abdicato S. Martino Moguntino dedisset* (*c.* 1), *alia praedia eidem ecclesiae concessa, quorum raptores poenas periurii luissent* (*c.* 6). *Meminit baptisterii S. Iohannis* (*c.* 10), *trunci cuiusdam ad Aldebertum haereticum referendi, qui 'supra portam quae ducit ad Sanctum Albanum' suspensus diu a transeuntibus visus esset* (*c.* 2). *Homines trans Rhenum habitantes 'orientales' vocavit* (*c.* 3. 5. 7. 9. 11), *Moguntinos vero finitimosque 'citeriores'* (*c.* 11). *Denique ad finem pergens complura eaque utilia de ecclesia S. Victoris extra muros sita enarravit* (*c.* 13), *ita ut eum e numero canonicorum ibi degentium fuisse inde ab aevo Henschenii*[3] *fortasse recte conclusum sit.*

Res gestas Bonifatii ordine debito adeo non persecutus est, ut contra res complures minus inter se cohaerentes collegerit, quae nullius auctoritatis sunt erroribusque scatent. Itaque, ut pauca afferam, primis verbis fratrem Pippini falso Karolum nominavit; Bonifatium scripsit, ut primum e Britannia venisset, Gewelib deposito, sedi Moguntinae praepositum et a Gregorio papa episcopum ordinatum esse (*c.* 1); *denique Stephanum papam a Romanis (pro Langobardis)* — insolenter, ut mos eorum est, — *petitum ad Francos fugisse, ubi Chrodegangum episcopum Mettensem ordinasset, Bonifatio laesa iura metropolitana indignante* (*c.* 8), *licet ille tunc* (*a.* 754) *iam per duodecim annos dignitate episcopali frueretur. Fabulas auctorem auditu accepisse facile crediderim; sed vestigia poematis, quae Rettbergius*[4] *deprehendisse sibi vide-*

1) *Vita IV. Bonifatii c.* 13. *Res nonnullae huius capitis cum Vita Burchardi episcopi Wormatiensis* (1000—1025) *conveniunt neque vero adeo, ut alterum opusculum auctori alterius notum fuisse pro certo affirmaverim.* 2) *V. Bonifatii auct. Otloho I,* 24. 25. 41—43. *II,* 20—22. 29—31. *Quod Otloh I,* 24, *res 'in libro quodam antiquo' scriptas repperisse voluit, hoc de loco infra p. LXIV. disserui.* 3) *L. l. p.* 453. 4) *'KG. Deutschlands' I,* 573; *cf. H. Hahn, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs* 741—752*',* 1863, *p.* 203; *J. P. Müller, 'Bonifacius' II,* 1870, *p.* 28, *n.* 58.

batur, minime assequor. Verba enim, quae Gewelib interfectorem patris occisurus dixisse fertur[1], *apud Otlohum*[2] *demum in orationem poeticam redacta leguntur, neque disticha ad episcopum eundem et Geroldum patrem spectantia huius opinionis testimonia proferre licet, quippe quae aevum posterius sapere mihi videantur*[3]. *Praeter narrationes fama traditas Vitam Willibaldianam auctor adhibuit, quam 'historiam passionis' vocavit* (c. 9), *eumque de ipso Willibaldo plura rettulisse supra monui*[4], *quibus vix maiorem fidem habuerim quam aliis, quae primum apud eum apparent. Etiam Vita Sturmi auctore Eigilo usus est* (c. 9—11), *immutatis eis, quae Lullo Moguntino invidiam facere poterant* (c. 10). *Denique fabella de mirabili piscatu Fuldensi* (c. 12) *similiter iam a primo biographo Pirminii narrata erat, sed ipsum adhibitum esse statuere nolim nescioque, an haec quoque fama intercedente atque augente ad nostrum auctorem pervenerit.*

Vita igitur ad res saeculi VIII. cognoscendas inutilis est, etsi auctor pro aetate sua memorabilia quaedam de gladio Pippino a pontifice Romano oblato et controversia inter hunc Bonifatiumque agitata (c. 8)[5] *rettulit. Otlohum hoc opusculo*

1) *Vita IV. Bonifatii c.* 1: 'En', inquid Gewelib, 'accipe quo patrem vindico ferrum'. Dictoque pariter transfodit eum. 2) *V. Bonifatii I,* 41: 'Accipe iam ferrum, quo patrem vindico carum'.
Haec igitur dicens, gladio mox perfodit illum.
3) *Episcopus in iisdem Gervilio audit velut apud recentiores neque Geoleob, Gewiliob, Gewilieb, Gewelib, quod ipsi apud Bonifatium (epist.* 60, *p.* 325*), in Vitis eiusdem auctore Moguntino et Otloho, denique in catalogis episcoporum (SS. XIII,* 311 *sqq.) nomen attributum est. Disticha quantum scio primus in lucem protulit Gaspar Bruschius, Magni operis de omnibus Germaniae episcopatibus epitomes tomus primus, Noribergae* 1549, *fol.* 5. 105'—106'; *e Bruschio ea deprompsisse videtur Iohannes Latomus in Catalogo episcoporum Moguntinorum ad a.* 1582 *(Mencken, SS. R. Germ. III,* 1730, *col.* 437 *sq.); denique Nicolaus Serarius, Moguntiacarum rerum libri,* 1604, *p.* 259. 261, *sine dubio e Latomo pendet. Duos versus hexametros, quibus sedes metropolitana Wormatia Moguntiam translata celebratur, quique ut post Otlohum certe orti, ita iam ante Bruschium a monacho Kirschgartensi e Chronico episcoporum Wormatiensium allati sunt (ed. Boos l. l. p.* 11*), minime cum distichis illis coniungere licet, quae nescio an Bruschio demum poetae originem debeant. Ex ipso ea ad Vitam Moguntinam adnotare mihi visum est.*
4) *Supra p. VIII.* 5) *Fr. Görres, 'Ein Conflict des h. Bonifacius mit Papst Stephan III.' (Pick, 'Monatschrift für rheinisch-westfälische Geschichtsforschung' II,* 1876, *p.* 358—377*), de hoc capite agens, nimiam fidem auctori habuit. Sed nescio, an narratio ad controversias spectet saeculo XI. inter pontifices Romanos et archiepiscopos Moguntinos*

usum esse supra dixi; Lampertum monachum Hersfeldensem idem in Vita Lulli conscribenda adhibuisse minus certum est[1]. *De compilatione Fuldensi (F), cuius lectiones varias omnes ad c.* 12. 13. *speciminis causa adnotavi, v. infra p. LXXX sqq. Eadem Vita Trithemius usus est*[2].

1) *Codex Treverensis bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *Num. loc.* 454, *antea* 963, *saec. XIII, olim S. Maximini, fol.* 160—162'. *Vitam Moguntinam continet, quam opus Willibaldi* (*nobis* 2c) *excipit*[3]. *E quo libro descriptus est*

1*) *codex Londiniensis musei Britannici, Harley n.* 3597, *a.* 1475. *a fratre Oiswaldo de Welschpilch exaratus, cui fol.* 123'—127'. *Vita Moguntina inest, item opere Willibaldi subsequente* (2c*)[3]. *Codex omnino fere cum praecedente convenit, nisi quod menda nonnulla accesserunt, alia facile emendanda sublata sunt; unde, paucis locis exceptis, ipsum neglexi.*

2) *Codex Londiniensis musei Britannici Addit. n.* 36737, *saec. XIII. in., olim Himmerodensis, deinde Iosephi Goerres, fol.* 122—124 (*olim fol.* 96—98). *Vitam Moguntinam continet, quae, foliis sex deperditis, mutila incipit a verbis c.* 1. *ex.* (*p.* 93, 16) ad erudiendum; *caput* 12. *et capitis* 13. *pars prior omissa sunt. Fol.* 124—126. *Vitae Willibaldianae pars subsequitur* (*supra* 2c¹)[4].

Liber 2 *ut aetate alterum paulo superat, ita in rebus orthographicis in universum praevalet, qui in declinatione prima* -ae *saepius servaverit, cum librarius* 1 *plerumque more recentiore litteram* -e *simplicem substituerit. Is praeterea mirabili quodam studio commotus litteram* y *frequenter posuit pro* i: archyepiscopus, Bochonya, cyteriores, dyaconus, dyacones, dyocesis, Hyltibrant, Martynus, oryentales, Pyppinus, Rytant, septentryo, Sturmyo, syndon, vulgaryce, Willybaldus; *quae eundem codicem* 2 *secutus sustuli. Lectiones varias ad rationem scribendi spectantes in apparatum non admisi.*

Vitam Bonifatii Moguntinam Henschenius et Papebrochius l. l. p. 473—477. *e codice* 1 *eruerunt,*

agitatas, scil. inter Benedictum VIII. et Aribonem a. 1023/4. *vel Leonem IX. et Liutpoldum a.* 1052 *(cf. Hauck III,* 534 *sqq.* 611*), quae certe eodem animo dictata est, quo pontifices Romanos contra 'canonici moderaminis tenorem' in dioecesi aliena iura episcopalia sibi vindicantes verbis similibus tunc aggressus est Rodulfus Glaber (Histor. II,* 4, 6. 7, *ed. Prou p.* 33 *sq.; cf. infra p.* 100, 3*).* 1) *Cf. Holder-Egger, 'N. Arch.' IX,* 293; *Lamperti Opera p. XXV, n.* 2. 2) *De viris illustribus III,* 172/3. 178/9 *(ed. Busaeus p.* 93 *sq.).* 3) *Cf. supra p. XX.* 4) *Supra p. XXI.*

quorum editionem Pertz *l. l. p.* 354—357. *iteravit. Eodem codice denuo collato,* Jaffé *l. l. p.* 471—482. *ipsam recensuit. In sermonem Germanicum eam transtulit* Külb *l. l. II,* 271—287.

VI.

Vita quinta Bonifatii.

Etiam quinta Bonifatii Vita teste codice antiquissimo (1) *saeculo XI. iam existebat. Haec tota fere ex opere Willibaldi excerpta est*[1], *omissis et prologo et capite nono, insertis vero paucis, quae ex Vitis Willibrordi auctore Alcvino* (*c.* 10. 11), *tertia Willibaldi* (*c.* 18)[2], *prima Pirminii* (*c.* 28. 29)[3] *pendent, quare ipsam nullo ad historiam Bonifatii indagandam, parvo ad res litterarias cognoscendas momento esse patet. Cum codices qui extant omnes e Germania superiore originem duxerint atque e monumentis ab auctore adhibitis Vitae Pirminii et Willibaldi ad sanctos eiusdem regionis spectent, opusculum in eadem parte Germaniae compositum esse videtur.*

Vita haec quae tota denuo ederetur indigna visa est, sed eae tantum particulae in universum admissae sunt, quae ex aliis fontibus pendent atque e Willibaldo. Codices autem noti sunt tres:

1) *Codex* Londiniensis *Addit. n.* 18355, *saec. XI,* (*fol.* 1, *m. saec. XVII*) Montis S. Georgii[4] 1652. N. 160, *magna ex parte* (*fol.* 3—80′) *a librario exaratus, qui desinens* (*fol.* 80′) *nomen suum his versibus tradidit:*

Lector, finito libro quamvis male scripto,
Scriptoris miseri memor esto pie Dieterici,

vitas sanctorum numeris distinctas continet cum alias tum loco XXVII (*m. al. corr.* XXVIII), *fol.* 65′—69′, *V. Bonifatii quintam.*

2) *Codex* Einsidlensis *n.* 247, *saec. XII, pag.* 464—484.

3) *Codex* Monacensis *Latinus n.* 2552 (*Alderspach* 22), *saec. XII, fol.* 54′—59.

1) ***Duo Willibaldi codices aut textus quidam mixtus auctori praesto fuisse videntur, scil. classis*** 2 ***et*** 4. *Cf. c.* 14. roborem] arborem *Vita V.* ***cum Willibaldi (c.*** 6***) codicibus*** $2b^1$. 4. 4^*. $4a$. *c.* c^2; *ib.* metallo] materie ***Vita V. cum*** 4. 4^*. $4a$. *b. c.* c^2. 5; *c.* 17. Hugoberto] Huguberto ***Vita V. cum*** 4 ***(m. al.).*** 4^*. $4a$. *b.* $5c^2$; ***at ib.*** Eremvulfum] Ereavulfum *Vita V.*, Erēavulfum 2*a*, Ereanulfum $2d^2$; *c.* 20. Theodosio seniore] Th. iuniore ***Vita V. cum Willibaldi (c.*** 8***) codd.*** 2*a (pr. m.). b. c.* d^1. $e^{1.3.4}$. 2) *SS. XV,* 103. 3) *Ib. p.* 29 *sq.* 4) *St. Georgenberg in Tirol.*

Quod ad rationem scribendi pertinet, codicem 1 *antiquissimum in universum secutus sum, etsi litteram ę maxime ab eo frequentatam non admisi nisi in* ęcclesia.

5 *Vitam, cuius primus codice* 3 *descripto meminit O. Holder-Egger, 'N. Arch.' XIII,* 578, *ex eodem publici iuris fecit A. Nürnberger, Anecdota Bonifatiana, l. l. p.* 128—141.

VII.

Vita Bonifatii auctore Otloho.

10 *Denique monachi Fuldenses cum Vitam a Willibaldo compositam pluribus locis nimium obscuram minusque apertam esse aegre ferrent, Leonem IX. papam* (1049—54) *litteris eruditissimum rogaverunt, ut ipse munus Vitae rescribendae susciperet, atque Egbertus abbas Fuldensis*[1] (1047 15 —58) *libros nonnullos et scribam Romam iam transmiserat, cum pontifex, opere infecto, a.* 1054. *vita defunctus est, libris in Urbe remanentibus*[2]. *Decennio fere post, cum Otloh monachus S. Emmerammi, auctor illius aevi clarissimus*[3], *a.* 1062—66. *profugus apud Fuldenses degeret, fratres* 20 *hospitem eadem de causa adierunt, isque tandem precibus eorum cessit*[2], *id quod ipse postea in libro de Temptatione ita enarravit*[4]: Cum igitur — — fugiens ad Fuldense monasterium venirem, ibique per annos quatuor cum tranquillitate magna commoratus, viderer dictandi scri-25 bendique studium frequentare, postulabar a quibusdam eiusdem monasterii fratribus, ut sancti Bonifacii Vitam, difficili stilo editam, aliquid facilius ederem; quam petitionem licet diu denegarem, postremo tamen compulsus importunis precibus, ut potui, quod petitus eram

30 1) *Ei papa mense Iunio a.* 1049. *privilegium concessit (Jaffé, Reg. I*², *n.* 4170*; Dronke, Codex diplom. Fuld. p.* 359, *n.* 750*; O. K. Roller, 'Eberhard von Fulda und seine Urkundenkopien, Zeitschrift des Vereins für hessische Geschichte, Neue Folge, Supplement XIII,* 1901, *Beilagen' II, n.* 3*), eoque interveniente paulo ante obitum a.* 1054. *in. monasterii* 35 *Nienburgensis privilegia confirmavit* (interventione dilecti nostri Egberti Fuldensis abbatis); *cf. Jaffé n.* 4334*; O. de Heinemann, Codex diplom. Anhaltinus I,* 104, *n.* 130. 2) *Otlohi V. Bonifatii, prol.* 3) *Cf. Waitz, SS. IV,* 521 *sqq.; Wilmans, ib. XI,* 376 *sqq.; Wattenbach, 'GQ.' II*⁶, 65 *sqq.; Dümmler, 'Ueber den Mönch Otloh von St. Emme-* 40 *ram' ('Sitzungsberichte der Berliner Akademie'* 1895, *p.* 1071—1102*).* 4) *SS. XI,* 390. *Ipsam Vitam Otloh absque auctoris nomine edidit (cf. versus prologo subiunctos), neque in codicibus operis idem legitur nisi in praescriptione librorum* 2*d.* 3.

implevi. Causa ergo tali librum sancti Bonifacii promptus scripsi. *Otloh igitur inprimis id egit, ut sermonem difficilem aliquo modo redderet faciliorem, ideoque quae tolerari poterant*[1] *auctoris primigenii verba, codice classis Baiuvaricae* (4) *adhibito*[2], *servavit neque res traditas ampliavit et exornavit nisi raro*[3]. *Attamen auctores posteriores ad supplendum Willibaldi librum adhibere non neglexit, non solum Eigili Vitam Sturmi*[4] *in primordiis Fuldensibus enarrandis (II,* 17*), sed etiam Vitam Bonifatii Moguntinam, hanc vero ita, ut nomina direptoribus S. Martini Moguntini ipse indiderit (II,* 20*) fabulamque quandam ad primordia coenobii Ordorfensis rettulerit, commemoratis primis donationibus Thuringicis (I,* 24*), sive illa ipse sibi excogitavit sive aliunde accepta rettulit, cumque res illas Ordorfenses* in libro quodam antiquo *scriptas se repperisse affirmaverit, dubito, quin praeter Vitam Moguntinam aliud opusculum ei praesto fuisse statuere liceat*[5]. *Bono iudicio usus, errorem auctoris Moguntini (c.* 1*) sustulit, pro Carlo*

1) *Otlohi V. Bonifatii, prol.* 2) *Cf. Willibald. c.* 1 *(p.* 5, 5*):* Cum vero aliqui — presbiteri sive clerici populares vel (sive 4*c*. c^2) laicos (l a i c i 4. 4*. 4*a*. *b**. *c*. c^2) praedicandi causa adissent] si quem forte clericum vel l a i c u m verbi divini noticiam deferentem audire contigisset *Otloh I,* 1 *(p.* 118, 1*); Will. c.* 1 *(p.* 6, 1*):* a cepti] a concepti *Otloh ib. (l.* 11*) cum* 4. 4*. 4*a*. *b**. *c*. c^2*; Will. c.* 6 *(p.* 31, 11*):* roborem] arborem *Otloh I,* 22 *(p.* 135, 14*) cum* $2b^1$. 3*. 4. 4*. 4*a*. *c*. c^2*; Will. c.* 8 *(p.* 53, 29*):* supradictam] *om. Otloh II,* 29 *(p.* 213, 24*) cum classe* 4 *(v. p. XXXV,* 29*). At Otloh aut codicem classis* 4 *nostris praestantiorem adhibuit aut alterum librum diversi generis contulit; cf. Willib. c.* 4 *(p.* 15, 25*):* adoptatum] optatum *classis* 4 *(v. p. XXXIV,* 33*),* adoptato *Otloh I,* 5 *(p.* 121, 4*); Will. c.* 5 *(p.* 24, 20*):* repente respuens] hoc rennuens *classes* 4. 5 *(v. p. XXXIV,* 20*),* respuens *Otloh I,* 10 *(p.* 125, 14*); Will. c.* 6 *(p.* 34, 17*):* Gregorio secundo] sec. *om. classes* 4. 5 *(v. p. XXXIV,* 23*), habet Otloh I,* 26 *(p.* 138, 18*) cum rell.* 3) *Cf. contentionem de corpore Bonifatii Traiecti habitam (II,* 29*) et translationem Moguntia Fuldam factam (ib. c.* 31*).* 4) *SS. II,* 366—377. 5) *Auctorem vetustiorem, eundem a Moguntino haud multo diversum ab Otloho adhibitum esse et Jaffé p.* 427. *et A. Nürnberger, Commentatio p.* 26, *existimaverunt. At mihi quidem, utroque textu comparato, aeque atque O. Holder-Egger ('N. Arch.' IX,* 293, *n.* 2*) persuasum est, ipsam Vitam Moguntinam Otloho praesto fuisse, eamque Fuldam perlatam esse, e Compilatione Fuldensi (saec. XV) intellegitur. Vocabulum* antiquus *ad spatium aliquot decenniorum fortasse referri licet aut Otloh de aetate libri erravit. Quod originibus Ordorfensibus (I,* 24*) maxime studuit, commemorare licet, ipsum puerum apud monachos Hersfeldenses commoratum esse (cf. Dümmler l. l. p.* 1073*), ad quos cellula illa tunc pertinebat (cf. Lamperti Annales a.* 980, *ed. Holder-Egger p.* 44*; Breviarium Lulli, ed. Landau, 'Zeitschrift des Vereins für hessische Geschichte' X,* 1865, *p.* 187*; Dobenecker, Regesta Thuringiae I, n.* 516. 629. 793*).*

principe substituens Carlomannum (I, 41). Eigilum auctoremque Moguntinum de corpore sancti Moguntia Fuldam transferendo ita inter se conciliavit, ut Lullum 'paene' consilio civium consensisse statueret (II, 30), qui sanctum secum retinere voluissent. Translatione sepulturaque Bonifatii descriptis, finem fecit, ita ut nonum Willibaldi caput omnino praetermiserit.

Haud paucas epistulas et Bonifatii et aliorum, quas ad ipsum et pro eo scripserant, in textum admisit. Cum totum opus in duos libros diviserit, e quibus prior usque ad episcopatum Moguntinum progreditur, alter ferme res subsequentes comprehendit[1], *illi epistulas n.* 12. 16. 20. 17—19. 25. 21. 28. 42—45. 56 *inseruit, huic n.* 50. 51. 68. 59. 82. 61. 60. 77. 80. 57. 58. 86—89, *addito privilegio Pippini Fuldensi spurio. Cum epistulas libri prioris integras fere servaverit, in altero complures (inprimis n.* 59. 82. 60. 77. 80. 87*) partim plus minus coartavit, praetermissis et vocabulis et enuntiatis superfluis veluti titulis honorariis. Quamvis brevitatis studio deditus esset, tamen sermonem primigenium in universum non immutavit, nisi quod nonnulla expolivit atque usitatiora pro verbis rarioribus substituit, ita ut e. gr. pro 'syllabis' saepius 'litteras' scripserit*[2]. *Denique monuerim, notas temporum quinquies (epist. n.* 18. 68. 77. 57. 58; *V. Bonifatii I,* 18. *II,* 3. 8. 10. 11*) sublatas esse atque privilegium Pippini (II,* 19*) et iisdem et subscriptionibus carere.*

Epistulas Bonifatii in monasterio Fuldensi reppererat[3], *neque una sola collectio ipsi praesto fuisse videtur, sed duae aut plures, cum singulas epistulas ita* in antiquis exemplaribus *legerit (I,* 14. 35*) litterasque Zachariae papae et Bonifatii ad Zachariam exhibuerit, 'quas undecumque colligere potuisset' (I,* 44*)*[4]. *Epistulas consulto omittens, quas ad Anglos sanctus scripserat*[5], *eas elegit, quae ad Germaniam rationesque cum sede Romana intercedentes spectabant. Etiamsi fortasse plures collectiones inspexit et perlustravit, tamen unam secutus esse eamque tali fere ordine exhibuisse videtur, qualem invenerat, scilicet*

1) *Cf. prologos utriusque libri (p.* 117. 159*).* 2) *Verba immutata in editione nostra litteris latius positis indicata sunt, omissa vero indicari non poterant, nisi nimiam notarum multitudinem textui subiunxissemus.* 3) *Cf. prol. (p.* 113, 9*):* literas omnes quas de eo habetis *(cf. p.* 116, 30*).* 4) *Cf. prol. (p.* 116, 31*):* Unde, quascumque huic operi necessarias invenire potui, in unum colligere studui. 5) *V. Bonifatii I,* 44 *(p.* 157, 22*).*

exemplar eius collectionis quae 'minor' [1] *dicitur. Rationem cum codicibus epistularum Monacensi (Dümmlero* 1*) et Carlsruhensi (*2*) et cum tribus sibi affinibus Montepessulano, Vaticano, Veneto (*4*a. b. c) intercedentem e tabula insequenti intellegi licet:*

Montepessulanus, Vaticanus, Venetus	16 12 — 17 18 19 25 21 24 28 — — 42 43 44 26 45 — — 50
Monacensis	16 12 — 19 25 21 28 17 — 18 24 26 42 43 44 — 45 — — 52
Carlsruhensis	*Tria folia desunt* 17 18 *Quinque folia desunt* 43 44 26 45 24 — 50
Otloh	12 16 20 17 18 19 25 21 — 28 — — 42 43 44 — 45 — 56 [2] 50
Montepessulanus, Vaticanus, Venetus	— 68 — 82 — 60 — — — — — — — — — — — — 107
Monacensis	53 68 59 82 61 60 77 80 — — 86 87 88 89 51 — 58 57 —
Carlsruhensis	51 68 59 82 61 60 77 80 — — 86 87 88 89 — 83 58 57 —
Otloh	51 68 59 82 61 60 77 80 57 58 86 87 88 89 — — — — —

Codicis Carlsruhensis folia deperdita easdem epistulas continuisse, quae suis locis apud Otlohum leguntur [3], *fere certum est, atque etiam epistula* 20. *nunc ab hoc solo servata antiquitus in illo quoque codice extitisse videtur* [4], *ita ut series Otlohi quam maxime ad hunc accedat. Epistulas quidem* 16. *et* 12. *ordinem rerum gestarum secutus transposuit atque decreta concilii quod dicitur Germanici et Liftinensis (epist.* 56*) eo loco inseruit, quo Willibaldus eiusmodi Carlomanni studia tractaverat; denique epistulas* 57. *et* 58. *fortasse ea de causa in locum anteriorem promovit,*

1) *Cf. Jaffé p.* 8, *Dümmler p.* 215*; inprimis ea quae H. Hahn, 'Noch einmal die Briefe und Synoden des Bonifaz' ('Forschungen zur Deutschen Geschichte' XV,* 1875, *p.* 97 *sqq.) disseruit, etiam Otlohi rationem habens, etsi nonnulla ad editionem epistularum novissimam immutanda sunt.* 2) *Epistula* 56. *in codicibus* 1. 2. 4*a. b. c locum posteriorem occupat.* 3) *Etiam A. Holder, 'Die Hss. der Grossherzogl. Badischen Hof- und Landesbibliothek in Karlsruhe' III,* 1895, *p.* 102 *sq., idem fere statuit.* 4) *Cum circiter* 34 *versus editionis Dümmlerianae (p.* 300, 2—36*) folia singula occupasse videantur, folia tria prima, si nihil continuissent nisi epistulas* 16. *et* 12. *et partem maiorem* 17 *(Holder p.* 102*), c.* 75 *tantum versus comprehendissent, ita ut singula c.* 25 *versuum fuissent. Addita epistula* 20, *qui* 14 *versus continet, singulis* 30 *fere attribuuntur, pauciores sane quam quos supra computaverim; sed pagina prima fortasse vacua relicta erat aut praescriptionem litteris maioribus exaratam ferebat.*

ut narratio originum Fuldensium (II, 17*) privilegium Zachariae (II,* 15*) propius subsequeretur. Quibus exceptis neglectisque quae apud Otlohum desunt epistulis* 24. 26. 52. 83, *non solum series eius omnino cum parte priore libri Carlsruhensis convenit, sed etiam verba singula, codicibus omnibus haud adeo inter se discrepantibus, maxime cum eodem* (2) *faciunt, ita ut vel emendationes superfluae falsaeve, quae saeculo XI. ei illatae sunt*[1], *partim in textu Otlohi inveniantur*[2]*:*

Epist. 45 *(p.* 293, 16*).* ostium misericordiae] *haec subscripta linea deleta sunt* 2, *om. Otloh I,* 34 *(p.* 147, 5*);*

epist. 50 *(p.* 300, 39*).* ab apostolica sede adfirmat esse] concessum *m. al. superscr.* 2, *habent* 4 *et Otloh II,* 1 *(p.* 162, 9*);*

epist. 51 *(p.* 303, 2*).* liceat cuiquam haec] *corr.* liceat ea 2, *et ita Otloh II,* 2 *(p.* 164, 30*);*

ib. (p. 305, 38*).* post consulatum] pater *corr.* imperii 2, *et ita Otloh II,* 2 *(p.* 168, 30*);*

epist. 80 *(p.* 360, 32*).* sicut scriptum est *(Eccli.* 22, 6. 7*):* Sapientia qui docet fatuum] *corr.* s. scr. est in libro Sapientiae: Qui docet f. 2, *et ita Otloh II,* 9 *(p.* 190, 7*).*

Ipsum vero codicem Carlsruhensem Otloh vix adhibuit. Nam ut alia praetermittam, veluti epistulas 24. 26. 52. 83 *omissas*[3], *certe tamen lectiones exhibuit Carlsruhensi meliores*[4]*:*

Epist. 51 *(p.* 305, 18*).* superius] *om.* 2, *habet Otloh II,* 2 *(p.* 168, 6*);*

epist. 59 *(p.* 318, 1*).* Dicunt enim] enim *om.* 2, *habet Otloh II,* 4 *(p.* 171, 17*);*

ib. (p. 320, 7*).* Geremiam] Hieremiam 2*;* Germaniam *Otloh II,* 4 *(p.* 174, 15*);*

1) *Cf. Jaffé p.* 10. 2) *De contraria ratione cogitare non licet, quia quae praeterea apud Otlohum immutata sunt permulta in codice minime redeunt.* 3) *Si codex Carlsruhensis ei praesto fuisset, epistulam* 52. *in textum admittere potuisset, quae una cum aliis in epistula* 51 *(p.* 305, 14*) commemoratur, et hanc quidem admiserat (II,* 2*). Cf. V. Bonifatii II,* 16: Si quem vero moveat, quod plurimae epistolae, quarum mentio fit in suprascriptis epistolis, hic pariter scriptae non habentur, sciat, illud hac de causa accidisse, quoniam nusquam eas potui invenire. 4) *Textus epistulae decimae (p.* 252 *sqq.), quam Otloh libro Visionum c.* 19 *(Pez, Thesaurus anecdot. noviss. III,* 2, *col.* 594—601*; Migne CXLVI,* 375—379*) et ipsi Fuldae composito (cf. lib. de Temptatione, l. l. p.* 389*) inseruit, multo magis ad codicem Monacensem (*1*) quam ad Carlsruhensem (*2*) accedit.*

epist. 60 *(p.* 324, 15*).* a te] 2; ante 1. 4 *cum Otloho II,* 7 *(p.* 183, 3*)*;

epist. 61 *(p.* 326, 33*).* quod] 1 *cum Otloho II,* 6 *(p.* 181, 2*)*; sicut 2;

epist. 77 *(p.* 349, 2*).* paratum] 1 *cum Otloho II,* 8 *(p.* 185, 14*)*; praeparatum 2;

ib. (p. 349, 14*).* Godalsacius] 1 *cum Otloho II,* 8 *(p.* 185, 27*)*; Godolsacius 2;

epist. 87 *(p.* 369, 28*).* conservet] 1 *cum Otloho II,* 13 *(p.* 196, 7*)*; servet 2. 4;

ib. (p. 372, 12*).* illis] *om.* 2, *habet Otloh II,* 13 *(p.* 199, 18*)*;

epist. 89 *(p.* 374, 15*).* oraculo] *ita textus privilegii genuinus*; oraculum *Otloh II,* 15 *(p.* 201, 5*)*; auctoritas *textus adulteratus* 2.

Unde nescio an statuere liceat, Otlohum in epistulis exscribendis codicem adhibuisse Carlsruhensi simillimum eundemque, e quo lectiones quaedam notae deterioris huic postea illatae essent, atque iam Ph. Jaffé[1] *coniecerat, ipsum fuisse codicem epistularum Fuldensem*[2] *nunc deperditum, qui a Flacio Illyrico de monasterio saec. XVI. ablatus est Serario teste*[3]. *Quae quomodocumque se habent, certe Otlohi textum foliis codicis Carlsruhensis deficientibus adhibere licet, unaque epistula (n.* 20*) ei soli debetur.*

Laudator temporis acti proceres episcoposque aequales auctor fortiter petivit, qui decimas monachis raptas sibi vindicarent coenobiaque destruerent, iisque pietatem Carlomanni et Caroli M. opposuit, qui e contrario fratres possessionibus decimisque ditassent et monasteria potestate episcoporum dioecesanorum liberassent, quorum coenobia iam maxima ex parte destructa essent[4]. *Exempli causa monasterium S. Emmerammi attulit, quasi Carolus M. libertatem ei concessisset, id quod ipsius demum aevo confictum est*[5], *atque disputatio de decimis ad litem spectat, quae inter abbates Fuldensem Hersfeldensemque et*

1) *L. l. p.* 13, *n.* 5. 2) *Fortasse etiam codex Carlsruhensis e Fuldensi monasterio originem duxerat, id quod A. Nürnberger coniecit ('Zur handschriftlichen Ueberlieferung der Werke des heil. Bonifatius, Programm des Gymnasiums zu Neisse'* 1883, *p. IX), et ipsi Otloho notus fuerat. Liber enim saec. XI. ex. monasterii Hirsaugiensis erat (Jaffé p.* 10; *Dümmler p.* 218*), cuius abbas Wilhelmus (*1069—91*) monasterio S. Emmerammi olim adscriptus rationibusque quibusdam cum Otloho coniunctus erat (cf. Dümmler, 'Otloh', l. l. p.* 1079*).* 3) *Epistolae S. Bonifaci p.* 286; *Moguntiacarum rerum libri p.* 561. 4) *V. Bonifatii, prol.; I,* 37—39; *II,* 16. 5) *Cf. ea quae I,* 38, *adnotavi.*

archiepiscopos Moguntinos de decimis Thuringicis tunc agitata est[1].

Otlohi Vita Bonifatii iam ante a. 1073. *a Lamperto monacho Hersfeldensi ad Vitam Lulli*[2] *componendam adhibita est. Saeculo XII. auctor S. Petri Erphesfurtensis, qui auctarium Ekkehardi conscripsit*[3], *et Annalista Saxo*[4] *eadem usi sunt, atque Eberhardus monachus Fuldensis in epistula Bonifatii n.* 86. *et privilegio Zachariae adulterandis*[5] *non textus primigenios, sed Otlohi libros (II,* 12. 15*) exscripsit, quos etiam ad donationem episcoporum Baiuvaricorum componendam adhibuit*[6]. *Ex operibus posterioribus, in quibus Vitae vestigia deprehenduntur, praeter Compilationem Fuldensem et Legendam Thuringicam opera fratrum Minorum, scil. Chronica minor Erphesfurtensis*[7] *et Flores temporum*[8], *enumeranda sunt. Denique Iohannes Aventinus in Annalibus ducum Boiariae III,* 8. 9. *eandem magna e parte satis libere exscripsit*[9], *codice* 1 *simili usus.*

Opus Otlohi codices haud pauci servaverunt[10]*:*

1) *Codex Zwettlensis n.* 77, *saec. XIII. in., fol.* 124—147. *Vitam Bonifatii compluribus manibus exaratam continet*[11], *quam fol.* 147'. *catalogus episcoporum Moguntinensium ad Sifridum I.* (1060—84) *perveniens excipit*[12]. *Hunc versus in calce libri alterius et prologi prioris ab Otloho collocati subsequuntur*[13]. *Librarius passim scripsit* māgnus, rēgnum, benīgnus, dīgnus, desīgnare *similiaque.*

1) *Ib., prol. (p.* 113. 115*).* 2) *Ed. Holder-Egger, SS. XV,* 135—148*; Lamperti Opera p.* 307—340. 3) *SS. III,* 35*; Holder-Egger, Monumenta Erphesfurtensia,* 1899, *p.* 26 *sq.* 4) *Annalista Saxo a.* 741 *(SS. VI,* 553*) Annales Fuldenses et Willibaldum exscripsit, sed verba:* Nam antea Winfrid dicebatur, *ex Otloho I,* 13 *(p.* 128, 3*) et res a.* 745. *relatas (p.* 554*) ex Otloho II,* 17, *deprompsit, cum a.* 750. *et* 753 *(p.* 555 *sq.) ad Willibaldum redierit.* 5) *Dronke, Codex diplom. Fuld. p.* 1. 3 *(n.* 3. 4*b); cf. Roller l. l. app. p.* 6 *(n.* 28. 29*).* 6) *Dronke, Traditiones et antiquitates Fuldenses p.* 143 *(c.* 65*); Roller p.* 62 *(n.* 285*); cf. Otlohi V. Bonifatii I,* 33. 7) *Ed. Holder-Egger, SS. XXIV,* 179 *sqq.; Monumenta Erphesfurtensia p.* 604. 608 *sq.* 8) *SS. XXIV,* 242. 9) *Ed. Riezler I ('Turmairs Werke' II),* 1882, *p.* 380. 384—400. 403. *Ea quoque, quae editor doctissimus cum Willibaldo et epistulis Bonifatianis comparavit, ex Otloho pendent neque ex auctoribus primigeniis (cf. supra p. XLIV, n.* 2*); unde delenda sunt quae de codice epistularum ab Aventino adhibito scripsit Fr. Falk, 'Die ehemalige Dombibliothek zu Mainz',* 1897, *p.* 81. 10) *Cf. A. Nürnberger, Commentatio p.* 26 *sqq.* 11) *Cf. St. Rössler, Xenia Bernardina II,* 1, 1891, *p.* 330 *sq.* 12) *SS. XIII,* 311. 13) *Eos una cum catalogo edidit W. Wattenbach, 'Archiv' X,* 609, *ignorans, qua ratione illi cum V. Bonifatii coniuncti essent.*

1^{*}) *Codex Admontensis n.* 654, *saec. XII, post Willibaldi librum* ($4c^{2}$)[1], *alio et librario (fol.* 183—192*) et quaternione incipientibus, fol.* 183—186'. *partem exiguam libri alterius Otlohi continet*[2], *scil. c.* 21—26. *in. (p.* 206, 23 —210, 12*), quae, litteris primariis miniatis, in octo lectiones divisa sunt. Sequuntur (fol.* 186'—189*) octo lectiones* de sancto Barnaba *et (fol.* 189—192'*) V. Otmari auct. Walahfrido c.* 1—4 *(SS. II,* 41—43*).*

$2a$) *Codex Treverensis bibliothecae cathedralis n.* 93 *(antea* 102*), saec. XII, olim (fol.* 1*)* liber apostolorum Petri et Pauli in Patherbrune *(monasterii Abdinghovensis), postea* ex libris Christophori comitis de Kesselstatt decani Paderbornensis anno 1803, *fol.* 83—120'.

$2a^{1}$) *Codex Coloniensis archivi urbani inter libros gymnasii Coloniensis n.* 140, *saec. XV, olim pertinens* ad conventum fratrum Sancte Crucis Coloniensem, *fol.* 49 —93. *V. Bonifatii continet, versusque fol.* 93. *subscriptio subsequitur haec:* Explicit vita et passio sancti Bonifacii Maguntinensis archiepiscopi et sociorum eius altera die post Scholastice virginis *(Febr.* 11*)* anno Domini MCCCCXXXVI. per fratrem Heynricum conventualem Coloniensem.

$2a^{1*}$) *Codex Bruxellensis n.* 428—442, *a.* 1477—85. *exaratus, olim (saec. XV)* liber sanctorum Eliphii et Martini in Colonia monasterii ordinis sancti Benedicti *vel, ut saec. XVIII. adnotatum est,* liber divi Martini Maioris in Colonia Agrippina Romanorum oppido celeberrimo, *ibique signatus* H. 12, *fol.* 217'—255'. *opus Otlohi una cum versibus continet*[3], *quos subscriptio subsequitur haec:* Finitus est liber iste caligantibus oculis in die Francisci sancti confessoris *(Octobr.* 4*)* anno Domini 1485.

$2a^{1**}$) *Codex Hamburgensis n.* 1113 *(Hist. eccl. fol. n. IV), saec. XVI, p.* 1—80. *Vitam Bonifatii initio mutilam (inc. I,* 24, *p.* 136, 17: [tran]siret et prope flumen*) continet, quam p.* 81—101. *V. Willibrordi auct. Alcvino liber I, p.* 105—147. *V. Gregorii Traiectensis auct. Liudgero*[4], *p.* 149—190. *V. II. Liudgeri*[5] *sequuntur, manu*

1) *V. supra p. XXV.* 2) *Cf. 'Archiv' VI,* 179. *A. Nürnberger (Commentatio p.* 30*) erravit, codici* 1^{*} *epitomen Otlohi Treverensem (infra* $2a^{2**}$*) attribuens.* 3) *Versus in calce libri secundi collocatos ediderunt Bollandiani, Catalogus codicum hagiograph. Bruxell. I,* 1, 1886, *p.* 234. *Codex 'Archiv' VII,* 460, *errore n.* 192. *signatus est.* 4) *Cf. SS. XV,* 64. 5) *Cf. W. Diekamp, 'Geschichtsquellen des Bisthums Münster' IV, p. XLVII.*

altera (p. 81—101*) et tertia (p.* 105—190*) exaratae. Cum quaterniones V. Willibrordi continentes postea inserti esse possint*[1], *W. Diekamp fortasse recte coniecit*[2], *librum esse exemplar illud Vitarum Bonifatii, Liudgeri, Gregorii, quod Cornelius Gualther Coloniensis pro Iohanne Saxone decano Hamburgensi et canonico Bremensi*[3] *describi iusserat, qua de causa hic illi a.* 1556 *(Ianuar.* 24*) gratias egit*[4].

$2a^{2}$) *Codex* ***Merseburgensis*** *capituli ecclesiae maioris n.* 63, *saec. XV, e tribus partibus constat, quarum tertiae fol.* 193—247. *V. Bonifatii inest. Alteri libro post c.* 28. *(p.* 212*) interpolatio inserta est e V. Lulli auct. Lamperto c.* 8—10. *deprompta (fol.* 244—245*).*

$2a^{2*}$) *Codex* ***Treverensis*** *bibliothecae cathedralis n.* 23, *saec. XVI. in., olim* Liber monasterii beatorum apostolorum Petri et Pauli in Ammensleve ordinis beati Benedicti abbatis, Magdeburgensis diocesis *(hodie Gross- et Klein-Ammensleben, 'Reg.-Bez. Magdeburg, Kreis Wolmirstedt'), postea* ex libris Christophori comitis de Kesselstatt decani Paderbornensis anno 1807, *iam antiquitus e compluribus partibus compactus est, quarum extrema (fol.* 273—306, *olim fol.* 1—34*) Vitas sanctorum continet cum alias tum fol.* 273—282. *V. Bonifatii capita quaedam selecta, scilicet libri prioris c.* 1—3. 6—11 *in.* 13. 14 *in.* 33, *libri alterius c.* 20—32 *in.* 33 *(p.* 117, 18—119, 37*;* 121, 33—126, 3*;* 127, 25—128, 7*;* 145, 29—146, 20*;* 205, 22—215, 18*;* 216, 3—9*). Vitam hoc modo coartatam*

$2a^{2**}$) *in eodem codice* ***Treverensi*** *fol.* 282'—286' *(antea fol.* 10'—14'*) epitome excipit (inc.* Beatus Bonifacius adhuc parvulus verbum Dei cum aviditate), *ex eodem exemplari contracto deprompta atque ipsa Vita* $2a^{2*}$. *Hanc epitomen publici iuris fecit A.* ***Nürnberger***, *Anecdota Bonifatiana, l. l. p.* 141—148.

2*b*) *Codex* ***Wirziburgensis*** *Mp. th. fol.* 116*b*, *saec. XII/XIII, olim (fol.* 1. *et* 201'*)* liber Sanctae Mariae Ebera(censis)[5], *ibique signatus* MS. III. 25, *post*

1) *Johannes Saxo litteris datis (v. n.* 4*) rogavit, ut exemplar Vitae Willibrordi a iuvene quodam litterato Epternaci scriberetur (Burmannus l. l. p.* 243*; cf. ib. p.* 242*).* 2) *L. l. p. XXXIV, n.* 1. 3) *De quo cf. 'Allgemeine Deutsche Biographie' XXX,* 461. 4) *P. Burmannus, Sylloge epistolarum a viris illustribus scriptarum II,* 1725, *p.* 243*; J. W. Schulte, Gothica minora ('Zeitschrift für Deutsches Alterthum' XXIII,* 1879, *p.* 64*).* 5) *In Ebrach monasterio codicem vidit Ph. W. Gercken, 'Reisen durch Schwaben, Baiern' etc. II,* 1784, *p.* 361.

V. Gregorii M. auct. Iohanne diacono (fol. 1'—137*)* *fol.* 138—200'. *V. Bonifatii auct. Otloho continet.*

2*c) Codex Erlangensis n.* 321 (268)*, saec. XIII. in., olim (fol.* 113*)* liber Sanctae Mariae Halesbrunnen *(hodie Heilsbronn), totus Bonifatio eiusque discipulis dicatus, ex exemplari Fuldensi descriptus videtur esse*[1]. *Insunt enim:*

fol. 1—63'. *V. Bonifatii auct. Otloho,*
fol. 63'—75'. *V. Sturmi auct. Eigilo (cf. SS. II,* 365*),*
fol. 75'—78'. *V. I. Burchardi (cf. SS. XV,* 44*),*
fol. 78'—89'. *V. Lulli auct. Lamperto (cf. ib. p.* 135*; Lamperti Opera ed. Holder-Egger p. XXIII),*
fol. 89'—94'. *V. Wigberti auct. Lupo (cf. SS. XV,* 37*),*
fol. 94'—95'. Sermo in octava sancti Bonifatii episcopi *(ed. A. Nürnberger, Anecdota Bonifatiana, l. l. p.* 150—152*),*
fol. 95'—103. *V. Gregorii auct. Liudgero (cf. SS. XV,* 65*),*
fol. 103—113. *V. Leobae auct. Rudolfo (cf. ib. p.* 120*).*

Initio libri prioris septem lectiones numeris margini appictis distinctae sunt.

2*d) Codex Wirziburgensis Mp. th. qu.* 13, *olim ecclesiae maioris Wirziburgensis, iam duos libros antiquitus seiunctos complectitur, quorum prior (fol.* 1—116*) a.* 1417. *exaratus*[2] *fol.* 2—78'. *V. Bonifatii continet. Fol.* 1'. *imago rudis Gregorii II. papae Bonifatio praedicandi facultatem concedentis picta est, addita inscriptione:*

Papa mittente meritoque gradum faciente,
Culturam terre fecit sua semina ferre,

dum post prologum Otlohi fol. 6'. *altera pictura extat, qua imago eiusdem papae Bonifatium episcopum consecrantis exhibetur, adiectis versibus:*

Ordine dotatus felici pontificatus,
Fit Mogontinus pastor metropolitanus.

Codex praeter librum 3 *deperditum solus nomen auctoris tradidit, quamvis mendosum, praescriptis verbis:* Prologus Otnloni venerabilis presbiteri ı m̄ *(i. e.* et monachi? *Cf. infra p. LXXIV,* 8*)* sancti Bonifacii cenobii; *fol.* 78'—79. *narratio (infra p.* 216 *sq.) eadem quae in* 3 *aderat legitur, praescriptis his verbis:* De adventu sancti patris nostri

1) *Id quod recte monuit O. Holder-Egger, SS. XV,* 65, *n.* 6. 2) *In calce (fol.* 116'*) haec adnotata sunt:* Anno Domini milesimo quadringentesimo XVII. finitus est liber iste feria secunda ante Symonis et Iude *(Octobr.* 25*).*

Bonifacii etc., *quibus ea respondent, quae librum priorem ducunt:* Incipit liber de vita et virtu(ti *m. al. superscr.*)-bus sanctissimi patris nostri Bonifacii archiepiscopi et ma(r *m. al. suppl.*)tiris Cristi etc. *Unde concludi licet, etiam hunc codicem ex exemplari Fuldensis monasterii pendere, id quod Vitae quoque quae sequuntur confirmare videntur, scil. fol.* 79—99. *V. Sturmi (cf. SS. II,* 365*) et fol.* 99—116'. *V. Leobae (cf. ib. XV,* 120*).*

2e) *Codex Moeno-Francofurtensis bibliothecae urbanae inter libros S. Bartholomaei n.* 63, *a.* 1484. *Fuldae exaratus, post compilationem Fuldensem, de qua infra p. LXXX sqq. egi, fol.* 28—89. *opus Otlohi continet. Versus prologo subiuncti fol.* 28. *in calce compilationis illius collocati sunt, dum versus libro secundo adiecti omnino desiderantur.*

2e*) *Codex Bambergensis E. III.* 9 *(Misc. hist.* 141*), saec. XV. ex., opus Andreae Lang abbatis S. Michaelis Bambergensis* (1483—1502) *de sanctis ordinis S. Benedicti continet*[1]. *Inter* Nomina monachorum canonisatorum *etiam* Karlomannus *affertur, atque ipsius nomen particulae operis Otlohi (fol.* 192'—193*) praescriptum est, cui haec praemissa sunt ex Annalibus qui dicuntur Einhardi*[2] *a.* 741/42. *deprompta:* Anno, quo Karolus Magnus diem obiit, tres filios heredes reliquit, Karlomannum scilicet et Pippinum atque Griffonem. Karlomannus autem et Pippinus, Francorum regno potiti, regnum quod communiter habuerunt diviserunt inter se in loco qui vocatur Vetus Pictavis. *Deinde insunt V. Bonifatii II,* 16: Postquam ergo Karlomannus omnia iura christiane religionis tam falsos, *et quae sequuntur usque ad finem c.* 19 *(p.* 202, 24—205, 21*):* astipulatione subnixum (II. Id. Marcii *m. al. add.*). *Textus cum codice* 2e *Fuldensi quam maxime coniunctus est, atque etiam V. Sturmi (absque prologo) fol.* 169—173. *et V. Leobae (cf. SS. XV,* 120*) fol.* 224—228'. *Andreas admiserat. De epitome vitae, quae fol.* 65'—68'. *legitur, v. infra* 3c.

2f) *Codex Dresdensis R* 52[u] *cum alias codicum reliquias*[3], *tum fol.* 48'. 48. *fragmentum prologi Otlohi con-*

1) *Cf. Fr. Leitschuh, 'Katalog der Hss. der Kgl. Bibliothek zu Bamberg' I,* 2, 1895, *p.* 231 *sqq.; 'Archiv' XI,* 421 *sqq.; A. Helmsdörfer, 'Forschungen zur Geschichte des Abtes Wilhelm von Hirschau',* 1874, *p.* 33, *n.* 5; *SS. IV,* 158. 166. *XII,* 727. *XV,* 18. 64. 120. 153; *MG. Poetae III,* 369; *O. Holder-Egger, Lamperti Opera p. LVI; B. Krusch, Ionae vitae sanctorum p.* 76; *supra p. XLIX,* 40. 2) *Ed. F. Kurze p.* 3. 5. 3) *Cf. supra p. XXVIII.*

tinet, saec. XII. exaratum atque ordine inverso volumini insertum (p. 114, 4—117, 10*):* doctores in euangelio — — munus tale laboris. *De ipso egit M. Manitius, 'N. Arch.' XXVIII,* 734.

3) *Codex Rebdorfensis, quo usus Canisius opus Otlohi publici iuris fecit, hodie latet. Praescriptionem similem atque 2d in fronte habebat:* Incipit prologus venerabilis presbyteri Othloni et m.[1] sancti coenobii Bonifacii in vitam ipsius, *idemque additamentum 'de adventu' sancti in calce.*

3a) *Codex Monacensis n.* 701, *saec. XIV, lectionarium ecclesiasticum continet, pictis litteris primariis, e quibus una homiliam quandam Bedae ducens fol.* 395. *imaginem monachi exhibet, addita inscriptione:* Magister Hainricus. *Inter lectiones e Vitis sanctorum exscriptas, quae folia* 55—253'. *occupant, fol.* 83'—85. *Otlohi liber I,* 1—5 *(p.* 117, 18—121, 32*) extat (praescr.* Incipit vita et passio sancti Bonifacii archiepiscopi et martyris).

3b) *Codex monasterii cuiusdam Norinbergensis, quo Cochlaeus a.* 1519. *usus est, hodie latet.*

3c) *Codex Bambergensis E. III.* 9, *cui opus Andreae abbatis* (1483—1502) *de sanctis ordinis S. Benedicti inest (v. supra cod.* 2e**), inter episcopos et martyres fol.* 65'—68'. *Vitam Bonifatii continet (praescr.* Sanctus Bonifacius), *admodum immutatam et decurtatam, ita ut inprimis libri prioris c.* 1—5. 10—15. 22—23, *alterius c.* 21—30. 33. *adsint, aliis breviter relatis. Codex quo Andreas usus est idem additamentum atque 2d et 3 continebat, quod immutatum neque integrum in libri II. c.* 22. *transposuit (post verba* sepulture committito, *p.* 207, 24*).*

E tribus in quas codices discedunt classibus prima, scilicet codex 1 *una cum libri* 1* *lectionibus haud ita multis, potissimum locum obtinet, ad exemplar (I), nisi fallor, referenda, quod, cum catalogus episcoporum Moguntinensium Vitae subiunctus in Sifrido I.* (1060—84) *desinat, Otloho vivo aut paulo post descriptum erat, i. e. saeculo et dimidio fere antequam codex ipse exaratus est*[2]. *Idem permultis locis textum primigenium servaverat, cum alterum exemplar (II) Fuldae conscriptum*[3], *e quo codices* 2

1) *Ita Canisius in margine, dum litteram in textu* monachi *interpretatur.* 2) *Cf. Jaffé, Bibliotheca III,* 1. 3) *Nam non solum liber* 2e *Fuldae exortus est, sed etiam, ut monui, codices* 2c *et* 2d *ab exemplaribus Fuldensibus originem ducunt, atque Eberhardus monachus Fuldensis codice eiusdem generis usus est. Originem classis* 1 *Baiuvaricae (*1, 1*, *Aventinus) fortasse ad Otlohi monasterium Ratisbonense referre licet.*

pendent, passim librarium retractantem expertus sit. Is enim non solum duas Zachariae epistulas (II, 10. 11*) omnino praetermisit*[1]*, sed etiam brevitati studens*[2] *saepius vocabula, quae superflua esse videbantur, praeteriit, aliis expolitis et immutatis. Itaque exemplar* 1, *quamquam multo post aevum Otlohi exaratum mendis minime vacat, tamen permultas lectiones exhibet optimae notae. Cum in universum auctores ab Otloho adhibiti adhuc praesto sint, pauca exempla afferre satis habeo:*

I, 10 *(p.* 125, 23*).* hic Dei sanctus] *ita* 1 (s. hic Dei servus *Willibaldus*); hic sanctus vir 2*a. b. c. d. e.* 3. 3*b;*

I, 12 *(p.* 126, 30*).* gradum implere contendens] *ita* 1 *et e Willibaldo* (gr. implere temptavit) *interpolatus* 2*e;* gr. (impl. *om.*) cont. (conscendens 2*b. d*) 2*a. b. c. d.* 3. 3*b;*

I, 31 *(p.* 143, 25*).* normam apostolicae et catholicae fidei Romanae, cui — deservimus, ęcclesiae edocens] 1. 3 *cum Epist.;* Romanae — ęcclesiae *om.* 2*a. b. c. d. e;*

ib. *(p.* 144, 25*).* Bene valete] 1. 3 *cum Epist.; haec om.* 2*a. b. c. d. e;*

I, 36 *(p.* 151, 9*).* vivere et vitam propriam gubernare] 1 *cum Epist.;* et v. pr. gub. *om.* 2*a. b. c. d. e.* 3;

II, 2 *(p.* 165, 12*).* aliis capitulis] 1 *cum Epist.;* aliis capitalibus vit(c)iis (criminibus 2*b. e*) 2*a. b. c. d. e;*

ib. *(p.* 168, 30*).* augusto Constantino a Deo coronato] 1 *cum Epist.;* a Deo cor. *om.* 2*a. b. c. d. e;*

II, 3 *(p.* 169, 12*).* bene conpertum habet] 1 *cum Epist.;* b. novit 2*a. b. c. d; haec om.* 2*e;*

II, 15 *(p.* 201, 7*).* in loco qui vocatur Boconia] 1. 3 *cum Epist.;* Boc. *om.* 2*a. b. c. d. e.*

Interpolatoris vestigia iuxta lectionem primigeniam in optimo alterius classis libro adhuc deprehenduntur:

II, 7 *(p.* 184, 33*).* tuae sanctitati dereximus] *ita* 1. $2a^2$ *cum Epist.;* t. s. dedimus | dixerimus *(sic, sed* dix. *del.)* 2*a;* t. s. dedimus 2*b. c. d. e.*

1) *Quae non solum in editione Suriana desiderantur, sed etiam nonnullos fugerunt, qui de epistulis Bonifatianis egerunt; cf. Dümmler, MG. Epist. III,* 221, *qui codice* 2*a usus est.* 2) *Etiam textus Vitarum Sturmi, Gregorii, Leobae, quales in codice nostro* 2*c leguntur, hic illic coartati aut decurtati sunt. Cf. G. Richter, 'Die ersten Anfänge der Bau- u. Kunstthätigkeit des Klosters Fulda' p.* 21, *n.* 5 *(cf. p.* 38, *n.* 1*; p.* 39, *n.* 2*; p.* 63, *n.* 3*); O. Holder-Egger, SS. XV,* 65*; G. Waitz, ib. p.* 120.

Cum lectio depravata dixerimus *intellegi nequiret, interpolator quidam* dedimus *coniecisse videtur atque utramque lectionem 2a servavit; genuinam unus liber* $2a^2$ *e coniectura exhibuit, dum reliqui affines falso correctam anteponunt. Brevitati autem interpolator ille non ita studuit, quin verba nonnulla textui primigenio interposuisset:*

II, 12 *(p.* 195, 21*).* vestris orationibus, comitante gratia Dei] 1 *cum Epist.;* v. orat. intercedentibus pariterque opitulante gr. Dei *2a. b. c. d. e;*

II, 28 *(p.* 212, 6*).* cum — resistere vellent, sed minime prevalerent] *ita* 1. 3. *3c;* conscientia reatus depressi *post* sed *add. 2a. b. c. (d). e,*

atque privilegio Zachariae Fuldensi (II, 15*) notas temporis adiunxit e capite praecedente depromptas, quae a codice* 1 *iusto iure absunt. Attamen etiam libri* 1 *menda haud pauca ad codices* 2 *emendari licet.*

Ex alterius classis codicibus 2*a.* a^1. a^{1*}. a^{1**}. a^2. a^{2*} *arta necessitudine inter se coniuncti sunt, atque libros* $2a^1$. a^{1*}. a^{1**} *ex eodem exemplari magis depravato descriptos ex ipso 2a pendere veri simile est, dum libri* $2a^2$. a^{2*} *ad exemplar quamvis simile neque vero ipsum 2a redeunt. Libri 2e.* e^*, *e quibus alter ex altero minime exscriptus est, eodem modo passim corrupti et interpolati sunt, ad exemplar referendi, quod aliquatenus ad 2b accedebat (cf. supra p. LXXV,* 25*).*

Classis tertia omni fere auctoritate caret, quippe quae textu 1 *simili cum codice generis 2d collato atque commixto orta sit, ita ut modo cum hoc modo cum illo faciat. Itaque codex* 3 *ut una cum* 1 *capita II,* 10. 11. *servavit, quae in libris* 2 *omissa sunt, ita aeque atque 2d in praescriptione operis nomen auctoris exhibet in reliquis codicibus oblivioni datum neque additamentum 'de adventu Bonifatii' in calce desideratur, quod item in 2d redit. Necessitudinis cum eodem libro intercedentis haec praeterea exempla afferre libet:*

I, 1 *(p.* 118, 32*).* monasticae vitae ordo] monastice (monasticus 3) ordo (vitae *om.*) *2d.* 3. *3a. b. c;*

ib. *(l.* 33*).* fratribusque commendatus] que *om. 2d.* 3. *3a. b. c;*

I, 2 *(p.* 119, 24*).* illud sapientis] *ita* 1. *2d.* 3. *3a. b;* cuiusdam dictum *add. 2a. b. c. e;*

I, 5 *(p.* 121, 29*).* predicationis sibi pateret locus] sibi *om. 2d.* 3. *3a. b;* alicubi *pro* sibi *3c;*

I, 16 *(p.* 130, 2*).* ut eum in omnibus necessitatibus adiuvetis] eum *om. 2d.* 3. *3b;*

I, 18 (*p.* 131, 28). ornatum ęcclesiae] ordinatum eccl. 2*d*. 3 (*non* 3*b*).

Unde classem 3 *passim cum tota praecedente convenire consentaneum est, cf. e. gr.:*

Prol. (*p.* 111, 11). intellectui velatam] *ita* 1; int. obscuram 3 *cum rell.;*

I, 6 (*p.* 122, 21). ire volentem] 1 *cum Willib.;* ire cupientem 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. 3. 3*b;*

I, 8 (*p.* 123, 16). cuius exemplar hic inserere cupio] *recte* 1 (*cf. I,* 15. *II,* 18); cuius exemplar tale invenitur 3. 3*b cum rell.;*

I, 14 (*p.* 128, 10). Leone a Deo coronato magno] 1 *cum Epist.;* a Deo cor. *om.* 3. 3*b*. *c cum rell.;*

I, 36 (*p.* 149, 21). et per falsos sacerdotes deceptus non pereat] 1 *cum Epist.;* qui per f. s. hucusque deceptus est 3 *cum rell.*

Alteram originem lectiones cum 1 *convenientes testantur hae:*

I, 24 (*p.* 136, 21). lux magna — circumfulsit] 1. 3 *cum Vita Moguntina;* circumdedit 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e;*

I, 25 (*p.* 137, 26). fecit suique laboris onus inter eos divisit] 1. 3; suique — divisit *om.* 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e;*

I, 36 (*p.* 151, 3). Similiter et nonnae — capiti eius] 1. 3 *cum Epist.; haec om.* 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e;*


I, 44 (*p.* 157, 17). ab eo ad Zachariam] 1. 3. 3*b;* a sancto Bonifat(c)io ad Z. 2*a*. *b*. *c*. (*d*). *e;*

ib. (*p.* 157, 24). cum alienis] *ita* 2*a*. *b*. *c*. (*d*); cum litteris al. 2*e; haec om.* 1. 3. 3*b;*

II, 1 (*p.* 159, 27). maiorem laeticiam et maius gaudium nobis non audivimus] 1. 3 *cum Epist.;* et m. g. nobis *om.* 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*.

Quae cum ita sint, in universum lectionibus librorum* 3, *e quibus* 3a *cum* 3, *epitome* 3c *cum* 3b *facit, supersedere licuit, neque plenas eas attuli nisi in iis quae soli libri* 1. 3 *servaverunt capitibus* 10. 11. *libri II.

Rationes inter codices intercedentes tali fere stemmate depingere licet:



Otlohi Vita Bonifatii non tam ad historiam sancti conscribendam attinet quam ad res litterarias illius aevi cognoscendas, atque dubitari poterat, quin textus satis prolixus dignus esset, qui integer admitteretur aut exclusis ipsis epistulis, quarum textus primigenius iam in alia Monumentorum parte editus esset. Interim me haesitantem moverunt et editiones imperfectae vitiosaeque et libri 1 nondum adhibiti praestantia, ad quem textum epistularum apud Otlohum multis locis emendare successit. Unde rerum Bonifatianarum studiosis, a quibus haud semel inquisitum est, quae rationes inter reliquas epistularum collectiones et Otlohum intercederent, haud ingratam fore crediderim totius Vitae editionem una cum epistulis, quales quidem Otloh immutaverat.

Ne autem apparatus nimia lectionum inutilium congerie oneraretur, vetustiorum et codicum 1. 2a. b. c et fragmentorum 1^*. 2f lectiones varias adnotare satis habui, neque vero lituras et rasuras minores nullius momenti aut lapsus calami levissimos[1] singulorum librorum in apparatum admisi, qualia in ipso libro 2a antiquissimo satis multa deprehenduntur. In rebus orthographicis inprimis eundem codicem 2a secutus sum neque vero reliquos neglexi, e quibus cum 1 tum 2c saepius rationem scribendi vetustam servaverunt, ita ut nomen sancti plerumque in uno libro 2c, perraro in 1. 2b, semel in 2a Bonifatius scriptum sit, cum alias littera c more magis magisque vulgato pro t legatur.

Librum eximium 1 Paulus de Winterfeld b. m. contulit, reliquos ipse aut contuli aut examinavi.

Iohannes Cochlaeus, Speculum antiquae devotionis circa missam, Moguntiae 1549, p. 234—246, partem libri prioris, scil. c. 1—20. et 42—44, absque auctoris nomine publici iuris fecit, cuius opus 'ante XXX annos ex Italia reversus Nurenbergae[2] ex vetusto quodam codice cuiusdam ibi monasterii' (supra 3b) exscribendum curaverat. Deinde

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis III, Coloniae Agrippinae 1572, p. 467—509, adhibitis codicibus $2a^2$ et $2a^{1**}$ similibus, Vitam Bonifatii edidit, nomen auctoris et ipse ignorans, sed eam voluit 'post Willibaldum primum Eistetensem episcopum copiose conscriptam idque bona fide

1) E. gr. accamationes (pro acclam.), actoritas (pro auctor.), batizatus (pro baptiz.), beatudo (pro beatitudo), contarius (pro contrarius), presbiteraratus, revertentissimus (pro reverent.), tradior (pro tardior), etc. 2) Ubi a. 1519. commoratus est; cf. C. Otto, Iohannes Cochlaeus, 1874, p. 106; M. Spahn, Cochlaeus, 1898, p. 45 sqq.

a quodam docto viro'. Sermonem auctoris more suo quasi simpliciorem retractavit et immutavit, exceptis epistulis, 'in quibus stylus mutari non debuit'.

Henricus Canisius l. l. tom. IV, pars secunda, p. 393—468 *(ed. Basnage III,* 337—368*), Vitam e codice Rebdorfensi (nobis* 3*) edidii, e cuius praescriptione etiam nomen auctoris eruit; epistulas, quarum sermonem Surius intactum reliquerat (II,* 1—9. 12—15*), in altero libro omisit, lectionibus variis adnotatis. Anno insequenti*

Nicolaus Serarius, Moguntiacarum rerum libri quinque, Moguntiae 1604, *p.* 325—434, *editionem Canisii iteravit*[1], *praescriptionibus capitum additis suppletisque quae apud Canisium desunt epistulis. Textum earum ex epistularum codice Ingolstadiensi (hodie Monacensi Lat. n.* 830*) a.* 1497. *exarato deprompsit*[2], *eas vero quae in hoc desiderantur epistulas* 88. *et* 89 *(V. Bonifatii II,* 14. 15*) e Surio, atque in his solis Otlohi sermonem servavit.*

In quarta editione Surii, De probatis sanctorum vitis (VI), Iunius, Coloniae Agrippinae 1618, *p.* 57—83, *Vita e Canisio repetita est, epistulis e priore Surii textu suppletis et Serarii ratione habita.*

Mabillonius l. l. III, 2, *p.* 28—87, *Vitam ad editiones Surii et Canisii recensuit, nullo codice adhibito.*

Georgius Christianus Ioannis, Volumen primum rerum Moguntiacarum, Francofurti ad Moenum 1722, *p.* 205—273, *textum Serarii repetivit, Mabillonii quoque rationem habens.*

Bouquet l. l. III, 667—669, *et V,* 425—426, *nonnulla e Mabillonio exscripta iteravit.*

Pertz l. l. p. 357—359. *prologum exhibuit aliaque nonnulla ad opus Willibaldi adnotavit, nullo codice usus.*

Migne l. l. LXXXIX, 633—664. *textum Mabillonii admisit praeter epistulas alibi editas, quarum initiis contentus erat. Denique*

Jaffé l. l. p. 482—505, *codice* 2a *adhibito, frustula edidit, epistulis aliisque pluribus omissis.*

Textum Surii maxima ex parte in linguam Germanicam vertit auctor libri: 'Das Leben und Leyden des heiligen Ertzbischoffs und Martyrers Bonifazii — — Auss dess Hochwirdigen unnd Gottseligen Bischoffs zu Eychstätt S. Wilibaldi Schrifften gezogen und in zwey

1) *Serarium codice Francofurtensi usum esse, A. Nürnberger temere statuit.* 2) *Serarius p.* 562*; cf. MG. Epist. III,* 217.

underschidliche Bücher verfasset. Getruckt zu Ingolstadt durch Wolffgang Eder 1588'. *Nomen Willibaldi, cuius librum auctor non viderat, in praescriptione editionis Surianae deprehenderat, atque textui Otlohi complura intulit, quae pios lectorum animos aedificarent Lutheranosque offenderent. Vitam in nostram linguam accuratius transtulit* Külb *l. l. II,* 337—395, *praetermissis epistulis, quarum textum primigenium in priore volumine exhibuerat.*

VIII.

Legenda Bonifatii Hamelensis.

Brevis 'Legenda de ordinatione sancti Bonifacii' (inc. Gloriosus et beatus Bonifacius archiepiscopus Maguntinus*), quam codex saec. XIV. nunc Hannoveranus continet, ab auctore quodam Hamelensi composita est, qui inprimis Willibaldum adhibens*[1], *complura in deterius mutavit erroresque insulsissimos addidit. Quo teste, ut cetera omittam, Bonifatius cum alias ecclesias condidit, tum* Hamelensem ecclesiam in honorem beati Romani predecessoris sui, quam monasterio Fuldensi subiecit, Deo cooperante dotavit et erexit. *Hunc textum Otto* Meinardus, *'Hameler Geschichtsquellen' ('Zeitschrift des historischen Vereins für Niedersachsen, Jahrgang* 1882', *Hannoverae* 1882, *p.* 1—40*), p.* 22—29. *exhibens*[2] *demonstravit, Legendam a.* 1384. *a Iohanne de Polde canonico* († 1395) *in Chronica ecclesiae Hamelensis (ib. p.* 29 *sqq.) exscriptam esse.*

IX.

Compilatio Fuldensis.

Alterius auctoris Fuldensis compilationem servavit codex Fuldensis, nunc bibliothecae urbanae Moeno-Francofurtensis[3] *inter libros ecclesiae S. Bartholomaei n.* 63, *saec. XV. ex., formae mediae, foliorum* 96, *qui per Iohannem Latomum decanum S. Bartholomaei* († 1598)[4] *Francofurtum pervenit, sicut ab ipso in tegumento anteriore adnotatum*

1) *Cf. Meinardus p.* 8 *sqq.* 2) *Cf. ea quae Meinardus ib. a.* 1884. *p.* 264—266. *de codice Hannoverano reperto addidit.* 3) *Ipsum breviter descripsit Batton, 'Archiv' II,* 200 *sq.* 4) *De quo cf. R. Froning, 'Archiv für Frankfurts Geschichte, Neue Folge' VIII,* 1882, *p.* 233 *sqq. Latomus l. l. (v. p. LX,* 33*) col.* 437 *sq.* 441—454. 478. *praeter Otlohum, quem nomine 'Willibaldi Eystetensis' citavit, etiam Compilatione Fuldensi ab ipso acquisita usus est, cuius auctorem 'abbreviatorem Willibaldi sub Willigiso' vocavit.*

est: Emptus anno 1550. per me Ioannem Latomum. *Insunt autem*

fol. 1—28. *Compilatio de qua agitur et*

fol. 28—89. *opus Otlohi (nobis 2e)*[1], *ab eodem librario exaratum. Deinde fol.* 89. *manu altera additum est:* Anno Domini MCCCC⁰LXXXIIII⁰[2] conscriptus est iste libellus sub magistro fabrice dicto Iohanne Niffe, ut vita et actus sancti Bonifacii patefiant advenis et peregrinis, *eademque manus, quae haec scripserat, fol.* 89'—93. *indicem reliquiarum et indulgentiarum Fuldensium addidit*[3], *e quo librum Fuldae exaratum esse certo certius intellegitur.*

Compilatio (fol. 1—28*) a prologo Willibaldi (fol.* 1 —1'*) incipit, cui haec praescripta sunt:* Incipit prologus sancti Willibaldi episcopi in vitam et passionem sancti Bonifacii et sociorum eius, *atque clausula vitae adiuncta (fol.* 28*) ad eundem auctorem spectat:* Explicit vita et passio sancti Bonifacii archiepiscopi sociorumque eius, quam beatus Willibaldus episcopus veridica relacione (re | cione *cod.*) digessit. *Neque vero opus Willibaldi genuinum inest*[4], *sed compilatio quaedam ex ipso et auctore Moguntino (Vita IV. Bonifatii) compacta, paucis locis ex Otloho insertis. Ea (fol.* 3—28*) in triginta capita divisa est, quorum index*[5] *(fol.* 1'—3*) prologum subsequitur. Quales fontes in singulis capitibus praesto fuerint, ex hac tabula intellegi licet:*

Compilationis caput:	*Auctores adhibiti:*
1—4	*Willibaldus c.* 1—4 (*p.* 4, 14—13, 10; 13, 20 —18, 1).
5	*Ib. c.* 5 (*p.* 18, 8—21, 24).
6	*Ib. c.* 5 (*p.* 21, 25—26, 9).

1) *Cf. supra p. LXXIII.* 2) *Non a.* 1434, *sicut 'Archiv' l. l. legitur.* 3) *De reliquiis (inc.* Nota, hee reliquie monstrantur in die sancti Bonifacii*) fol.* 89'—91', *de indulgentiis (inc.* Nota, hee sunt indulgencie maioris ecclesie Fuldensis*) fol.* 92—93. *agitur. Idem index codici Fuldensi bibliothecae provincialis Histor. n.* 13 *inesse videtur; cf. A. Nürnberger, 'Aus der litterar. Hinterlassenschaft des hl. Bonifatius',* 1888, *p.* 25. 4) *Id quod post Battonem omnes crediderunt, qui de his rebus disseruerunt, existimantes, Serarium hoc codice usum esse, qui re vera codicem nostrum* 3* *adhibuit (v. supra p. XLIV).* 5) *Numero* 25. *omisso, tituli c.* 26—30. *errore n.* 25—29. *signati sunt. Ad eos componendos uterque auctor et Willibaldus et Moguntinus adhibiti sunt; textus praescriptionibus et numero* 30. *caret.*

Compilationis caput:	*Auctores adhibiti:*
7	*Willibaldus c.* 6 (*p.* 26, 10 — 27, 25).
8	*Ib. c.* 6 (*p.* 27, 26 — 31, 3).
9	*Auctor Moguntinus c.* 2 (*p.* 93, 22 — 95, 6).
10	*Ib. c.* 1 (*p.* 90, 11— 93, 6).
11	*Otloh I,* 42 (*p.* 156, 21—157, 2).
12	*Moguntinus c.* 1 (*p.* 93, 15—20) *et c.* 3 (*p.* 95, 9—24).
13	*Moguntinus c.* 4 (*p.* 96, 2—10); *Willib. c.* 7 (*p.* 38, 9—14); *Otloh I,* 43 (*p.* 157, 12. 13); *Moguntinus c.* 4 (*p.* 96, 10—15); *Otloh I,* 44 (*p.* 157, 15—17).
14	*Moguntinus c.* 5 (*p.* 96, 18 — 97, 8).
15	*Willibaldus c.* 6 (*p.* 30, 17 — 32, 2).
16	*Ib. c.* 6 (*p.* 32, 3 — 34, 17).
17	*Ib. c.* 6 (*p.* 34, 17— 36, 7).
18	*Ib. c.* 7 (*p.* 36, 10 — 38, 7; 38, 14 — 40, 14).
19	*Ib. c.* 8 (*p.* 41, 6 — 43, 27).
20	*Moguntinus c.* 6 (*p.* 97, 11— 98, 10).
21	*Ib. c.* 8 (*p.* 99, 3 —100, 15).
22	*Willibaldus c.* 8 (*p.* 45, 6—16) *et Moguntinus c.* 7 (*p.* 98, 19—31).
23	*Willibaldus c.* 8 (*p.* 45, 17—48, 11).
24	*Ib. c.* 8 (*p.* 48, 12 — 52, 24).
25	*Ib. c.* 8 (*p.* 52, 25 — 54, 17).
26	*Moguntinus c.* 10 (*p.* 101, 22 —102, 21).
27	*Ib. c.* 11 (*p.* 102, 24 — 103, 24) *et Willibaldus c.* 8 (*p.* 54, 20 — 55, 5).
28	*Moguntinus c.* 12 (*p.* 104, 2—23).
29	*Ib. c.* 13 (*p.* 104, 24 —106, 3).
30	*Willibaldus c.* 9 (*p.* 56, 6 — 57, 26).

Codice Willibaldi compilator (F) usus est nostro 2c simili[1], *cui sine dubio etiam Vita Moguntina inerat; textum passim*

1) *Cf. e. gr. Willib. c.* 1 *(p.* 6, 22*):* mentis pertinacia] p. m. *F cum* 2*a. b. c. c**. *e*[1. 3. 4]*; c.* 6 *(p.* 33, 23*):* multiformiter emanavit] uniformiter em. *F cum* 2*c. c***; c.* 8 *(p.* 50, 25*):* magnam se ibi tam auri quam argenti copiam credens habere *F cum* 2*c. c**. *Neque vero compilator ipsum librum* 2*c exscripsit, quamvis simillimum; cf. e. gr. c.* 2 *(p.* 8, 15*):* protexere] *F cum plerisque,* obtexere 2*c. c***; c.* 6 *(p.* 29, 3*):* alternatim ducerent] *F cum rell.,* alt. *om.* 2*c. c***; ib. (p.* 34, 11*):* alii quidem in provincia Hessorum] *haec habet F cum rell., om.* 2*c. c**.

expolivit et interpolavit, verbis nonnullis omissis additisve. Non solum Willibaldi prologum in fronte collocavit, sed etiam fraude impudenti ea, quae auctor Moguntinus (c. 13) de illo enarraverat, prima persona usus reddidit, quasi a Willibaldo ipso conscripta essent, ita ut c. 29. incipiat:

Post hec ego Willibaldus episcopus vitam conversacionemque beati martiris Bonifacii necnon et passionem eius, quia adhuc multi supererant, qui eidem passioni interfuerunt, conscripsi in loco, *cet.*

Compilationem quae edatur indignam esse ratus, satis habui lectiones varias alicuius momenti ad Vitam Moguntinam adnotare, signo F addito, plenasque speciminis causa c. 12. 13 (p. 104, 2—106, 3) adiunxi.

Georgius Vicelius, Hagiologium seu de sanctis ecclesiae, Moguntiae 1541, *fol. CLV—CLVI', epitomen huius compilationis publici iuris fecit*[1] *eique pauca ex Otloho addidit, cuius opus in codice subsequitur*[2]*; denique haec verba subscripsit, textu compilatoris (c. 29) neglegenter usus:*

Ego Wilibaldus episcop. etc. vitam et passionem Bonifacii conscripsi primum in cęratis tabulis ad probationem Lulli et Megengaudi. Post eorum examen in pergamenis rescripsi. Atque hoc in loco, qui dicitur sancti Victoris extra muros Moguntiae, ubi Lullus et Rabanus vacabant orationibus, etc.

Canisius, Serarius, Mabillonius Wicelium secuti ea operi Willibaldi subiecerunt; sed potius e Vita Moguntina ipsa pendere iam Henschenius perspexerat[3]*, atque codice Fuldensi reperto et examinato de origine dubitari nequit.*

1) *Narrationem Wicelii e tribus auctoribus (Willibaldo, Moguntino, Otloho) pendere, recte exposuit A. Nürnberger, Commentatio p.* 22 *sq., codicis Francofurtensis intercedentis nescius. — Wicelius inde ab a.* 1540. *Fuldae degens prologum Hagiologii 'ex sylva Fagea' (i. e. Buchonia) emisit atque mox inter monumenta adhibita 'bibliothecam Fuldensem' enumeravit, cuius codicibus etiam alias usus est; cf. Fr. Falk, 'Beiträge zur Rekonstruktion der alten Bibliotheca Fuldensis' ('Beihefte zum Centralblatt für Bibliothekswesen' XXVI),* 1902, *p.* 9 *sqq. Tres codices qui dicuntur Bonifatianos (cf. infra p.* 51, *n.* 1*) Fuldae inspexit; cf. fol. CLVI.* 2) *Ad ipsum ea redeunt, quae fol. CLVI', in margine adnotavit:* Alia historia de S. Bonifa. quae eum vocat Apostolum Germaniae, *nam Bonifatius re vera in codice Francofurtensi (2e) interpolato ita audit; cf. Otloh II,* 31 *(infra p.* 215, 33*). — Quae postea Georgius Wicelius, Chorus sanctorum omnium, 'Zwelff Bücher Historien Aller Heiligen Gottes', Coloniae* 1563, *p.* 294—305, *de Bonifatio 'ex libro S. Willibaldi' lingua vernacula attulit, ea maxima ex parte ex Otloho pendent, pauciora e compilatione; de tribus libris Bonifatianis cf. p.* 303. 3) *L. l. p.* 453.

X.

Legenda Thuringica.

Ultimo denique loco 'Legenda patroni Germaniae sancti Bonifacii' Thuringica (inc. Temporibus Leonis IV. imperatoris*) afferenda est, quae, saeculo XVI. ineunte composita*[1]*, duobus libris constat. Prior et caput ultimum posterioris (II,* 14*) ad verbum fere ex Otloho*[2] *deprompta sunt, pluribus omissis coartatisque, atque notas temporum haud ita multas auctor e Chronica Sigeberti addidit. Maior posterioris libri pars (II,* 1—13*) ad res Thuringicas spectans fabulas auditu acceptas continet, quibus origines consuetudinum et iurum explicentur; eaedem lingua vernacula iam saeculo XV. conscriptae erant*[3]*. Thuringi ad fidem christianam conversi esse dicuntur, postquam Bonifatio duce Ungaros ad Unstrut fluvium devicissent; deinde plura de primordiis lantgraviorum ad Karolum Magnum relatis, de iuribus, privilegiis, terminis*[4]*, iudiciis provincialibus*[5] *Thuringiae enarrata sunt, quae, ut ad res Thuringicas posteriores cognoscendas aliquid faciunt, ita ad historiam Bonifatii minime attinent.*

Partem libri alterius memorabiliorem (II, 8—13*) publici iuris fecit*[6] *W. E. Tentzelius, Supplementum historiae Gothanae secundum, Ienae* 1702, *p.* 344—374*;*

1) *Aetas auctoris e verbis (Mencken col.* 846*):* Nostris temporibus 1513, *cet. intellegitur. Cum vero haec in versionibus Germanicis desiderentur, fortasse ad librarium quendam referenda sunt neque ad auctorem ipsum.* 2) *Codex ad classem* 2 *pertinebat.* 3) *Versiones Germanicas ediderunt Menckenius (v. infra) col.* 851—864 *(locis posterioribus insertis); B. G. Struve, 'Historisch und Politisches Archiv' II, Ienae* 1719, *p.* 252—272*; H. E. v. d. Gabelentz, 'Zeitschrift des Vereins für thüringische Geschichte' VI, Ienae* 1865, *p.* 235—248. 4) *Cf. O. Dobenecker, Regesta Thuringiae I, p. II sqq.* 5) *Cf. W. Franck, 'Die Landgrafschaften des heil. römischen Reichs',* 1873, *p.* 164 *sqq.; Schenk zu Schweinsberg, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XVI,* 538*; Dobenecker, 'Ueber Ursprung und Bedeutung der thüringischen Landgrafschaft' ('Zeitschrift des Vereins für thüringische Geschichte' XV,* 1891*), p.* 326 *sqq.* 6) *Legendae iam meminit Caspar Sagittarius, Epistola de antiquo statu Thuringiae, Ienae* 1675, *p.* 60*; Antiquitates gentilismi et christianismi Thuringici, ib.* 1685, *p.* 349 *sq. — De codicibus Ienensi et Weimarano saec. XVI. exaratis cf. 'Archiv' VIII,* 700. *XI,* 406*; quibus accedit codex Hannoveranus n.* 187, *saec. XVIII, qui 'Excerpta ex Legenda patroni Germaniae sanctissimi Bonifacii' continet (cf. E. Bodemann, 'Die Hss. der kgl. öffentl. Bibliothek zu Hannover',* 1867, *p.* 28*), scil. Legendam Thuringicam II,* 8—13, *e Tentzelio ut videtur depromptam.*

totam Legendam edidit Joh. Burch. Menckenius, *Scriptores rerum Germanicarum I, Lipsiae* 1728, *col.* 833—851 [1].

Denique opere absoluto viris doctissimis de hac editione optime meritis W. J. Edmonds, R. Ehwald, Aem. Göller, Th. Ilgen, H. Lebègue, G. Meier, G. Milchsack, O. Schiff, E. Schröder, J. Schwalm gratias iterum referre iuvat, quas suo cuique loco supra rettuleram; quibus accedunt bibliothecarum praefecti permulti, qui codices sibi commissos sive in ipsorum armariis sive Vratislaviae atque Bonnae excutiendos mihi concesserunt. Praeter ceteros autem B. Krusch v. c. reminisci decet, qui ut Scriptoribus rerum Merovingicarum edendis strenue praesidet, ita in hanc editionem ipsius auspiciis parandam et antequam prelo subiciebatur et in plagulis corrigendis studium indefessum impendere numquam destitit, nusquam consilio et opera mihi defuit, ita ut gratias me quam maximas ei debere hoc quoque loco memori animo mihi profitendum sit.

Bonnae, *mense Martio a.* 1905.

WILHELMUS LEVISON.

1) *Vitae passionesve nostri Bonifatii ab aliis eiusdem nominis in catalogis codicum saepe distinctae non sunt (cf. e. gr. A. Nürnberger, Commentatio p.* 11, *n.* 2; *p.* 15, *n.* 1*), atque codicibus* Parisiensi *n.* 17634 *(Caelestin.* 1*), saec. XVI. in., fol.* 80', *et* Vindobonensi *n.* 377 *(Hist. eccl.* 15*), saec. XI, fol.* 233', *qui adhuc accuratius descripti non sunt, martyris Tarsensis Passionem (Bibl. hag. Lat. I, n.* 1413*) inesse, H. Lebègue et F. Menčik vv. cc. certiorem me fecerunt.*

ADDENDA.

p. 9, 37. *De Wynberchto chartarum scriptore cf. J. Aronius, 'Diplomatische Studien über die älteren angelsächsischen Urkunden'*, 1883, *p.* 13 *sqq.*

p. 22, 17. *De comparationibus apium a scriptoribus Britannicis frequentatis et fortasse ad exemplum Aldhelmi (De laude virginitatis c.* 4, *ed. Giles p.* 3*) referendis cf. W. H. Stevenson, 'Asser's Life of King Alfred'*, 1904, *p.* 302 *sq.*

p. 39, 31—33. *Verba 'Eadem verba — legisse videtur' delenda sunt. Neque enim ipsi Wolfherio textus Willibaldi interpolatus praesto fuisse videtur, sed auctori annalium Altahensium antiquissimorum deperditorum, e quibus et locus ille Vitae Godehardi et annales Altahenses a.* 750 *(ed. Giesebrecht et ab Oefele*[2], 1891, *p.* 2; *cf. p. VIII) pendent, etsi his ut verba sequentia, ita nomina Zachariae et Vivili nisi fallor ab Aventino ex Otlohi V. Bonifatii (I,* 33. *II,* 3*) illata sunt. Cf. E. Ehrenfeuchter, 'Die Annalen von Niederaltaich'*, 1870, *p.* 26. 32 *(n.* 1*); H. Lorenz, 'Die Annalen von Hersfeld'*, 1885, *p.* 50.

p. 74, 12. *Auctor imitatus est verba Boethii, Consolatio philosophiae I,* 1 *(ed. Peiper p.* 4*):* Haec dum mecum tacitus ipse reputarem querimoniamque lacrimabilem stili officio signarem, adstitisse mihi supra verticem visa est mulier, *et q. s.*

I.

VITA BONIFATII AUCTORE WILLIBALDO.

DOMINIS[a, 1] SANCTIS ET VERE IN CHRISTO CARISSIMIS[b] LULLO[2] ET MEGINGOZO[3] COEPISCOPIS[4] WILLIBALDUS[c], LICET INDIGNUS, IN[d] DOMINO PRESBITER.

Praecepto piae paternitatis vestrae effectu[e] pariter et voto — non propriae[f] ludis[g] litterari[h, 5] scientia confidens, sed debitum oboedientiae[i] obsequium vestrae inpendens sanctitate[k] — libenter parui arduumque quod[l] suggessistis exiguis[m] viribus opus inchoavi, ad perfectionis terminum fine

I. *Prol.* 1. 2*a. b. c.* 3. 4.

a) *praescr.* (In Christi nomine *add.* 2*a. b*) incipit praefatio (epistola 4. 4*a*) sancti *(om.* 4*)* Willibaldi episcopi de vita (actibusque *add.* 2*a. b*) sancti Bonifatii (Bonifacii 4*a*) archiepiscopi (episcopi et martyris 4. 4*a*; ad Lul et Megingozum episcopos *add.* 2*a. b*) 2*a. b.* 4. 4*a*; Incipit vita vel passio beatissimi Christi martyris et archiepiscopi Bonifatii 3; Item incipit vita et passio eiusdem archiepiscopi prolixioris edititionis *(sic)* 2*c*, *ubi Vita Moguntina praecedit; praescr. om.* 1. b) : kariss., *ras.* c 2*a*. c) Willibald 3. d) in Domino *circiter* 5 *litteris erasis om.* 2*a*; *desunt* 3. e) *corr.* affectu 2*a*, *et ita* 2*c*. f) *ita* 1. 2*c*. 3; propria *rell.* g) *ita* 1. 3 *(pr. m.)*; laudis 2*a. b. c et m. al.* 3; ludi 4. h) *ita* 1; litterali 2*a. b. c.* 3; litteralis 4. i) obodientiae 1. k) *ita* 1; sanctitati *rell.* l) q (*ita infra pro* quod) *corr.* q 4; quam 4*a*. m) exiguus 2*a*, *corr.*; opus exiguis vir. 3; exig. verbis (*corr.* veribus) opus 2*c*.

1) *Willibaldus, ut monuit B. Krusch v. c. ('N. Arch.' IV,* 171*), epistulam Victorii ad Hilarum Cursui paschali praefixam (ed. Mommsen, Auct. ant. IX,* 677*) adhibuit:* D o m i n o v e r e s a n c t o e t i n C h r i s t o venerabili fratri Hilaro archidiacono Victorius. Utinam p r a e c e p t i s tuis — — tam e f f e c t u valeam p a r e r e quam v o t o. Est enim et o p u s hoc a r d u u m et meae intellegentiae facultas e x i g u a. Ego tamen — — satis habebo iussioni tuae possibilitatem meam, non o b o e d i e n t i a m defuisse, quae, tametsi ministerium minime expleret iniunctum, certe d e b i t u m persolveret o b s e q u i u m, teque deprecor, u t, s i q u i p p i a m secus ac v o l u i s t i p r o v e n e r i t, i n b e c i l l i t a t e m m e a m atque onus i n p o s i t u m a e q u o iure perpendens i n p e r f e c t i laborem negotii officio malis aestimare quam merito. M a x i m u m enim i n d i c i u m erga te m e a e r e v e r e n t i a e e s t i m p e r i i s tuis amplius me i n p e n d e r e voluisse quam possim. Quod s i d i g n u m a l i q u i d tua lectione c o n f e c e r o, id erit profecto cum d i v i n i m u n e r i s tum etiam benivolentiae tuae, cuius favor oblectans inertes quoque excitat ad profectum. 2) *Episcopo Moguntino (*754—785*).* 3) *Episcopo Wirziburgensi, cui inter a.* 763. *et* 769. *Berowelpus successit.* 4) *I. e. sociis dignitatis episcopalis. Jaffé.* 5) *Cf. supra p. XIV.*

tenus deducens. Sed obsecro, ut, si quippiam aliter quam vestra expetierit voluntas provenerit, infirmitatis meae inbecillitatem operisque inpositi sublimitatem aequo animo sustenetis[a], quoniam maximum mecum[b] reverentiae est indicium, cum vestrae sublimitatis imperio[c] oboedientiae operam[d] non denego: quia si dignum aliquid et nostris[e] temporibus profuturum conficerim[f], divino utique[g] munere[h] ac praecepti vestri desiderio conferendum est, quoniam pia quandoque desiderantis voluntas et manum imitatur emunctoris et inpressionis[i] suae violentia vel minimam quadam[k] desideratae scientiae dulcedinem parat familicumque inpertiendo reficit[l]. Decrevit enim sanctitas vestra insipientem sapientibus et minus idoneum prudentibus coaequare ac praeferre, et quod — sine vestro[m] videlicet conatu — prudenti sermone revelare potuistis, hoc mihi velut ignaro inponere. Sed deprecor, ut, quem praecepti vestri torcular deprimit, precatus adsiduae orationis infundet[n], et mentem ignaviae caligine obtunsam[o] voluntas spontaneae dilectionis vestrae vel e somno resuscitet, ut ad ea[p] quae cogentibus vobis invitata est tenacior[q] vivaci sermonum narratione reddatur.

Conpulistis enim me, ut ad normam eorum, quorum aut vitae castimoniam aut[r] morum sanctimoniam sancti procul dubio patres elegante[s] verborum ambage cartis inserendo tradiderunt, — petentibus relegiosis[t] ac catholicis viris, quibus vel in Tusciae partibus[u] vel in Galliae terminis vel in Germaniae[v] aditibus aut etiam in Brittaniae[w] limitibus[1] sancti Bonifatii[x] martyris[y] fama miraculorumque choruscatio perstrepuit, — sicut discipulis eius secum diu commorantibus vel vobis ipsis

I. *Prol.* 1. *2a. b. c.* 3. 4.

a) *ita* 1; sustinetis 2*c*; sustentetis (*m. al. corr.* sustineatis 2*a*) 2*a. b*; sustineatis 3. 4. b) meae *Victorius*; mee tum *coniecit Krusch, 'N. Arch.' IV*, 171. c) *sequuntur* 2 *litterae erasae* 1. d) operum 2*b*. e) *fortasse corr. e* uris 1. f) *ita* 1 *et pr. m.* 2*a*. 5*c*¹; confecerim 2*b. c.* 5*c*²; confecerimus 3; confecero (*corr. e* confere 5*a*) 4. 4*a*. 5*a cum Victorio*. g) itaque 2*b*. h) muneri 3 *et m. al.* 2*a*. i) inpresionis 2*a*. k) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*). *b*; quandam *rell.* l) *corr. e* refecit 4. 4*a*. m) *corr.* nostro 1 (*m. al.*). 2*a*. n) infundat 2*c*. 3. o) obt(unsa *in ras.*)m 3; obtusam 4. p) *eras.* 2*b*. q) sensus *add.* 4*a*, *m. al. in marg. add.* 4. r) at 1. s) *ita* 1; eleganti *rell.* t) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*). u) patribus 1, *corr.* v) Germ:nae *pr. m.* 1. w) Britaniae 3; Bryttanie 2*c*. x) Bonifacii 2*b*. y) martyri 1.

1) ***Milretus episcopus Wigorniensis**, de martyrio **Bonifatii** certior factus, **Lullo** scripsit (**Bonifatii** epist.* 112, *p.* 401*):* cuius venerabilem vitam et gloriosam finem ut mihi in notitiam venire facias, totis viribus exopto.

referentibus conperirem[a], prochemium[b] mediumque aut[c] finem vitae eius, quanta valeam indagatione, litteris inseram. Et quemadmodum, primae praevaricationis resoluto cyrografo et verae lucis radio inluciscente[d], Ęgesippus[e, 1], qui sub Anacleto[f] Romam venisse fertur, quinque ęcclesiasticorum actuum libros ob utilitate[g] legentium edidisse perhibetur, Eusebiusque Cesariensis[h, 2], nominatissimus historiographorum[i] scriptor, cum Pamphilo[k] martyre et adiutore suo suorum sibique antecedentium temporum historias mira eloquii dissertitudine[l, 3] texentes, infinita scriptis volumina ediderunt, necnon et Gregorius, qui erat vir[m] beatae memoriae litterarum studiis eruditissimus, glorioso apostolicae sedis culmine praesidens, beatorum scribens confessorum vitam, dialecticum miro ostendens moderamine morem[n], — quattuorque logica expressit ratiocinatione[o] libros[4], qui hucusque, ęcclesiarum inserta[p] bibliothicis[q], elugubratam[r] posteris scientiae adferunt dignitatem, — ita beati viri vitam[5] praecelsasque eius virtutes et cultum pietatis[s] atque abstinentiae[t] robor[u] praesentibus ac post secuturis saeculis iubetis demonstrare. Sed quamvis ad demonstrandam[v] tan-

Hieron. de viris inl. c. 22.

ib. c. 81.

I. *Prol.* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) co: perirem *corr.* cōperirem 1. b) ꝑchemium *m. saec. XVI. corr.* prohemium 1, *et ita* 2*a*. 3. 4; proemium 2*c*; prę̨mium 2*b*. c) at 3, *corr.* d) *ita* 1. 2*a (pr. m.)*; illucisc. 4. e) *ita* 1; Aeges. 3. 4; Eges. 2*a*. *b*. *c*. f) Anancleto 2*b*; Aniceto *Hieronymus*. g) *ita* 1; utilitatem *rell.* h) Cęsar. 2*a*. *b*. 3. i) apho *in ras.* 1; hystoriographarum 2*c*; historiophorum 4, *corr.* k) Pamphylo 2*c*. l) disert. 3. 4. m) & *add. (sed eras. 2a)* 2*a*. *b*. *c*. n) morum 2*b*. o) ratiotinatione 2*a*; libros ratione *pr. m. corr.* ratione libros 3. p) *ita rell.*; inserti 3. q) *ita* 1; bibiliothecis 2*c*. r) elucubr. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4 *(pr. m.)*. s) pięt̨ati 1. t) (abstine *m. al. in ras.*)ntiae 1. u) *ita* 1. 2*a (pr. m.)*. *b*; robur *rell.* v) demonstrandum 2*b*, *corr.*

1) *Hieronymus, De viris inlustribus c.* 22: Hegesippus, — — omnes a passione Domini usque ad suam aetatem ecclesiasticorum actuum texens historias multaque ad utilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans, quinque libros composuit. — — Adserit se venisse sub Aniceto Romam. 2) *Ib. c.* 81: Eusebius Caesareae Palaestinae episcopus, in scripturis divinis studiosissimus et bibliothecae divinae cum Pamphilo martyre diligentissimus pervestigator, edidit infinita volumina. 3) *Cf. Aldhelm., De laude virginitatis c.* 27 *(Giles p.* 32*)*: mira eloquentiae disertitudine fretus. 4) *Dialogorum libros.* 5) *Rufinus, Historia monachorum, prol. (Migne XXI,* 387*)*: Quamvis ad tantarum rerum narrationem minus idonei simus nec dignum videatur, ingentium rerum exiguos ac parvos fieri auctores, — — tamen quoniam fratrum caritas — — hoc a nobis frequenter exposcit, ut Aegyptiorum monachorum vitam virtutesque animi et cultum pietatis atque abstinentiae robur — — explicemus, precibus ipsorum qui hoc imperant iuvandum me credens, aggrediar, non tam ex stilo laudem requirens, quam ex narratione rerum aedificationem futuram legentibus sperans, dum gestorum unusquisque inflammatus exemplis — — ad pietatis exercitia invitatur.

tarum rerum rationem exiguum me parvumque fiere[a] auctorem cognoscam[b], tamen, exigente benivolentiae vestrae voluntate, hoc quod demandastis, vobis iubantibus[c], non propriae praesumptionis insolentia[d] fretus, sed adsertione catholicorum confisus, adgrediar opus, neque ex parvitates[e] meae stilo propriae ludis[f] praeconium requirens, sed ex tantae[g] rei relatione profuturum legentibus praebens exemplum, dum hiis[h] quisque instruitur formulis et[i] ad meliora profectus sui perfectione[k] perducitur[l].

ORDITUR LIBER SANCTI BONIFATII[m].

(1).[n] Qualiter in infantia[o] Dei[p] servitium inchoavit[q].

Inlustrem igitur ac vere beatam sancti Bonifatii[r] summi pontificis vitam moresque eius, sanctorum magnopere imitatione sacratos, licet opacitate praepediti scientiae, exili tamen opusculi huius stamine[1] innectere ac simplici historiae tegmine[s], — quemadmodum relegiosis[t] viris referentibus conperimus[u], qui cottidiano[v] eius conloquio et relegionis[w] conversatione sedulo praesentati, ea quae audierunt vel viderunt in exemplum posteris tradiderunt, — congregata verborum raritate, texendo nitimur enodare et ab exordio usque ad finem, quanta possumus indagatione, divinae contemplationis eius sanctimoniam revelare.

Cum enim primaevo puerilis[x] aetatis decore[y] multa ut solet maternae sollicitudinis cura ablactatus atque enutritus esset, magna nimirum dilectatione[z], ceterorum postposita[a] amore filiorum, adfectatus est a patre. Sed quia iam labentia cuncta animo subiecerat et aeterna magis quam praesentia cogitare disposuerat, cum esset

I. *Prol. Cap.* 1. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) *ita* 1; fieri *rell.* b) agnoscam 3; cognosco 2*c*. c) *ita* 1; iuvantibus 2*a*. *b*. *c*. 3; iubentibus 4. 4*a*. d) insollertia 1. e) *ita pr. m.* 1; parvitatis *rell.* f) *ita* 1; laudis *rell.*; *cf. supra p.* 1, 8. g) tanta rei relatio 1; narratione *Rufinus*. h) *ita* 1; his *rell.* i) *om.* 4. 4*a*. k) perfectionē 2*a*. l) Explicit prologus *in marg. add.* 1; Explicit pr(a)efatio *add.* 2*a*. *b*. m) archiepiscopi *add.* 2*a*. *b*. 4. 4*a*; *praescr. om.* 2*c*. n) *numeri desunt codd.*; *praescriptiones capitum desunt* 2c[1.3.4]. 5c[1.3]. o) *ita* 1; sua *add. rell.* p) *om. et* Domini *superscr.* 3. q) *ita* 1; subiit *rell.* r) Bonifacii 2*a* (*corr.*). *b*. s) + *atramento pallidiore et in textu et in margine add.* 1. t) *ita* 1. 2*a*. u) *corr.* comperi 4. v) cottidiana *pr. m.* 1. w) *ita* 1. x) puerolis 2*a*, *corr.* y) decora 1, *corr.* z) *corr.* delect. 1, *et ita rell.* a) *ita* 2*a*. *b*; postposito *rell.*

1) *Ex stamine et subtegmine texitur tela.*

annorum circiter quattuor seu quinque, Dei se[a] servitio subiugare studivit[b] multoque mentis conamine de monasteriali iugiter vita insudare et ad eam mentis cottidie nisibus anhelare. Cum vero aliqui, sicut illis regionibus moris est[1], presbiteri sive[c] clerici populares vel laicos[d] praedicandi causa adissent et ad villam[2] domumque praefati patrisfamilias venissent[e], mox, quantum possibilitatis eius pusillanimitas in infantia sua praevaluit, coeperat cum eis de caelestibus loquendo tractare et, quid sibi suaeque infirmitate[f] in futurum proficeret, interrogare. Cumque ita diu de caelestibus diuturna mentis meditatione cogitaret ac totum[g] se in futurum extenderet et ad superna eregeret[h], patri etiam demum haec quae animo gerebat revelavit et, ut[i] suae consuleret voluntati, rogavit. Quo conperto, obstupefactus pater magna eum increpationis instantia partim minis[k], ne se[l] desereret, prohibuit, partim etiam blandimentis ad saecularis negotii curam instigabat, ut temporaneo eum transitoriae hereditatis subiungeret lucro et, sese quandoque defuncto, suae terrenae facultatis custodem, immo etiam heredem relinqueret. Verbis quidem quam plurimis, fraudulenta humanae calliditatis usus versutia,

I. *Cap.* 1. 1. 2*a. b. c.* 3. 4.

a) servitio se 2*a. c.* 3 *cum V. Wynnebaldi c.* 2 *(p.* 108, 12*)*; se *pr. m. om., m. al. post* subiugare *suppl.* 2*b*; *cf. p.* 13, 6. b) *ita* 1. 2*a cum V. Wynneb.*; studuit *rell.* c) vel 2*a. b. c.* d) laici 4. e) venisset 3, *corr.* f) *ita pr. m.* 1 *et fortasse* 4*a (non* 4*)*; infirmitati *rell.* g) tutum 3, *corr.* h) *corr.* erigeret 1, *et ita rell.* i) pater *add.* 2*a. b. c.* k) minimis(?) *pr. m.* 1. l) des. se 2*a. b*; discederet se 2*c*.

1) *Cf. V. Cudbercti auct. Beda c.* 9 *(Stevenson, Bedae Opera historica minora p.* 67*)*: Crebro ipse de monasterio egressus, aliquoties equo sedens, sed saepius pedibus incedens, circumpositas veniebat ad villas et viam veritatis praedicabat errantibus. — — Erat quippe moris eo tempore populis Anglorum, ut, veniente in villam clerico vel presbytero, cuncti ad eius imperium verbum audituri confluerent, libenter ea quae dicerentur audirent libentiusque quae audire et intellegere poterant operando sequerentur *(= Hist. eccl. IV,* 25 *[*27*])*; *cf. Hist. eccl. III,* 26; *epist. Bedae ad Ecgbertum c.* 4 *(Plummer, Baedae Opera historica I,* 408*)*. 2) *Patriam Bonifatii accuratius circumscribi non licet, nisi quod ob Ad-Escancastre monasterium infra commemoratum de regione Exoniensi cogitandum videtur esse. Cridiodunum in Devonia situm (hodie Crediton ad Creedy fl.), quod vulgo pro patria sancti habetur, saeculo demum XIV. ad eundem relatum est; nam primus, quantum scio,* Ioannes Grandisonus episcopus Iscanus *(i. e. Exoniensis, a.* 1327—69; *cf. supra p. XXIX)* in libro de Vitis Sanctorum adfirmat eum Cridioduni fuisse natum, *teste Iohanne Lelando antiquario* († 1552*)*, *Commentarii de scriptoribus Britannicis c.* 92 *(ed. Ant. Hall I, Oxonii* 1709, *p.* 126*)*, *quo ex opere eo tempore nondum typis mandato pendent Balaeus, Scriptorum illustrium Maioris Brytannię catalogus I,* 1557, *p.* 103, *et Camden, Britannia,* 1607, *p.* 147, *apud quem locus corrupte Kirton audit, aliis deinceps auctoribus subsequentibus. Cf. supra p. XXIX.*

tenerum a[a] cepti perfectione[b] propositi[c] animum declinare temptavit magisque hanc suae tolerabiliorem esse infantiae activam quamque[d] vitam monasterialis militiae contemplativam[e] multiplici sermonum adolatione[f] promittit, ut vel sic a propositi huius conamine eum cohiberet et ad mundane[g] luxus mollitiem incitaret. Sed vir iam Deo in pueritia plenus quanto est a patre plus prohibitus, tanto, mentis arrepta fortitudine, caeleste[h] adquirere[i] sibi thesaurum et sacris se coniungere litterarum studiis ancxius[k] anhelabat. Fitque mirum in modum, sicuti semper divina agere solet misericordia, ut suo inbecilliores[l] aetatis militoni Deus et coeptae rei solacium et ancxiae voluntatis augmentum obsistentisque repentinam patris motationem[m] mentis providens condonavit[n], ita ut uno eodemque temporis[o] successu et festina patrem egritudo, subitaneo iam inminente mortis articulo, subrepsit[p] et pia quantotius pueri magno temporis intervallo praepedita voluntas succrevit[q], dominoque[r] Deo adiuvante, succrescendo impleta est[s] ac perfecta.

Postquam enim miro dispensationis Dei iudicio carnalem ingens[t] sancti viri patrem arripuerat languor, deposita mox pristina mentis[u] pertinacia, puerum, propinquorum[v] facta conventione, ad monasterium, quod priscorum nuncupatur vocabulo Ad-Escancastre*)[w] [1], sponteneus, a Domino quidem correptus[x], direxit et fideli viro Vulfhardo[y], qui et abbas[z] illius extitit monasterii,

*) Exhamchester quod modo Exonia dicitur *Iohannes de Grandisson.*

I. *Cap.* 1. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) *ita* 3; accepti 1 *(pr. m.)*. 2*a* *(pr. m.)*. *b*. *c*; a concepti (*ortum ex* accepti) 4. b) perfecti 1, *corr.* c) proposito *pr. m.* 2*a*. *b*; propositum 2*c*. d) que *eras.* 4, *om.* 2*c*. e) contemplavam 1. f) *ita* 1. 2*a*. 4. g) *ita pr.*, mundanae *al. m.* 1; mundani *rell.* h) *ita* 2*c*. 4 *et pr. m.* 1. 2*b*; caelestem 2*a*. 3. i) *ita* 1; sibi adqu. *rell.* k) c *pr. m. superscr.* 1. l) *ita* 1; inbecillioris *rell.* m) *ita* 1. 4; motionem 2*b*; m : tionem *pr. m.* 2*a*; mutationem 2*c*. 3 *et m. al.* 2*a*. n) condonaret 2*c*. 3. o) tempores (?) 3, *corr.* p) *ita* (*aut* surrepsit) 2*b*. 4 *et fortasse pr. m.* 2*a*; subrepserit 1. 3; subriperet 2*c*. q) *ita* 1. 4; succrescit 2*b*; succreverit (verit *m. al. in ras.* 2*a*) 2*a*. 3; succresceret 2*c*. r) *ita* 2*a*. *b*. *c*; Deo *pr. m. superscr.* 1; domino Deoque 3. 4. s) sit 3 *et m. al. in ras.* 2*a*; esset 2*c*. t) egritudo *m. al. superscr., cum vocabulum* languor *primo deesset, versu proximo* (Deposita — pertinacia) *exeunte pr. m. suppletum* 1. u) pertinatia mentis 2*a*. *b*. *c*. v) propinquarum 3, *corr.* w) Adescancastrę 2*a*. *b*; Adescantcastre 2*c*; Adarconcastre 5*a*; Adexanceastre 5*c*[3]; Adexancestre 5*c*[1.2]; Exancestre *Iohannes de Tynemuthe.* x) corruptus 2*a*, *corr.* y) *ita* 3. 5*a*. *c*[1.2.3]; Vulfharto (*corr.* Wolfh. 2*a*) 2*a*. *b*; Wolfhardo 1. 2*c*. 4. z) abb̄: *pr. m. corr.* abbš 1.

1) *Exoniam (Saxonice postea* 'æt Exanceastre', *hodie Exeter), insignem Devoniae civitatem, post Iohannem de Grandisson recte interpretati sunt et alii et Edwardus Maihew, Congregationis Anglicanae ordinis sanctissimi patriarchae Benedicti trophaea I, Remis* 1625, *p.* 740 *sqq., etsi de rebus Exoniensibus illius saeculi alibi nihil traditum est. Cf. Edward A. Freeman, 'Exeter' (Freeman et Hunt, 'Historic Towns'), Londinii*[2] 1890, *p.* 16 *sqq.; A. S. Napier et W. H. Stevenson, 'The*

per fideles suae legationis nuntios redditum[a] commendavit. Quem, puerilibus adhuc in annis constitutus[b], sapienter, suis secum[c] adstantibus amicis, adlocutus est, et quod multo videlicet tempore monasteriali se regula[d] subiecere[e] desiderasset, rationabile[f] prolata petitione, sicut a[g] parentibus pridem edoctus erat, indicavit. Cui protinus pater monasterii, inito fratrum consilio et eorum accepta, sicut regularis vitae ordo poposcit[1], benedictione, consensum praebuit et effectum. Sicque vir Dei, carnale[h] orbatus patre, adoptivum[i] nostrae redemptionis secutus est patrem, terrenisque saeculi renuntians lucris, mercimonium deinceps[k] aeternae hereditatis adquirere satagebat, ut iuxta veridicam veritatis vocem patrem relinquendo aut matrem aut agros aut[l] alia, quae[m] huius mundi sunt, centuplum acciperet et vitam aeternam possideret[n]. *Matth. 19, 29.*

(2). Qualiter adolescentiae[o] incentiva primitus frangeret[p] et omnibus bonis inhereret.

Expleto igitur, licet summatim[2], primordiali expositionis[q] nostrae ordine, quia[r] quali se in[s] initio studiosae conversationis sanctimonia subdiderit, breviter protulimus, ut, fabricae a nobis fundamento confecto, structurae paulatim sublimitas ad summa[t] altius erigeretur. Postquam enim[u] aetas et mira in eo scientiae praevaluit fortitudo, infantiaeque[3] VII, puerilis adveniente decore aetatis, evolvuntur[v] anni, magna siquidem mentis et ineffabili gravitate, caeleste[w] inspirante gratia, sicut subsequentia huius operis documenta declarant, ditatus est et multarum castimonia virtutum

I. *Capp.* 1. 2. 1. 2*a. b. c.* 3. 4.

a) reditum 2*a*; redditam 2*b*. b) *m. al. corr.* constitutum 1, *et ita pr. m.* 3. c) *om.* 1. d) *m. al. corr.* regulae 1, *et ita* 3. e) *radendo corr.* subicere 1, *et ita rell.* f) *ita* 1; rationabili *rell.* g) ab (*corr. ex* ap) *corr.* a 1. h) *ita pr. m.* 1; carnali *rell.* i) ad optimum 2*a (pr. m.). b (non 2c).* k) demceps 1, *corr.* l) ut *pr. m.* 1. m) aliq;· *corr.* alia q; 1; aliquae 2*a*, *corr.* n) possidet 1, *corr.* o) adolisc. *pr. m.* 3. p) erantgeret' *m. al. corr.* erant gereret (*ante* primitus *suppl.* que) 2*b*. q) expotionis 3, *corr.*; expositiones 4*a*, *corr.* r) qui 1. s) *superscr.* 3. t) su(mma *m. al. in ras.*) 4. u) *superscr.* 1. v) e : volv. 2*a*; evulv. 2*c*, *corr.* w) *ita* 1; c(a)elesti *rell.*

Crawford Collection of early charters', Oxonii 1895, *p.* 44. *De praepositione* ad *nominibus locorum praefixa cf. Plummer l. l. II,* 103 *sq.* 1) *Cf. Benedicti Regula c.* 3: De adhibendis ad consilium fratribus. 2) *Cf. Aldhelm., De laude virginitatis c.* 40 *(Giles p.* 53*):* Expletis igitur, licet summatim, masculini sexus exemplis, qui nequaquam nutabundo integritatis fundamento castae conversationis structuram sustentabant, *etc.* 3) *Cf. Isidori Etymol. XI,* 2, 2: Prima aetas, infantia, — — porrigitur in septem annis.

iuxta ostensum[a] sanctorum exemplar praecedentium[1] et venerabilium instituta patrum subditus, declaratus ac decoratus. Adeo etiam divino exarsit ingenio ac lectionis adprimę se[b] subdidit[c] exercitio[d], ut, singulis quibusque additis temporibus[e], momentis atque horis annorumque[f] curriculis, augerentur etiam in eo superni adiumenta divinaque donorum incrementa protectoris. Et quanto pastoralis pedagogio[g] magisterii est provectus, tanto ad profectum aeternae beatitudinis — sicut fideles confamiliaritatis illius viri pro certo[h] testati sunt — eum[i] cottidiana eius studia iugi ludis[k] litterari[2] meditatione die noctuque incitavere et contra infestas diabolicae suggestionis persecutiones, quae[l] tenerum sepe apud mortales iuventutis florem ceu[m] nebulosae quadam caecitatis caligine obtegere solent, mirabiliter protexere[n], ita ut etiam propter indesinentem diuturnae sollicitudinis eius curam et sempiternam sanctarum[o] legum examinationem inlecebrosa in eo adulescentiae[p] incentiva et carnalium desideriorum impetus primitus inpingentes[q], domino Deo auxiliante, maxima ex parte sedavere[r]. Magisque ac magis ad communem provehunt[s] populorum[3] doctrinam, quam, non multo transacto temporis intervallo, secundum pontificale ęcclęsiasticae diffinitionis[t] decretum[4] inchoavit, dilatavit ac perfecit: quoniam, caduca huius mundi contempnens ornamenta, monasterialis vitae normam in infantia sua rite ac regulariter sub moderata praefati[u] patris gubernatione annos quam plurimos custodivit, donec, pueritiae[v] facessante[w, 5] lascivia et pubertatis inchoante adulescentia[x], ardentior[y] illum ingenioli sui voluntas accendit[z], ut ad finitima quoque monasteria, magisteriali lectionis provo-

I. *Cap.* 2. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) offensum 1, *corr.*; ostensa s. exempla 2*c*. b) *superscr.* 1. c) subdit 4. d) r *partim in ras.* 1. e) temporis *coniecit Jaffé*. f) que cur *in ras.* 2*a*; que *om.* 2*b*. g) pedagogi(o *in ras.*) 2*a*; pedagogo 2*c*. h) certe 3, *corr.* i) *eras.* 4. k) *ita* 1. 2*b*; ludis littera(ri *in ras. minore*)i 2*a*; l(a *in ras.*)udis litterarii 3; ludis litterali 2*c*; ludi litteralis 4. l) que *corr. e* quę(?), *quod postea restitutum est*, 1; quē 2*c*. m) cętus 2*b*. n) (protex *in ras.*)ere 2*b*; obtexere 2*c*. o) sanctorum 2*a*, *corr.* p) *ita* 1. 3; adolisc. 2*a*. q) inpigentes *pr. m.* 1. r) sedassent (ssent *m. al. in ras.* 2*a*) 2*a*. 3. s) pro: vehunt 1. t) defin. 3; difin. 4. u) patris pr. 3. v) pueritia 1 *et fortasse pr. m.* 4*a* *(non 4)*. w) *m. al. corr.* facessaente 3; cessante 2*c*. x) *ita h. l.* 3; adolisc. 2*a*. y) ardentis (illum *om.*) 3. z) accenderet 3.

1) *Cf. Bonif. epist.* 64 *(p.* 331*)*: secundum praecedentium sanctorum exemplar. 2) *Cf. supra p.* 1, 8. *Bonifatium* ab infantia sacras litteras didicisse *Gregorius II. a.* 719. *testatus est (Bonif. ep.* 12, *p.* 258*)*. 3) *Scil. paganorum. Jaffé.* 4) *Gregorii II.* 5) *I. e. facessente, cessante; cf. supra p. XIV.*

catus penuria, cum consensu atque consilio conservorum fidelium patrisque monasterii perveniret.

Cumque voto simul et mente omnipotentis sibi adesse incessanter magna precuum[a] perseverantia[b] suffragium[c] postularet, tandem, divina caelitus inspirante gratia, ad monasterium, quod usque hodie dicitur Nhutscelle[d. 1], pervenit et beatae memoriae Wynberchtes[e] abbatis[2], qui venerabiliter praedictum[f] sub regulari disciplina regebat monasterium, spiritali litterarum diligentia provocatus, elegit magisterium fratrumque secum in Domino viventium contuberniam[g]. Ac sic servorum Dei iunctus consortio, devotum domino Deo servitium et laboriosam vigiliarum instantiam lectionisque divinae operam ingenti meditationis studio exhibuit, ita ut maxima demum scripturarum eruditione — tam grammaticae artis eloquentia[3] et metrorum medullata facundiae modulatione[4] quam etiam historiae simplici[h] expositione et spiritalis tripertita intellegentiae interpretatione[5] inbutus — dictandique peritia laudabiliter fulsit[i], ut etiam aliis demum paternarum extitit[k] pedagogus tra-

I. *Cap.* 2. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) *ita pr. m.* 1; precum *rell.* b) sever *in ras.* 3. c) suffragia 2*a*, *corr.* d) Nhutscel(le *m. al. in ras.*) 2*a*; Nutschelle 2*c*. e) *ita* 1; Wynberhtes 3; Wynberhti 4; Winbertes *m. al. corr.* Winberti 2*a*. *b*, *et ita* 2*c*; Wintberhti 4*a*; Wigberti 4*c*. f) praedictam *pr. m.* 2*a*. g) *ita* 1; contubernia 2*a*. *b*. 3; contubernium 2*c*. 4. h) simpli *pr. m.* 2*a*. i) fulserit 3 *et m. al.* 2*a*. k) *m. al. corr.* exstiterit 2*a*, existeret 2*b*; extiterit 3.

1) *Nutshalling vel, ut hodie potius audit, Nursling inter Winchester et Southampton.* 2) *Bonifatius, epist.* 63 *(p.* 329*), a Daniele episcopo Wintoniensi petivit, ut librum Prophetarum sibi transmitteret,* quem venerandae memoriae Wynbertus abbas et magister quondam meus de hac vita ad Dominum migrans dereliquit. *Wynberchtus quidam, qui bis presbyter vocatur, c. a.* 675—701. *instrumenta Westsaxonica dictavit, scripsit, subscripsit, sed quae nomen eius exhibent chartae partim spuriae sunt (Kemble I n.* 11. 24. 28. 45. 48. 104*; Birch I n.* 37. 63. 71. 100. 103. 107*; cf. Willelmi Malmesbir. Gesta pontif. Angl. V,* 210 *sq. ed. Hamilton p.* 355*). Eum post a.* 701. *abbatem Nhutscellensem factum esse volunt (cf. Hahn, 'Bonifaz und Lul',* 1883, *p.* 26 *sqq.; Hauck, 'KG.' I*³, 450 *sq.), neque* signum manus Wynberhti abbatis *in charta a.* 693. *data (Birch n.* 82*) obstat, quippe quae spuria sit.* 3) *Cf.* Ars domni Bonifacii *(A. Mai, Classici auctores VII,* 475—548*; cf. G. N. du Rieu, Schedae Vaticanae,* 1860, *p.* 140 *sq.); Bursian, 'Münchener Sitzungsberichte, phil.-hist. Cl.'* 1873, *p.* 457 *sqq.* 4) *Cf. carmina Bonifatii (MG. Poetae I,* 1 *sqq.);* Caesurae versuum sancti Bonifacii *(ed. A. Wilmanns, 'Rheinisches Museum N. F.' XXIII,* 1868, *p.* 403 *sq.).* 5) *Iohannes Cassianus, Conlationes XIV,* 8, 1 *(ed. Petschenig, Corpus scr. eccl. Lat. XIII,* 404*) de scientia dixit:* θεωρητική vero in duas dividitur partes, id est in historicam interpretationem et intellegentiam spiritalem. — — Spiritalis autem scientiae genera sunt tria, tropologia, allegoria, anagoge, *de quibus pluribus disserens infra (c.* 8, 7, *p.* 406*)* simplicem historicae expositionis ordinem *commemoravit.*

ditionum et auctor magisterii, qui et discipulus ante ea[a] subiectorum esse non recussavit[b]: quoniam[c] sacrae mos est conversationis[1], ut praeferre se ceteris pertimescat, qui subici aliis rennuerit, quia[d] et recte oboedientiae operam subiectis inpendere non valebit, quam[e] superna praelatis dispensatione[f] iuste non exhibebit[g]. Hanc enim ita omnibus in commune viventibus et maxime suo, sub regulari videlicet disciplina, abbati monachica subditus oboedientia praebebat, ut labore manuum cottidiano et disciplinali officiorum administratione incessanter secundum praefinitam beati[h] patris Benedicti rectae constitutionis formam insisteret, omnibusque exemplum bene vivendi in verbo, in conversatione, in fide et[i] castitate se praebens, ut omnes de fructu eius perciperent et[k] omnium mercedis aeternae perciperet portionem. Sed et humilitatis quoque eius et caritatis excellentiam solus, qui occultorum cognitor[l] est, Deus intimae[m] inspectionis eius[n] consideratione novit, qua[o] omnes sibi commilitones sollerti cura subiuncxerat, ut ab eis timore[p] pariter habebatur[q] et amore, et quem divina dilectione haberent socium, mutuo apostolicae admonitionis[2] honore praevenirent ut patrem. Tantaque in eo affabilitatis erga fratres et caelestis doctrinae succrevit magnitudo, ut, rumore sanctae exortationis[r] eius crebrescente[s], fama eius multis per monasteria tam virorum quam etiam virginum Christi apertissime[t] claruit[u]: quorum quidem quam plurimi, virili sexus robore confortati et lectionis instantia incitati, ad eum confluxere et, saluberrimum scientiae fontem potantes, numerosa scripturarum volumina legendo recensere[v].

cf. 1. Tim. 4, 12. — *cf. Dan. 13, 42.*

I. *Cap.* 2. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) *ita* 1; antea s. *rell.* b) *ita* 1; recusavit *rell.* c) *ita* 1; Quia *rell.* d) qui(a *pr. m. superscr.*) 1. e) quia 1, *corr.* f) dis | dispens. 1, *corr.* g) *ita* 2*a* (*pr. m.*). *b*. *c*. 3. 5*a*. $c^{1\cdot 2\cdot 3}$; exhib(ebit *in ras. minore*) 1; exhibebat 4. 4*a et m. al.* 2*a*. h) beatissimi atque eximii patris Ben. confessoris Christi recte 4*a* (*non* 4). i) *pr. m. in ras.* 1. k) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*). *b*. *c*. 5*a* (*om.* omnium). $5c^{1\cdot 2\cdot 3}$; ipse *add.* 3 *et m. al.* 2*a*; et ex omnibus ipse m. 4. 4*a*. l) est cogn. 2*a*. *b*. *c*. 3; es cogn. *Vulg.* m) intima 4*a et m. al.* 4. n) suae 3 *et m. al. in ras.* 2*a*. o) quia 2*a*. *b*. p) *ita* 1; timori — amori *rell.* q) *ita* 1. 2*b*. 4; haberetur (*sed* re *in litura* 2*a*) 2*a*. *c*. 3. r) (exort *in ras.*)ationis 3. s) crebescente 2*a*, *corr.* t) aptissime 3 *et e corr.* 2*a*. u) clareret 3 *et m. al.* 2*a*; *m. al. corr.* claruerit 2*b*. v) *ita* 2*a*. *b*. 3; recensu : : (*ras.* er̄?) *m. pr.* (?) *corr.* recensere, *m. saec. XVI. corr.* recensuere 1; recensuere 2*c*. 4.

1) *Iuxta Gregorium M., Dialog. I,* 1: Usus quidem rectae conversationis est, ut praeesse non audeat, qui subesse non didicerit, nec oboedientiam subiectis imperet, quam praelatis non novit exhibere. 2) *Rom.* 12, 10: caritate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem praevenientes.

Quibus ergo sexus infirmioris[a] inbecillitatis[b] inerat et adsidua pergendi abnegabatur[c] facultas, tantae sibi sapientiae virum, divini inflatae[d] spiritu amoris, praesentari fecerunt, paginarumque seriem transcurrentes[e], celesti instanter scrutinio inhesere[f] et sacramentorum archana mysteriorumque abdita iugiter meditantur[g]. Quem ita superna sublevavit[h] gratia, ut iuxta egregii praedicatoris exemplar[i] et gentium doctoris vocem *formam habens sanorum*[k] *verborum in fide et dilectione Iesu Christi, sollicite curans se ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem*[l], *recte tractantem verbum veritatis.* (2. Tim. 1, 13. ib. 2, 15.)

(3). Quod doctrinae verbum omnibus praeberet et quod hanc non suo ante tempus aetatis arbitrio arripuerat[m].

Ad generalem ergo cottidianae contemplationis eius formam et diuturnam parsimoniae continentiam sermo a nobis directus aliquantisper[n] dirivatur[o], ut per singulos quosque ascensus sublimia huius sancti[p] viri opera propensius conpendiosa verborum raritate exequamur studiumque vitae per omnia venerabilis sancti Bonifatii[q] subtilius indagando[r] prosequamur, ut et aequa libraminis moderatione exemplar[s] nobis aeternitatis et patens fiat apostolicae eruditionis norma. Qui per sanctorum[t] exempla arduam[u] caelestis intellegentiae semitam feliciter scandens ac praevium populis[v] ducatum praebens, portam domini Dei nostri, quam iusti intrabunt, ipse ingressus aperuit[w]. (cf. Ps. 117, 20. 19.) Et ab infantia sua usque ad decrepitam aetatis senectutem[1] praeteritorum non[x] mediocriter patrum sapientiam imitatus est, dum prophetarum

I. *Capp.* 2. 3. 1. 2*a. b. c.* 3. 4.

a) infirm(ioris inbecillitatis *in litura,* inerat et ads. p. abn. fac. *in marg. inferiore pr. m. suppl.) pagina exeunte* 1; infirmitatis et imbec. 2*c.* b) *ita* 1 *(cf. n.* a*).* 2*b. c*; inbe::cillitatis, *ras.* ne 2*a*; inbecillitas *rell.* c) *corr. ex* abnegatur 3; negabatur 2*c.* d) *ita* 2*b.* 3. 4; inflate *corr.* inflati 2*a, m. rec. corr.* inflante 1; afflati 2*c.* e) transcur *pr. m. in ras.* 2*b.* f) inherere 2*a (pr. m.).* 4. g) *corr. e* medibantur 2*a*; meditabantur 3. h) sublevabit *pr. m.* 2*a.* i) *pr. m. superscr.* 1. k) sanonum *pr. m.* 1. l) inconfusibilē:, *ras.* m 2*a*; inconfusibile 3. m) *ita* 1. 3; arripuerit *rell.* n) per *in ras.* 2*a.* o) *corr.* derivatur 3, *et ita* 2*b*; dirivat' 1. p) scti(?) *pr. m. corr.* sc̄i 1. q) Bonifacii 2*a (corr.). c.* 3; Bonifa::tii, *ras.* ca (?) 2*b.* r) indigando *pr. m.* 2*a.* s) a(?) *add., sed eras.* 2*b.* t) exempla s. 2*a. b. c.* u) arduum — semita 1; exemplar arduum — semita *coniecit Nürnberger (cf. p.* 8, 1: sanctorum exemplar*).* v) populus 1, *corr.* w) apparuit 2*c*; *cf. V. Wynnebaldi c.* 7 *(p.* 112, 40*):* caelorum regna — — omnibus apparuendo (*i. e.* aperiendo) patefecit. x) in *corr.* n̄ 1.

1) *Cf. Aldhelm., De laude virginitatis c.* 28 *(Giles p.* 33*):* usque decrepitam vitae senectam.

iugiter et apostolorum[a] verba stilo sanctitatis conscripta et gloriosam martyrum passionem litterarum apicibus[b] insertam[1], sed et euangelicam domini Dei nostri traditionem cottidię commendabat memoriae et secundum apostolum[c], sive manducasset sive bibisset sive aliud aliquid egisset[d], laudis semper praeconium et devotae fastigium iubilationis tam mente quam etiam ore persolvebat[e] Deo, iuxta illud psalmigraphi: *Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo.* In tantum enim scripturarum exarsit desiderio, ut omni se intentione[f] earum imitatione et auditione sepius coniungeret; et quae ob doctrinam[g] populorum conscripta sunt, ipse quippe populis[h] mira eloqui[i] dissertitudine[k, 2] et sollertissima parabularum[l] adsertione efficaciter praedicando retexuit. Cui tale discretionis temperamentum[m] inerat, ut et vigore[n] correptionis mansuetudo et vigor praedicationis mansuetudine[o] non deerat[p], sed quem zelus accenderat[q] vigoris, mansuetudo mitigabat[r] amoris. Divitibus ergo ac potentibus liberisque ac servis aequalem sanctae exortationis exhibuit disciplinam, ut nec divites adolando[s] demulceret nec servos vel liberos districtione praegravaret; sed iuxta apostolum[t] omnibus omnia factus est, ut omnes[u] lucrificaret[v]. Qui et doctrinae caelestis documentum[3] non suo ante tempus arripuit arbitrio nec obstinationis suae rapina usurpatum adquisivit, sed sanctae humilitatis profectu XXX aut eo amplius annorum habens aetatem, magisteriale[w] et familiare sublevatus[x] electione, iuxta canonicae constitutionis regulam[4] suscepit et ad sacerdotalis officii gradum, diversis donorum ditatus muneribus, accessit, ita ut elemosinis[y] quidem misericordiaeque[z] operibus, quantum sub regulari[a] monasterialique praevaluit districtione,

1. *Cor.* 10, 31. — *Ps.* 33, 2. — 1. *Cor.* 9, 22.

I. *Cap.* 3. 1. 2*a. b. c.* 3. 4.

a) apostolorom 3, *corr.* b) apicipus 1, *corr.* c) apostolos (?) *pr. m.* 1. d) egissent(?) 3, *corr.* e) (per *pr. m. suppl.*)solv. 1. f) *om.* 2*a (pr. m.). b;* desiderio *pro* int. *in ras.* 2*c.* g) *sequuntur c.* 2 *litterae erasae* 3. h) *om.* 3; populus 4, *corr.* i) *ita pr. m.* 1; eloquii *rell.* k) disert. 3 *et m. al.* 2*b.* l) *ita* 1. 4. 4*a et pr. m.* 3; parabolarum 2*a. b. c.* m) temporam. 2*a, corr.* n) vigor(i *in ras.*) 2*c*; vigori 3 *et m. al.* 2*a.* 4. o) *ita* 1; mansuetudini *m. al. in litura* 2*a cum rell.* p) *ita* 1. 2*b*; deesset (sset *m. al. in ras.* 2*a*) *rell.* q) accenderet 1. r) mitigaret 4. s) adulando 2*b. c.* 3. t) apostolus (?) 1, *corr.* u) omnis 2*a, corr.* v) lucrifaceret 2*c.* 4*a (pr. m.) cum Vulg.* w) *ita* 1; magisteriali et familiari *rell.* x) est *add.* 1. y) elemoysin:: 3, *corr.* z) que *pr. m. in ras.* 1. a) regulari: 3.

1) *Cf. ib. c.* 43 *(p.* 57*):* litterarum apicibus inserta. 2) *Cf. supra p.* 3, *n.* 3. 3) *Signum (sc. tonsuram sacerdotalem). Jaffé.* 4) *Canonibus constitutum erat, ne quis ante triginta annos aetatis presbyter consecraretur; cf. concil. Neocaesar. c.* 11.

opere penitus ac voluntate deserviret, sed et nocturna vigiliarum spatia omnibus horis praeveniens, orationis se sollicitius[a] laboriosa operatione exercuit. Cuius nec patientiam ira[b] subripuit nec longanimitatem furor
5 commovit nec libido continentiam expugnavit nec abstinentiam castrimargia[c] violavit; sed ita omni se ieiunii frugalitate subiugavit, ut, vinum et siceram non bibens, utriusque testamenti imitatus est[d] patres[1] et cum egregio gentium diceret doctore: *Castigo corpus meum et servituti* 1. Cor. 9, 27.
10 *subicio, ne forte, aliis praedicans, ipse reprobus efficiar.*

(4). De eo quod ab omnibus primatibus directus sit[e] ad Cent[f] et quod postea ad Fresiam pervenit.

Collecta ergo sparsim superius sublimitate sancti
15 huius viri virtutum, silentio quae subsequuntur minime praetermittenda estimamus, quae et fidelium didicimus relatione virorum et manifesta equidem scripturae patefactione exerere[g] curamus: quanta suarum[h] perseverantia virium et coeptis bonis inheserat[i] et ad alia quaeque
20 festine properando animum incitaret. Cumque diutius mentem supra enumeratis virtutibus edomaret et de die in diem ad altiora bonorum documenta sub praedicto se presbiteratus gradu proveheret, iam, regnante Ine[k] Westsaxonum rege[2], subitanea quaedam incubuerat, nova
25 quadam[l] seditione exorta, necessitas; et statim synodale a primatibus ęcclesiarum cum consilio praedicti regis servorum Dei factum est concilium. Moxque omnibus in unum convenientibus, saluberrima de hac recenti dissensione consilii questio inter sacerdotales[m] ęcclesia-
30 stici ordinis gradus sapienter exoritur. Et prudentiori inito consultu, fideles in Domino legatos ad archiepiscopum Cantuariae civitatis nomine Berechtwaldum[n. 3] distinandos[o] deputarunt, ne eorum praesumptione[p] aut

I. *Cap.* 3. 4. 1. 2*a. b. c.* 3. 4.

35 a) sollicitus 2*c.* 4*a.* b) i(ra *m. al. in ras.*) 2*a*; ita 2*b.* c) *ita* 1. 2*c*; gastr. (*corr.* castr. 4 *et m. al.* 2*a*) 2*a. b.* 3. 4. d) imitaretur (retur *m. al. in ras.* 2*a*) p. 2*a.* 3. e) s(it a *in ras.*)d 1. f) Caent 2*a. b*; Gent 4*a. c* (*non* 4); *m. saec. XVI. corr.* Cant 1; ad C. *om.* 2*c.* g) exherere *pr. m.* 2*b.* h) *corr. e* suorum 1; qu. parumper reverentia v. 2*c.* i) inhaereret 3 *et m. al.* 2*a.* k) *ita* 1. 4. 4*a* (*ubi* Westsaxorum);
40 (in:::est *eras.*)saxonum 3; in west sax. 2*a. b. c*; r. in Westphalia Saxonum rege Karolo, subit. 4*c.* l) qu(a *in litura*)dam 4; quaedam 4*a.* m) sacerdotes 3, *corr.* n) *ita scripsi*; Berechwaldum 1; Berehtwaldum 2*c.* 3; Berethwaldum *rell.* o) *ita* 1 *et pr. m.* 2*a.* 4; destin. *rell.* p) *ita* 1; praesumptioni aut temeritati (temerati *pr. m.* 2*a. b*) *rell.*

45 1) *Cf. Deut.* 29, 6; *Iudic.* 13, 4. 7. 14; *Luc.* 1, 15. 2) *A.* 688—725. 3) *A.* 692—731.

temeritate adscriberetur, si quid sine tanti[a] pontificis agerent consilio. Cumque omnis senatus et universus clericorum ordo, tam providenti peracta conlatione, consentirent, confestim rex cunctos Christi famulos adlocutus est et, cui huius praefatae legationis nuntium inponerent[b], sciscitaret[c]. Tum repente summus in Christo archimandrita[d], qui praedicto praeerat monasterio, nomen[e] Wynberecht[f] et Wintra[1], qui monasterium[g] quod dicitur Tyssesburg[h] praesedebat[i], et Beorwald[k. 2], qui divina coenobium gubernatione quod antiquorum nuncupatur vocabulo Glestingaburg[l] regebat, necnon et alii multi huius sancti[m] propositi patres sanctum hunc virum accitum adduxerunt ad regem. Cui et nuntium rex et legationis notitiam inposuit et, adhibitis secum sociis, direxit cum pace. Qui etiam, nuntio[n] sibi inposito, iuxta mandatum seniorum prospero[o] itenere[p] pervenit ad Cent[q] et archiepiscopo summi pontificatus infula praedito[3] sapienter cuncta, quemadmodum edoctus erat a rege, per ordinem revelavit. Et sic, spontaneo accepto responso, post non multos dies reversus est ad patriam, praefatoque rege[r] ac praedictis servis Dei secum adsistentibus, a[s] vene-

I. *Cap.* 4. 1. *2a. b. c.* 3. 4.

a) viri *add. 2a. b (non 2c).* b) inponeret 3, *corr.* c) *ita* 1. *2c.* 4 *et pr. m. 2a. b;* sciscitarent *m. al. 2b;* sciscitatus est 3 *et m. al.* 2a. d) *pr. m. in marg. suppl.* 1. e) *ita* (nom̄) 2a *(pr. m.). b.* 4. 4a; nomine *rell.* f) *ita scripsi;* Wynberch 1; Wynberht (h *superscr.* 4) 3. 4; Wynberth 2a; Wintberht *2b*; Winbreht *2c.* g) *ita 2a (pr. m.). b. c;* monasterio *rell. (cf. p.* 34, 19: cathedram praesidente). h) *ita 2d*[1]. 3. 4 *(pr. m.);* Dyssesburg 1; Ty(s *in ras.*)sesburg *2a*; Tyssesburc *2b*; Tissesburc *5a*; Tyusburch *4a et m. al. in mg.* 4; Tisseiburg *2c*; Tyssenburh *5c*[1. 2]; Tyssenburht *5c*[3]. i) *ita* 1. 3 *(pr. m.).* k) Berowald *4a. 5a*; Beorwold *5c*[1]; Beornwald *5c*[3]; Beornwold *5c*[2]. l) Glestingaburc *2b*; Glestingaburch *4a.* m) *om. 4a et versu ex.* 4. n) sibi nuntio *2a. b. c.* o) prosperū 1, *corr.* p) *ita* 1; itinere *rell.* q) C(ent *m. pr. in ras.*) 1; Cęnt *2b*; Caent *2a.* 3. 4 *(pr. m.);* Gent *4a et m. al.* 4; Kent *5a. c*[1. 2. 3]; Cantuariam *2c.* r) *ita 2c et pr. m.* 1. *2a. b;* regi 3. 4. s) ac *2a. b. c.* 3 *(corr.).*

1) Wintra abbas *et* Beornwald abbas *chartae Ini regis a.* 704. *datae, cuius fides dubia est, subscripsisse dicuntur (Kemble I n.* 50; *Birch I n.* 108). *'Successores Wintran abbatis in monasterio quod dicitur Tissebiri' (hodie Tisbury prope Salesbury in comitatu Wiltshire) in instrumento Cyniheardi episcopi Wintoniensis a.* 759. *commemorantur (Kemble n.* 104; *Birch n.* 186). *De Wintra praeterea cf. Kemble n.* 46; *Birch n.* 101. 2) *Beorwaldi abbatis Glastoniensis (Glastonbury in Somerset) in epistula mentio fit, qua Berhtwaldus archiepiscopus Cantuariensis Forthereum episcopum Sciréburnensem rogavit, ut Beorwaldum abbatem ad puellam captivam dimittendam hortaretur (Bonif. ep.* 7, *p.* 248). *Quae alias de eodem traduntur (cf. Hahn, 'Bonifaz und Lul' p.* 52 *sq.), ea satis dubiae fidei sunt.* 3) *Cf. Aldhelmi opuscula de laude virgin. c.* 33. *et ad Acircium (ed. Giles p.* 40. 219); *Bonifatii et Lulli epist.* 33. 50. 91. 103. 125 *(p.* 283. 299. 376. 389. 413): summi pontificatus infula praeditus (praedito).

rabili archiepiscopo[a] spontaneum scienter detulit responsum et magnum universis contulit gaudium. Ac sic deinceps mira dispensationis Dei benivolentia[b] nomen eius diffamatum est et celebre apud omnes tam secu-
5 lares dignitates quam etiam[c] ecclesiastici[d] officii[e] ordines habebatur, ita ut, amodo iam in futurum proficiens, synodali sepissime eorum intererat[f] instituto*.

Sed quia[g] mens etiam Deo dedicata[h] favoribus non adtollitur humanis nec laudibus sublevatur, coeperat
10 ad alia multa sollicitudinis cura adtentius properare et parentum adfiniumque[i] suorum consortia devitare et peregrina magis quam paternae hereditatis terrarum loca desiderare. Sed cum sic longo temporis intervallo secum sollertissime[k] deliberaret, ut patriam parentesque
15 desereret, tandem, arrepto beatae memoriae et praedicti patris consultu, cuncta animi[l] sui secreta intra conscientiam ante ea[m] abscondita patenter aperuit et magna precuum[n] instantia ad consensum suae voluntatis sancti viri animum provocavit. Qui etiam, magna primitus
20 admiratione obstupefactus, poscenti sane supplicantique desideratum ad tempus contradixit iter, ut cepti propositi sedaret industriam; sed ad extremum, invaliscente[o] omnipotentis Dei providentia, convaluit etiam[c] sermo petentis. Et[p] tanta abbatis fratrumque suorum secum
25 sub regulari disciplina viventium devotione adoptatum[q] inchoaverat iter, dominoque Deo dispensante, compleverat[r], ut[s] ei etiam humani sumptus solacia libenter inpenderent et magna cordis commotione lacrimarum diutius infusiones orationumque supplicationes pro eo
30 ad Dominum[t] fuderent[u].

Hic etiam dum, spiritali confortatus armatura et seculari sublimatus sumptura[1], utriusque vitae stipendiis minime careret, adhibitis secum duobus aut tribus fra-

*) alioquin omnis synodus illo absente vel cassaretur vel in-
35 coepta solveretur, *inepte addit retractator codicis Bruxell. n.* 18644—52 *(l. l. p.* 55*)*.

I. *Cap.* 4. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) archiepm̄ (?) 3, *corr.* b) benivolentiā 1, *corr.* c) *om.* 1. d) ecclesiasti *pr. m.* 1; ecclesiastico *pr. m.* 2*a*. e) ordinis *pr. m.*, *corr.* officii 3. f) intereat 1, *corr.*;
40 interesset 3 *et m. al.* 2*a*. *b*. g) q *pr. m. corr.* qa 1. h) Deo dicata 1. 4*a (non* 4*)*. i) (ad *pr. m. in litura*)fin. 1. k) so(ll *m. al. in ras. maiore*)ertiss. 2*a*. l) animis 1. m) *ita* 1. 4; antea absc. *rell.* n) *ita pr. m.* 1; precum *rell.* o) *ita* 2*a*; invalesc. *rell.* p) Et tanti *pr. m.* 2*b*; ut tanti 4. q) optatum inchoaret 4. r) compleret 4. s) que *add.* 4. t) Deum 1. u) *ita pr. m.* 1. 2*a*, *b*; funderent *rell.*

45 1) *I. q. bona, facultates. Du Cange.*

tribus, quorum corporali spiritalique indigebat sustentaculo, profectus est, ac sic, inmensis peragratis terrae partibus, prospero obans[a] fratrum comitatu, pervenit ad locum, ubi erat forum rerum venalium[1] et usque hodie antiquo[b] Anglorum[c] Saxonumque vocabulo appellatur Lundenwich[d]. Ac[e] non multo transacto postliminio[2] nautarum, naviter novus[f] quidem epipata[g, 3], consentienti[h] nauclerio[i], adgressus est navem[k], nauloque inpenso, prospero ventorum flatu[l] pervenit ad Dorstet[m, 4], ibique aliquandiu commoratus, debitum domino Deo exsolvit die noctuque praeconium.

Sed quoniam, gravi ingruente paganorum impetu, hostilis exorta dissensio inter Carlum[n] principem gloriosumque ducem Franchorum[o] et Redbodum[p] regem Fresonum populos ex utraque parte[q] perturbabat[5] maximaque iam[r] pars ecclesiarum Christi, quae Franchorum[s] prius in Fresia subiectae erant imperio, Redbodi[t] incumbente persecutione ac servorum Dei facta expulsione, vastata erat ac destructa[u], idulorum[v] quoque cultura exstructis dilubrorum[w] fanis lugubriter renovata, tum vir Dei, perspecta perversitatis nequitia, pervenit ad

716.

I. *Cap.* 4. 1. 2*a. b. c.* 3. 4.

a) *ita* 1; ovans *rell.* b) antiq; 4. c) anglorum 1, *corr.*; angelorum 2*a*, *corr.* d) Lundenwih 2*a* *(pr. m.)*. *b.* e) A(c n *in ras.*)on 3. f) qu. novus 3, *corr.* g) pirata 4*b. c.* h) consentiente 3. i) naucherio, *m. al. in marg.* at nauclero 4; nauclero 2*c.* 4*a.* k) navim 2*b. c.* 4. l) flato *pr. m.* 4*a.* m) Torstet 2*c*; Torstat 2*a. b.* n) Karlum (*corr.* Karolum 3) 2*a. b.* 3; Karolum 2*c.* o) *ita* 1. 2*a. b;* Francorum (*corr.* Franchorum 4*a*) *rell.* p) *ita* 2*c.* 3 (*corr.* Raedbodum). 4. 5*a*; Redbotum (*m. al. corr.* Ratbotum 2*a*) 2*a. b.* 5*c*[1. 2]; Raatbodum 1; Rabbodum *corr.* Radbodum 4*a*, *et ita* 5*c*[3]. *Cf. infra l.* 17 *et p.* 17. 23. q) *om.* 2*a. b;* perturbabatur parte 2*c.* r) in- pars 2*a* *(pr. m.)*. *b;* pars iam 4; iam *om.* 2*c.* s) *ita* 1. 2*a. b;* Francchorum 4*a*; Francorum 2*c.* 3. 4. t) *ita* 2*c.* 3 (*corr.* Raedbodi). 4. 5*a*; Redboti (*m. al. corr.* Radboti 2*a*) 2*a. b.* 5*c*[1. 2]; R::bodi *pr. m. corr.* Raatbodi 1; Rabbodi *corr.* Radbodi 4*a*, *et ita* 5*c*[3]. u) dest(ruc *m. al. in ras.*)ta 2*a*; destituta 2*b.* v) *ita* 1; i(y)dolorum *rell.* w) *ita* 1; delubr. *rell.*

1) *De Lundonia civitate (hodie London) cf. Bedae Hist. eccl. II,* 3: emporium populorum terra marique venientium. 2) Postliminium *est reditus in patriam, hic vero pro mora redeundi accipi videtur; cf. supra c.* 2 *(p.* 8, 22*):* non multo transacto temporis intervallo, *infra c.* 4 *(p.* 17, 8*):* multis transactis annorum curriculis, *c.* 5 *(p.* 21, 8*):* Transactis autem diebus non multis, *c.* 6 *(p.* 27, 24*):* non multo transacto tempore. 3) *Cf. Isidori Etymol. XIX,* 1, 7: Epibata Graeco sermone appellatur, qui Latine dicitur superveniens. Hic nihil habet negotii, sed naulo dato in alias terras transire disponit. 4) *Wijk bij Duurstede ad Lek fluvium a Traiecto inter orientem et meridiem.* 5) *Anno* 716*; cf. Lib. hist. Franc. c.* 52 *(SS. R. Merov. II,* 326*), Annales S. Amandi, Petavian., Lauresham., Alamann., Nazarian., Mosellan. (SS. I,* 6. 7. 24. 25. *XVI,* 494*). 'Ad eundem annum* 716. *refert primum hunc Bonifatii ad Fresiam accessum ipse Willibaldus infra (c.* 8*) narrans, eum a.* 755. *mortuum esse* quadragesimo peregrinationis anno revoluto'. *Jaffé.*

Trecht[a], ibique aliquantis exspectatis diebus, advenientem regem Raedbodum[b] adlocutus est, et multis[c] illarum* circumvallatis ac conspectis terrarum partibus, utrum sibi in futurum praedicationis[d] uspiam patesceret locus[e], perquireret, proponensque animo, ut, si quanam[f] in parte huius populi euangeli[g] umquam aditus claresceret, verbi quidem Dei semina ministraret. Quod etiam, multis transactis annorum curriculis, gloriosa martyrii testificatio conprobavit.

Sed quia[h] sanctorum singulare munus est sanctitatis, ut, dum ad tempus suum sine spiritalis[i] virore germinis laborem minime[k] pollentem perspiciunt[l], ad alia prorsus loca[m] foecundo[n] laboris cum fructu migrant[o. 1], — quoniam in cassum[p] inhabitatur[q] locus, si et[r] fructus deest sanctitatis, — sanctus enim vir, dum sterelem[s] aliquandiu Fresonum[t] terram inhabitaret et estatis autumnique aliquantulum tempus praeteriret, iam arida caelestis[u] rore fecunditatis relinquerat[v] arva et ad natale, suis[w] secum sumptis[x] conviatoribus, solum migravit, ac monasterii sui secreta petens[y], etiam ibidem secundi siquidem anni[2] hiemem, tripudiantium

*) ·//. adlocutus est cum Ratpotum regem *versu exeunte add.* 1 *(haec verba in exemplari margini adscripta erant, eaque inde in textum admissa esse, librarius ipse signo apposito monuit).*

I. *Cap.* 4. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) *ita* 4. 4*a*. 5*a et m. al.* 2*a*; Trech 1; Trehct 3; Treht 2*a (pr. m.). c;* Trhet 2*b*; Utrecht 5c[1. 2. 3]. b) *ita* 3; Ręedbodum *pr. m.*, Raadbodum *m. saec. XVI.* 1; Redbodum 2*c*. 4; Redbotum (*m. al. corr.* Radbotum 2*a*) 2*a*. *b*. 5c[1. 2]; Rabbodum *corr.* Radbodum 4*a*, *et ita* 5*a*. *c*[3]. c) multi(s *in litura*) 1. d) predicationi suspiciam (*corr.* uspiam) 2*b*. e) lolus (?) 1, *corr.* f) quā nam 3, *corr.* g) *ita scripsi;* euangelium quam (predicandi *pro* qu. 2*c*) 1. 2*a (pr. m.). b. c;* euangelii umquam *rell.* h) q *pr. m. corr.* qa 1. i) spiritali sui rore 2*a (pr. m.). b. c.* k) minimi 1, *corr.;* minimae 3. l) perspexerint 3. m) loco 3, *corr.* n) foecunda 1. (2*a*). o) migrent 3. 4. p) casum 1. q) habit. 3, *corr.* r) *eras.* 4; ei *coniecit Nürnberger, Disqu. p. IV.* s) *ita* 1; sterilem *rell.* t) Fraesonum 3. u) *in mg. suppl.* 1. v) *ita* 2*b;* relinqueret 1. 2*c;* reliquerat *rell.* w) sui 1. x) *in ras.* 3. y) et *add.* 2*a*.

1) *Gregorii M. Dialog. II,* 3: Et saepe agitur in animo perfectorum, — — quia, cum laborem suum sine fructu esse considerant, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. 2) *Utrum Bonifatius a.* 716. *an a.* 717. *e Fresia in monasterium redierit, viri docti inter se non conveniunt, atque Jaffé ad hunc locum adnotavit: 'Secundi anni, postquam in Fresiam profectus est'; sed si verba recte intellexerim, Bonifatius non solum primam* (716/7), *sed etiam secundam hiemem* (717/8) *post reditum in coenobio mansit, quippe qui autumno a.* 718. *iterum profectus sit, atque Willibaldus ut aestatis autumnique in Fresia transacti neque vero hiemis mentionem fecit, ita eum 'dies plurimos' in monasterio commoratum esse rettulit (infra p.* 18, 16*). Eadem censuit Hauck I*[3], *p.* 443, *n.* 3.

fratrum amore susceptus, hiemando transegerat, et[a] apostolicam gentium[b] doctoris vocem imitaretur, dicentis: *Tit. 3, 12.* ***Ibi enim constitui[c] hiemare.***

(5). Qualiter[d], defuncto abbate suo, cum fratribus[d] aliquantulum[e] tempus commoratus[f] est et postea ad Romam cum commendaticiis[g] episcopi[h] sui litteris[i] pervenit[k].

Transcursis iam ex parte sancti viri virtutibus, subsequentia eius, quemadmodum rem rumigerulis[l] referentibus[m. 1] gestam conperimus, patenter proferimus, ut apertior in perpetuum vitae morumque eius ad normam sanctae conversationis illius tendentibus pateat callis. Cumque ingens peregrinationis exegisset discrimen gurgitumque maris evasisset dispendium et fratrum suorum iterum reversus se societate[n] dedisset eorumque contubernio dies deinde plurimos iniuncxisset, gravi demum mentis arreptus est merore et recenti oppressus animi 717. **mestitia, dum senilia iam magistri[2] membra infirmari conspiceret extremumque, adstante monachorum congregatione, obitus sui diem, languoris convaliscente[o] inmensitate, bibrando[p] palpitandoque inminere[q] et tandem, deposito corporis ergastulo[r], sub triste[s] merentium aspectu fratrum ultimum efflare spiritum videret: quia in sanctorum frequenter cordibus conpassionis specialiter condolens[t] refulget pietas[u]; quia[v] ad tempus sedulo solent contristari, sed, apostolico inherentes praecepto,** *cf. 2. Cor. 1, 5.* **in Domino iugiter consolantur[w]. Iam blande adorsus est fratres et spiritalibus eos conloquiis[x] paternae[y] memor traditionis hortatur, ut regularis iugiter consti-**

I. *Capp.* 4. 5. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) et *eras.*, ut *in marg.* 3; ut 2*c et m. al. superscr.* 2*a*. b) d. g. 3, *corr.* c) h. c. 4. d) *ita* 1; Qualiter — fratribus *om. rell.* e) *ita* 4. 4*a*. 5*a*. *c*² *(cf. p.* 17, 17*)*; aliquantum 1; Quantulum 2*a*. *b*. *c*. 3. f) *ita* 1. 4*a*. 5*a*. *c*²; commoratum est *rell.* g) ciis *in litura* 4; commendatiis *pr. m.* 2*a*. h) episcō *corr.* episcopi 1; epis̄ 3, *corr.* i) littͥ *corr.* litteris 1. k) venit 2*a*. *b*. *c*. l) summi gerulis *et litura ante* summi 4. m) reffer. 1. n) *ita* 1; societati 2*b*. *c*. 3. 4; sotietati 2*a*. o) *ita* 2*a*; convalesc. *rell.* p) *ita* 1. 4 *(pr. m.)*; librando 2*c*; vibr. *rell.* q) inminerent(?) 3, *corr.* r) ergastolo *pr. m.* 4*a*. s) *ita* 1. 2*a (pr. m.)*. *b*. *c*; tristi *rell.* t) (cond. ref *in ras.*)ulget 3. u) ÷ (*i. e.* est) *add.* 1. v) *ita* 2*a (pr. m.)*. *b*; q:, *ras.* i(?) 1; qua *rell.* w) consolabantur 2*c*; famulantur 2*b*. x) conloquis 4*a*. y) m. p. 3.

1) *Cf. Aldhelmi epist. ad Eahfridum (Giles p.* 92*) et Wihtfridum (Willelmi Malmesb. Gesta pontif. ed. Hamilton p.* 358*); epist. Cuthbercti a.* 755 *(Bonif. epist.* 111, *p.* 398*):* rumigerulis referentibus. 2) *Wynberchti abbatis.*

tutionis formam et ęcclesiasticae diffinitionis[a] normam[b] in omnibus conservarent, et ut patris cuiuslibet spiritalis[c] se subiungerent imperio, instruxit. Tunc omnes unianimiter[d] consonis instabant vocibus, et sanctum hunc virum, qui illo[e] dicitur in tempore Wynfrith[f], cuncti precarentur[g], ut pastorale super eos abbatis susciperet magisterium. Sed, refutatis mox[h] patriae[i] facultatibus et primatu regiminis abiecto, ad praedestinata[k] iam prumptus[l] ac paratus, sollerti se[m] cura excussavit[n] omnemque proheredum substantiam abnegando rennuit.

718. Cum vero hibernale iam tempus praeteriret et calor estatis candesceret, pristinaque labentis anni renovatur[o] intentio, et omni quippe sollicitudine iter omissum iterando renovare studivit[p]. Tunc, litteris etiam commendaticiis[q] a beatae memoriae Danielo[r] Dei[s] plebis speculatore* acceptis[1], ad limina apostolorum Romam venire temptavit. Quem tamen resistentium aliquandiu fratrum orbata patris inpedivit necessitas, caritasque[t] heiulantium ac conpassio utrubique[u] dolentium[v] ad tempus obsistebat, ita ut magno quidem[w] mentis angore premebatur[x] et, in quam se verteret partem, ignorabat[x]. Metuebat enim, ne grex magistro commissus iam sine vigilanti pastoris custodia, eo decidente[y], luporum[z] mursibus[a] pateret, et ut peregre proficiscendi autum-

*) a sancto Daniele episcopo Wentano *Iohannes de Grandisson.*

I. *Cap.* 5. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) difin. 2*b*; defin. 2*a*. 3. b) formam 2*a*, *corr.* c) *corr.* spiritali 1. d) *ita* 1; unamim. 3; unanim. *rell.* e) ullo(?) 2*a*, *corr.* f) *ita* 1; Wynfrit 2*a*; Wynfrid 2*b*. 3; Winfrid 2*c*. 4. 4*a*. g) *corr.* precabantur 3; precantur 2*c*. h) *om.* 4. 4*a*. i) ae *m. coaeva in litura* 1; patris 2*c*. k) praedestin. 2*b*. *c*. l) *ita* 1. 2*a*; prom(p)tus *rell.* m) *om.* 2*a*. *b* (*non* 2*c*). n) *ita* 1 *et pr. m.* 4. 4*a*; excusavit *rell.* o) renovat 1, *corr.*; renovaretur 3. p) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*); studuit *rell.* q) commendaticius 2*a*, *corr.*; commendat(c)iis 2*b*. 4 (*corr.*). r) *ita* 1. 5c$^{1.2.3}$ *et pr. m.* 2*a*. *b*; Danihele 3. 4*a*; Daniele 2*c*. 4. 5*a*. s) *ita* 1; sp. pl. Dei *rell.*; *cf. n.* 1. t) que *om.* 2*c*. 4*a*. u) *ita* 1 *et pr. m.* 2*a*. 4 *et e corr.* 3; utrobique *rell.* v) condolentium 2*a*. *b* (*non* 2*c*). w) mentis qu. 3, *corr.* x) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*). *b*. *c*; premeretur — ignoraret *rell.* y) *ita* 2*a*. *b* (*pr. m.*); decedente *rell.* z) luporem 2*a*, *corr.* a) *ita* 1. 4 (*pr. m.*); morsibus *rell.*

1) *Daniel episcopus Wintoniensis* (705—745) *tabulae apud Kemble I n.* 94 (= *Birch I n.* 170) *subscripsit ita:* Ego Daniel Dei plebis famulus et speculator; *saepissime autem posuit haec:* Dei plebis famulus, *vel similia; v. Bonifatii epist. n.* 23. 39. 64 (*p.* 271. 288. 330; *cf. ep.* 114, *p.* 403), *Kemble n.* 76. 81 (= *Birch n.* 147. 155), *Birch n.* 113. *Cum igitur Daniel in Bonifatii epist.* 11 (*p.* 257), *qua Wynfrithum omnibus commendat, sese 'Dei famulorum famulum' appellaverit, has 'litteras commendaticias', quas quidem Willibaldus legisse videtur, ab illa epistula diversas fuisse liquet. Ita fere Jaffé.*

nale sibi deficeret tempus, formidaret[a]. Cumque omnipotens Deus solita non inmemor pietatis suae clementia servum suum tanta[b] animi pressura perturbatum et ancxio[c] vellet dolore eripere et iocundum gregi praevidere magisterium[d], iam praefati antistites[e] erga fratres intestina facta est meditatio et bonae indolis virum nomine Stephanum huic praesedere[f] fecit ęcclesiae et sanctum[g] hunc virum per longas peregrinationis vias ire volentem ad loca incolomem distinata[h] direxit.

Qui protinus quidem[i], valedicens[k] fratribus, profectus est locumque per longa terrarum spatia, qui iam praedicto dicitur nomine Lundenwich[l], voti[m] compus[n] adiit. Et[o] celocis celeriter marginem scandens, coepit ignotas maris temptare vias, trepudiantibusque[p] nautis, inmensa choro[1] flante carbasa consurgebant, et pleno vento[q] prosperoque cursu hostia citius[r] fluminis quod dicitur Cuent[s. 2] omni iam expertes periculi naufragio aspiciunt et ad aridam sospites terram perveniunt; sed et castra metati sunt in Cuentawich[t. 3], donec superveniens se collegum[u] multitudo[v] congregasset.

Omnibusque collectis, per singulos quosque[w] dies, inminente hiemis frigore, profecti sunt multasque sanctorum[x] ecclesias orando adierunt, ut tutius[y], opitulante altithrono, Alpina nivium iuga transcenderent Langobardorumque[z] erga illos humanitatem[4] mitius sentirent militumque[5] malitiosam superbiae ferocitatem facilius evaderent. Cumque, sanctorum suffragante patrocinio[a] et domino Deo dispensante, omnis quippe

I. *Cap.* 5. 1. 2*a. b. c.* 3. 4.

a) *ita* 1. 2*a (pr. m.). b;* formidabat *rell.* b) *om.* 1. c) anxia *corr.* anxio 3. d) *ita* 2*b.* 4. 4*a.* 5*a.* $c^{1\cdot2\cdot3}$; magistrum 2*c.* 3 *(corr.);* magisterium iam praefati *m. al. in ras.* 2*a;* magis *m. saec. XVI. corr.* magistrum 1; *cf. p.* 44, 4: populis praevidit magisterium. e) *ita* 1; antistitis *rell.* f) *ita* 1; praesidere *rell.* g) v. s. h. 2*a (non* 2*b).* h) *ita pr. m.* 2*a;* destin. *rell.* i) *in marg. suppl.* 3. k) valedicentis 1. l) Lundenwih 1; Lundenwic 2*a. b.* m) voto(?) *pr. m.* 2*a.* n) *ita* (comp;) 1; comptus 2*a (pr. m.). b;* compos *rell.* o) Ecce locis 2*a. b;* Et velocis 2*c.* p) *ita* 1; tripud. *rell.* q) ventu 2*a (pr. m.). b.* r) fl. c. 3. s) Cent 4; Gent 4*a.* t) Cuentawic 2*a. b.* u) *ita* 1. 2*a. b. c;* collegarum *rell.* v) multitudin cogrega:::t 3, *corr.* w) dies qu. 3, *corr.;* qu. *om.* 1. x) sanctarum 4. y) totius 1, *corr.* z) *ita* 2*a. b.* 3; Longob. *rell.* a) patrocinia 3, *corr.*

1) *I. e. coro, cauro. Jaffé.* 2) *Canche fl.* 3) *Is 'vicus ad Quantiam' non iam extat fuisseque videtur prope Stapulas (Étaples) et monasterium S. Iudoci (St. Josse). Jaffé.* 4) *Cf. infra p.* 22, 8: optimum Langobardorum regem Liodobrandum. 5) *Scil. imperatoris Graeci; cf. infra c.* 6 (*p.* 27, 30): Italiaeque — — limitum fines militumque terminos transmigravit.

cohors contribunalium[a, 1] comitatu[b] huius sancti viri inherens limina beati Petri apostoli prospere adgressus est, inmensas statim[c] Christo pro sospitate eorum grates persolvunt, atque ęcclesiam sancti Petri principis aposto-
5 lorum magno cum[d] gaudio ingressi, abolitionem[e] peccaminum postulantes, diversa quidem munera eorum quam plurimi detulerunt.

Transactis autem diebus non multis, sanctus vir[f] iste venerabilem sedis apostolicae papam beatae memo-
10 riae Gregorium a primo secundum et[g] novissimo priorem[2] affatus[h] est, — qui et vulgarica Romanorum lingua dicitur iunior, — omnemque[i] sibi per ordinem iteneris[k] sui atque[l] adventus occassionem[m] manifestavit et, quali[n] ancxius desiderio diutius desudasset, aperuit. Sanctus
15 itaque papa, repente hilari vultu adridentibusque oculis intuitus[o] in eum, inquisivit, an litteras[p] ab episcopo suo commendaticias detulisset. At ille etiam concitus[q] exempto[3] pallio cartam ex more involutam litterasque protulit deditque mirabili sanctae recordationis viro,
20 qui statim, acceptis litteris, annuens ei, ut[r] abiret[s]. Apostolicus vero papa[r], perlectis litteris et recensita commendaticiae conscriptionis carta, sedulum deinceps cum eo habebat cottidianae disputationis conloquium, donec proficiscendi redeundique estivum[t] instaret tempus.
25 Cum vero Nisan mensis, qui est Aprelis[u], praeteriret et Iari[v], qui et Maius[4], iam portae patescerent[w], tum etiam, 719.

I. *Cap.* 5. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) *ita codd.* (con *versu exeunte postea suppl.* 4); contribulum *V. Willibaldi c.* 3 *(p.* 91, 26*)* *et V. Wynnebaldi c.* 2 *(p.* 108, 8*)*; *cf. supra p. XIII sq.* b) comitatui 3. c) ch *add., sed*
30 *eras.* 3. d) *pr. m. in marg. suppl.* 1. e) *ita* 2*a*. *b*. *c*. 3; obolit. 1. 4. 4*a*. f) *ita* 1; iste vir 2*c*. 3. 4; vir *om.* 2*a*. *b*. g) et n. pr. *om.* 4. 4*a*; et novissimos 2*a*, *corr.* h) affectus 2*a*, *corr.* i) que *om.* 3. k) *ita* 1. 4*a (pr. m.)*; itineri 2*b*; itineris *rell.* l) adque | ventus *pr. m.* 2*a*; atque *om.* 2*b*. m) *ita* 1; occasionem *rell.* n) qua(li *m. al. in ras.*) 2*a*; quasi 2*b*. o) intuitur(?) 2*a*, *corr.* p) littere *pr. m.* 2*a*. q) (con-
35 cit *in ras.*)us 1; *om.* 3. r) *pr. m. superscr.* 1. s) :abiret, *ras.* h 2*a*. t) aestium 3, *corr.* u) *ita* 1; Ap(ri *m. al. in ras.*)lis 2*a*; Aprilis *rell.* v) Iair 1. w) patesceret 2*a*, *corr.*

1) *Willibaldus contribunales (= contribules) exemplo contubernalium scripsisse videtur.* 2) *Gregorium II (*715—731*). In codice epistu-*
40 *larum Bonifatii Monacensi n.* 8112 *(saec. IX) inter ep.* 26. *et* 42. *leguntur (MG. Epist. III,* 216. 275. 290*) haec:* Huc usque Gregorius a primo secundus. Hinc Gregorius a secundo iunior *(cf. infra c.* 8, *p.* 42, 1*), quae e Willibaldo pendent.* 3) *I. e. fortasse discincto. Krusch.* 4) *Cf. Beda, De temporum ratione c.* 11 *(ed. Giles VI,* 168*):* Primum
45 mensem — — Nisan appellantes, qui — — rectius Aprili deputatur. — — Secundus eorum mensis Iar Maio — — comparatur.

719, Mai. 15. postulata[a] atque accepta apostolicae sedis benedictione et litteris[1], a beatissimo papę[b] ad inspiciendos inmanissimos Germaniae populos[c] directus est, ut, an inculta cordium arva, euangelico arata vomere, praedicationis recipere[d] semen voluissent, consideraret.

Ac sic extimplo, collecta numerosa reliquiarum multitudine, reciproco suorum reditu conservorum[e] Italiae[2] fines[f] adiit* optimumque Langobardorum[g] regem Liodobrandum[h. 3] pacificis salutatum muneribus conpellavit, et honorifice ab eo susceptus, lassata[i] ex itenere[k] membra requiescebat[l], ac sic[m] remuneratus, ardua ac plana agrorum peragrans spatia, praerupta Alpium iuga transcendit.

Incognitosque[n] Baguariorum[o] et confines Germaniae[4] terminos adgrediens, in Thyringeam[p] iuxta mandatum apostolicae sedis considerando progressus est, ad instar videlicet prudentissimae apis, quae suotim[q. 5] camporum circumvolat arva et numerosam redolentium[r] herbarum copiam, pennigeris[s] molliter perstrepens alis, circumvallat[t] carpentique rostro pertemptat, melliflua ubi nectaris lateat dulcedo, et suis[u] eam, omni penitus mortiferi sucus[v] amaritudine contempta, albeariis[w] invehit et secundum quandam[x] apostolicae ratiocinationis

*) ⁜ Adlocutus cum Liutprando rege *versu exeunte add.* 1, *signo eodem in margine depicto (cf. p. 17, 22).*

I. *Cap.* 5. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) postula 1, *corr.* b) *ita* 1; papa *rell.* c) populus 2*a*, *corr.* d) semen rec. 1. 3. e) servorum 1; *cf. supra p.* 9, 1. f) finis 2*a*, *corr.* g) *ita* 2*a*. *b et e corr.* 3; Longob. *rell.* h) Luidobr. *corr.* Liudobr. 2*a*; Liutbr. 2*b*; Leupr. 2*c*. i) lassato 1; lassis — membris 4. 4*a*. k) *ita* 1. 3; itinere *rell.* l) requiescebant 2*c*. m) si 2*a* *(pr. m.)*. *b*. n) Incognitasque 1; in incogn. 2*c*. o) *ita* 2*a*. *b*. 3. 4; Baiuariorum 1; Bawariorum 2*c*. p) *ita* 1. 3. 5*c*[3]; Thuringeam 2*c*. 4; Turingeam 2*a*. *b*. 5*a*. q) *ita* 1. 3. 4 *(pr. m.)*. 5*a*; suotini 2*a* *(pr. m.)*. *b*; suatim 5*c*[1. 2. 3]; suetim 2*c* *et m. al.* 4. r) redolentiam 2*b*. s) pinnigeris 2*a* *(pr. m.)*. *b*. 4*a*. t) circumvolat 4. u) sui 1, *corr.* v) sucis 1; succus 2*c*, *corr.* w) *ita* 1; alveariis *rell.* x) quondam 4.

1) *Litterae Gregorii (Bonifatii epist.* 12, *p.* 258*) Idibus Maiis a.* 719. *datae sunt, quibus Bonifatius, 'ad quascumque gentes infidelitatis errore detentas' properare posset, praedicationem apud eas exercere iubetur.* 2) *I. e. Italiae superioris, Langobardiae; cf. e. gr. Gothofredus ad Cod. Theodosian. XI,* 1, 6; *C. Hegel, 'Gesch. der Städteverfassung von Italien' II,* 1 *sq.* 3) *A.* 712—744. 4) *Cf. Bonif. epist.* 45 *(p.* 293*):* tam de Germaniae gentibus — sed et in Baioariorum provincia. *De hoc usu artiore nominis Germaniae cf. W. B. Wenck, 'Das Fränkische Reich nach dem Vertrage von Verdun'*, 1851, *p.* 373 *sq.*; *Waitz, 'VG.' III*[2], 351, *n.* 2. 5) *Glossarium Amplonianum et Epinalense (Goetz, Corpus glossar. Latin. V,* 389, 47; *cf. VII,* 302*)*: Suotim (Suotum *Amplon.*) suo more. *Krusch.*

eloqui[a] similitudinem omnia probat et[b] quod bonum[c] est tenet. Sanctus itaque vir in Thyringea[d] iuxta insitum[e] sibi mandatum apostolici pontificis senatores denique plebis totiusque[f] populi principes verbis spiritalibus affatus est eosque ad veram agnitionis viam et intellegentiae lucem[g] provocavit, quam olim ante maxime[h] siquidem ex parte, pravis[i] seducti doctoribus, perdiderunt. Sed et sacerdotes ac presbiteros, — quorum alii relegioso[k] Dei se omnipotentis cultu[l] incoluerunt[1], alii quidem fornicaria[m] contaminati pollutione, castimoniae continentiam, quam sacris servientes altaribus servare debuerunt, amiserant, — sermonibus euangelicis, quantum potuit, a malitiae pravitate ad canonicae constitutionis rectitudine[n, 2] correxit, admonuit atque instruxit[o].

cf. 1. Thess. 5, 21.

Et Franciam deinde, fratribus secum comeantibus, ingressus est statimque, audito[p] Raedbodi[q] Fresonum regis morte[3], albeum[r] quidem fluminis[4], magno gavisus gaudio, navigio ascendit[s], optans, quod etiam Fresia recipisset[t] verbum Dei, et ad[u] incultas caelesti praedicatione terras pervenit. Iamque atrocis cessante regis Raedbodi[v] persecutione, doctrinae caelestis semina ministravit et, verbi Dei fame expulsa, familicam[w] paganicae superstitionis multitudinem[x] aeternae[y] praedicationis reficit[z] pabulo. Cumque desiderantis[a] repente[b] mentem spontaneus operis sequeretur effectus et votiva praedistinatae[c] doctrinae lux, domino Deo dispensante, claresceret Carlique[d] ducis gloriosi super Fresones roboratum esset

I. *Cap.* 5. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) *ita* 1; eloquii *rell.* b) *om.* 2*a (pr. m.)*. *b*. *c cum Vulg.* c) bonus 2*a*, *corr.* d) *ita* 5c[1, 3]; Tyringea 1. 3. 5*c*[2]; Thuringea 2*c*. 4; Turingea 5*a*; Turingia 2*a*; Duringa 2*b*. e) m. ins. sibi 2*a*. *b*. *c*. f) que *om.* 1; *cf. p.* 32, 5: seniores plebis populi q u e principes. g) lucę 1; luce 4*a*. h) *ita* 1. 3 *(pr. m.)*; maxima *rell.* *(cf. cod.* 1 *epist. Bonif. n.* 63, *p.* 330, 14: maximę ex parte). i) *pr. m. superscr.* 1. k) *ita* 1; religiosi 2*c*. l) cultu: 3. m) fornicarii *pr. m.* 2*a*. n) *ita* 1; rectitudinem *rell.* o) ins(tr *in ras.*)uxit 1. p) *ita* 1. 2*a (pr. m.)*. *b*. *c*; audita *rell.* q) *ita pr. m.* 3; Redbodi 2*c*. 4. 5*a*. *c*[3]; Redboti *(m. al. corr.* Radboti 2*a)* 2*a*. *b*. 5*c*[1, 2]; Raatbodi 1; Rabbodi *corr.* Radbodi 4*a*, *et ita m. al.* 3; *cf. supra p.* 16 *sq.* r) *ita* 1; alveum *rell.* s) conscendit 4. t) *ita* 1. 2*a (pr. m.)*; recepisset *rell.* u) aut 1. v) *ita* 3; Redbodi 2*c*. 4. 5*a*. *c*[3]; Redboti *(m. al. corr.* Radboti 2*a)* 2*a*. *b*. 5*c*[1, 2]; Raatbodi 1; Rabbodi *corr.* Radbodi 4*a*. w) *ita* 1. 2*a*. 3 *(pr. m.)*; famelicam *rell.* x) et *add. (sed eras.* 2*a)* 2*a*. *b*. 4. y) pab. aet. pr. ref. 1. z) refecit 2*c*. 4. a) desiderantes 2*a*, *corr.* b) repentē 1. c) praedestin. 2*b*. *c et m. al.* 4. d) *m. al. corr.* Carolique 3; Karolique 2*b*. *c*.

1) *V. infra p.* 31, 8: ritus incoluerunt, *i. e. observaverunt.* 2) 'he straffede se na den sentrecht' *versio Freckenhorstensis.* 3) *Obiit a.* 719. *Bugga Bonifatio gratulata est, quod Deus 'inimicum catholicae ecclesiae Rathbodum' coram ipso prostravisset (Bonif. ep.* 15, *p.* 264*)*. 4) *Rheni.*

imperium, iam bucina caelestis verbi increpuit et praedicatorum[a], adveniente superni roris fertilitate, vox[b] intonuit, Dei etiam[c] per Willibrordum[d] virum venerabilem ac cooperatores[e] eius propagatus est sermo. Sed quia messe[f] quidem multa operarios inesse[g] paucos cerneret[h], sanctus hic Dei famulus cooperator[i] etiam factus est per tres instanter annos Willibrordi[k] archiepiscopi, multumque in Christo laborans, non parvum Domino[l] populum, destructis delubrorum fanis et exstructis ęcclesiarum oratoriis, praefato pontifici[m] opitulante, adquisivit.

cf. Matth. 9, 37. — 719—722.

Cum vero summus hic senuerat[n] pontifex et aetatis plurimis gravabatur[o] annis[1], decrevit, etiam suggerente discipulorum coetu, ut solacium tanti ministeri[p] suae decrepitae senectuti praevideret et fidelem de parva congregatione virum elegeret[q], qui tanto praeesse potuisset populo, accitoque huic[r] Dei[s] famulo, salutari eum instructione admonuit, ut episcopalis quippe regiminis susciperet gradum et[t] ad regendum Dei populum sibi subveniret. Qui etiam, humiliter repente[u] respuens, minime se[v] dignum esse episcopatus gradu referebat et, ne sibi tantae dignitatis fastigium adolescentiae[w] adhuc in annis constituto inponeret, deprecatus est et, quoniam quinquagesimi anni iuxta canonicae rectitudinis normam necdum plene reciperet aetatem[2],

I. *Cap.* 5. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) et per praedicatores 4. 4*a*. b) *pr. m. superscr.* 3; mox 2*c*. c) *om.* 1. d) Willibrodum 2*c*. e) cooperatoris 2*a* (*corr.*). *b*. f) messes 1; messes (*i. e.* messis) qu. multa, oper. *interpunxit Nürnberger.* g) p. inesse 3. h) cernebat 3. i) cooperatur 2*a*, *corr.* k) Willebrodi 2*c*. l) *ita* 1. 2*c*. 3. 5*a*. $c^{1 \cdot 2 \cdot 3}$; pop. Dom. *rell.* m) *m. al. corr.* pontifice 2*a*, *et ita* 2*c*; pontificae, *del.* a 3. n) senueret 4*a*; senu(ise *m. al. in ras.*)t 2*a*; senuisset 3. o) gravaretur 3 *et m. al.* 2*a*. p) *ita* 1; ministerii *rell.* q) *ita* 1; eligeret *rell.* r) hoc 3. s) *ita* 3. 4. 4*a*; (Dei *om.*) famulo :: sal. 1; fam. Dei 2*a*. *b*. *c*; *cf. p.* 28, 28: huic Dei famulo. t) *om.* 1. u) hum. repetens resp. 2*c*; hum. hoc rennuens, min. 4. 4*a*. v) *om.* 2*a*. *b*; dignum se (esse *om.*) 2*c*. w) adulisc. *pr. m.* 2*a*; adulesc. 3.

1) *Willibrordus a.* 657/58. *natus erat.* 2) *Cuius normae testimonia satis congrua extare non videntur; conferre licet Gregorii M. Dial. II,* 2: Liber quippe a temptationis vitio, iure iam factus est virtutum magister. Unde et per Moysen praecipitur (*Num.* 4, 3. 8, 24), ut levitae a viginti quinque annis et supra ministrare debeant, ab anno vero quinquagesimo custodes vasorum fiant; *Constitutiones apostolorum II,* 1 (*ed. de Lagarde p.* 13): *τὸν ποιμένα τὸν καθιστάμενον ἐπίσκοπον εἰς τὰς ἐκκλησίας ἐν πάσῃ παροικίᾳ δεῖ ὑπάρχειν ἀνέγκλητον, — — — οὐκ ἔλαττον ἐτῶν πεντήκοντα*; *collect. canonum Hibern. I,* 11 (*ed. Wasserschleben*², 1885, *p.* 8): Qui autem ab accessu adolescentiae usque ad XXX. annum aetatis suae probabiliter vixerit, una tantum

testatus est, ut omni se penitus excusationis tergiversatione ab huius gradus[a] celsitudine declinaret[1]. Praedictus itaque tam sancti praeconi[b] pontifex placidis illum verbis increpavit et diligenti eum cura ad huius 5 propositi[c] gradum instigavit populique subiecti[d] maximam magnopere paupertatem praediceret[e]; sed cum neque sic correptus ad suscipiendum huius celsitudinis gradum consentiret, iamque per longas tricationum moras[f] spiritalis inter eos orta est contentio et consona 10 pulchrae discretionis facta dissensio. Hic vero, grandi praeventus humilitate, tanti[g] gradum contradixit honoris; ille autem, piissimi appetitu lucri inretitus, salutem concupivit animarum. Cumque sic diversa iam sermocinationum[h] verba invicem protulissent, et[i] sanctus hic 15 Dei servus, velud in spiritale[k] quodam stadio positus, placitae[l] prorsus excusationis exerens sermonem, ait: 'O summae sanctitatis pontifex, o spiritalis proreta[m] agonis! Ego enim a beato sanctae recordationis Gregorio pape[n] Germanicis mandatum gentibus detuli; ego, apostolicae 20 sedis legationem[o] fungens[p] ad occidentales barbarorum regiones, sponte tuae me gubernationis dominio[q] iniuncxi[r] et propriae[s] voluntatis[t] arbitrio, ignorante dominorum sublimatu, copulavi; quorum usque in hodiernum diem sponsionis voto constrictus sum servituti ac[u] 25 subiectus. Quapropter sine apostolicae[v] sedis consultu et authenticae[w] iussionis mandato tam praeclarae sublimitatis ordinem suscipere non audeo'. Sed et alia quo-

I. *Cap.* 5. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) gradu 1. b) *ita* 1 *et fortasse pr. m.* 4*a*; pr(a)econii *rell.* c) praepositi 2*b*. d) sub- 30 iecti:: 2*a*. e) praedicebat (ebat *m. al. in ras.* 2*a*) 2*a*. 3; praedixit 2*c*. f) mores *pr. m.* 2*a*. g) tangi 1. h) sermocinantium 2*b*. i) *eras.* 4. k) *ita* 1; spiritali *rell.* l) placit: ę, *ras.* a 2*a*; placidae 2*c*. 4. m) propheta 4. 4*a*. n) *ita pr. m.* 2*a* (*cf. p.* 22, 2. 34, 18); papa *rell.* o) *ita* 2*c*; legatione *rell.* p) fulgens 1, *corr.*; fundens 2*c*; fungor 2*a*. *b*. q) *pr. m. superscr.* 1. r) iniunxit 2*a*, *corr.* s) proprio 35 2*a*. *b*. *c*. t) voluntates 2*a*, *corr.* u) hac 2*c*. v) cons. sedis ap. 2*a*. *b* (*non* 2*c*). w) au: thentice, *ras.* d 2*a*.

virgine uxore sumpta contentus, IV annis subdiaconus et V annis diaconus, XL[mo] anno presbyter, L[mo] episcopus stet. *E quibus locis secundus tantum omnino quadrat, sed ad partes occidentales* 40 *Europae minime pertinet; tertium cum verbis Willibaldi primus comparavit Coustant, Epistolae Romanorum pontificum I,* 1721, *col.* 634 (*n.* c). 1) *Retractator codicis Bruxell. n.* 18644—52 (*l. l. p.* 59) *aliam quoque rationem Bonifatium opposuisse confinxit:* Illicitam deinde ad eius episcopatus promotionem, quae ipsum adhuc viventem sup- 45 plantare probatur, *oblitus, ab ipso Bonifatio vivo substitutum esse Lullum.*

que rationabile[a] petitionis supplicatione verba proferebat, dicens: 'Obsecro igitur, ut me propriae[b] sponsionis vinctum catenis ad has quas primitus a sede apostolica missus[c] sum terras distinando[d] diregas[e]'. Cui protinus vir Dei, audita tantae professionis causa, data ei benedictione, licentiam dedit abeundi. Qui etiam, statim proficiscens, pervenit ad locum, cui nomen inscribitur Amanaburch[f, 1], iuxta apostolum *enutritus verbis fidei et bonae doctrinae, quam adsecutus est.*

722.

1. Tim. 4, 6.

(6)[g]. Per singulos enim a prochemio[h] gradus virtutis documenta[i] et laboris in Domino constantiam huius sancti viri perstrincximus, ut sequentia subtilius bonorum eius exempla conglobatim ad memoriam revocemus. Cumque ingentem Domino populum in Fresonis adquireret, multique ab eo spiritali[k] doctrinę[l] edocati[m] ad agnitionem veritatis, inradiantibus verae lucis radiis, pervenerunt[n], tunc quippe, Domino patrocinante[o], alias Germaniae praedicandi causa partes adiit[2] et supradictum locum[3], cui gemini praeerant germani, Dettic[p] videlicet et Deorulf[q], Domino auxiliante, obtinuit, eosque a sacrilega[r] idulorum[s] censura, qua sub quodam christianitatis nomine male abusi sunt[4], evocavit ac

I. *Capp.* 5. 6. 1. 2*a. b. c.* 3. 4.

a) *ita* 1; rationabili *rell.* b) proprio 2*b.* c) missum 3, *corr.* d) destin. 2*b. c et m. al.* 4. e) *ita* 1; dirigas *rell.* f) *ita* 1; Amanaburhc 5*a;* Amanaburc 2*b;* Amanaburg *rell.* g) *praescr. pagina exeunte om., sed* Per *littera maiore incipit* 1; Qualiter per omnem aetatem suam praedicationis (predicationum 2*b et pr. m.* 2*a;* predicationem 2*c*) studium (studuit et 2*c*) exercuit et quali hunc mundum fine dereliquid (derelinquit *pr. m.* 2*a;* et — dereliquid *om.* 4. 4*a.* 5*a. c*[2]) *praescr. rell., quae praescriptio ad c.* 8. *pertinet.* h) *ita* 1; prohemio 3. 4; proemio (*corr.* prohemio 2*a*) 2*a. b. c.* i) documen 2*a* (*pr. m.*). *c;* documentum 2*b.* k) spiritalis 3, *corr.* l) *ita pr. m.* 2*b;* doctrina *rell.* m) *ita* 1. 2*b.* 4*a et pr. m.* 2*a.* 4; educati 2*c.* 3. 5*a;* edocti 5*c*[1. 2. 3] *et e corr.* 4. n) pervenirent 2*a. b. c.* o) pratrocin. 1. p) *ita* 3; Dęettic 1; Dethic 2*c;* Dectic 4. 5*a. c*[1. 2. 3]; Dectihc 4*a;* Detta 2*a. b;* Decta 4* (*litterae* ic *et* cc = a *confusae sunt; cf. infra p.* 31, 36). q) *ita* 2*c.* 3. 4. 4*a;* De(oruu *pr. m. in ras.*)lf 1; Deorolf 2*a. b.* 5*a. c*[1. 2. 3]. r) sacrilego 2*a, corr.* s) *ita* 1; i(y)dol. *rell.*

1) *Amöneburg in Hassia ad Ohm fl. ('Reg.-B. Kassel, Kreis Kirchhain').* 2) *In quo itinere Bonifatius ad Palatiolum monasterium venisse indeque Gregorium puerum secum duxisse fertur; cf. V. Gregorii auct. Liudgero c.* 2 *(SS. XV,* 67*).* 3) *Amöneburg.* 4) *De hoc loco nuper egit W. Köhler, 'Dettic und Deorulf' ('Mittheilungen des Oberhessischen Geschichtsvereins, Neue Folge' X,* 1901, *p.* 120—124*), comparans epistulam Gregorii II (Bonif. epist.* 17, *p.* 266*):* quia in umbra mortis aliquas gentes in Germaniae partibus vel plaga orientali Reni fluminis, antiquo hoste suadente, errare, quasi sub relegione christiana idolorum culturae eos servire cognovimus. *De usu vocabuli* censura *cf. infra c.* 7 *(p.* 40, 12*):* ut plebem quidem a perversa inolitae consuetudinis censura multum liberarent.

plurimam[a] populi turbam, rectae patefacta intellegentiae vię[b], errorum[c] deposito horrore, a malivola gentilitatis superstitione retraxit et monasterii, collecta servorum Dei congregatione, cellam construxit. Similiter et iuxta fines Saxonum Hessorum[d] populum paganicis adhuc ritibus oberrantem a demoniorum euangelica praedicando mandata captivitate liberavit.

Multisque milibus hominum expurgata paganica vetustate baptizatis, idoneum quippe nuntium ac fidelem suarum[e] litterarum[1] portitorem nomine Bynnan[f] Rome[g] direxit patrique venerabili apostolici[h] sedis pontifici universa, quae circa illum, Domino donante, facta sunt, muto[i] quidem littero ministrante, per ordinem revelavit et, ut[k] magna siquidem hominum multitudo, divino inlustrante spiritu, regenerationis perciperet[l] sacramentum, manifestavit. Sed et de rebus, quae ad[m] cottidianam ęcclesiae Dei necessitatem populique proventum pertinebant, plura ob consilium sedis apostolicae interrogando conscripsit. Cum enim aliquantos dies praefatus hic nuntius praedicto maneret loco[n] et iam[o] reditus sui tempus instaret, tum[p] etiam a praefato sedis apostolicae pontifice[q] mutuum legationis suae responsum accipit[r]. Et statim reversus, cartam sedis apostolicae conscriptionis iam, non multo transacto tempore, magistro adtulit.

Cumque sanctus vir adlatas legisset litteras, carptim se[s] invitatum ad Romam intellexit[t] festinusque summum oboedientiae gradum implere temptavit, clientumque confestim stipatus caterva[2] et fratrum circumseptus agmine, Franchorum[u] ac Burgundionum[v] Italiaeque, iam collibus Alpium[w] transcensis, limitum fines militumque[3] terminos transmigravit. Et Romanae[x] urbis moenibus conspectis[y], altithrono repente condignas gratia-

722 (723).

I. *Cap.* 6. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) plurimum 1, *corr.* b) *ita* 1; via *rell.* c) errorem 3, *corr.* d) Hessonum 4 *(corr.)*. 4*a*. e) suum 4. 4*a*. f) Binnan 2*a*. *b*. *c*. g) *ita* 1. 2*c*; Romam *rell.* h) *ita* 1; apostolic(a)e *rell.* i) *ita* 1; muta (multa 2*b*. 4) qu. littera *rell.* k) *corr.* quod 2*a*, *et ita* 3. l) :p: ciperet, *ras. bis s* 3. m) ad *om.* 4. n) locum *pr. m.* 3. o) *om.* 2*a*. *b*. *c*. p) Tunc 3. q) *bis scr., sed del.* 2*a*. r) *ita* 1; accepit *rell.* s) *superscr.* 3. t) intellexisset (?) 3, *corr.* u) *ita* 2*a*. 4*a*; Franccorum 2*c*; Francorum *rell.* v) Burgundiorum 2*c*. w) Alphium 4. x) Rom: (*ras.* ę?) 1, *corr.* y) conspectibus 1.

1) *Et hae litterae et responsum Gregorii perierunt.* 2) *Cf. Sedulii Carmen paschale IV*, 236: magna stipante caterva; *Aldhelmi versus de Laude virgin. (Giles p.* 178. 192*)*: densa stipante caterva. 3) *Cf. supra p.* 20, *n.* 5.

rum laudes rependit[a], et ad beati Petri mox ęcclesiam perveniens, diligenti se oratione munivit. Cum vero lassata paulisper membra quievisset[b], iam beato Gregorio apostolicae sedis pontifici nuntiatum est, quod hic Dei famulus adveniret. Qui etiam bene susceptus cenodochiam[c] adductus est.

Adveniente itaque oportuno conlocutionis eorum die et ad basilicam beati Petri apostoli adventante[d] glorioso sedis apostolici[e] pontifici[f], confestim hic Dei[g] famulus invitatus est. Et cum paucis ad invicem ac pacificis se salutassent verbis, iam de simbulo et fidei ęcclęsiasticae traditione apostolicus illum pontifex inquisivit. Cui[h] mox hic vir Dei humiliter respondit, dicens: 'Domine apostolicę, novi me imperitum, iam[i] peregrinus, vestrae familiaritatis sermone[1]; sed queso, ut otium[2] mihi, tempus[k] conscribendae fidei concedas, et muta tantum littera meam rationabiliter fidem adaperiat'. Qui etiam protinus consentit[l] et, ut festine hanc scripturam deferret, imperavit. Cumque, aliquanto temporis evoluto spatio, sanctae trinitatis fidem urbana eloquentiae[m] scientię conscriptam detulisset, reddiditque[n] praefato pontifici. Exspectavit quippe[o] nihilominus dies adhuc aliquos.

Sic saltim reinvitatus est, et Lateranem introductus, humiliter prono vultu protinus, postulata benedictione, pedibus apostolici pontificis advolutus est; quique repente[p] elevavit eum a terra et cartam, in[q] qua integra et incorrupta fidei[r] patuit veritas, huic Dei famulo reddidit eumque consedere fecit. Et salutare[s] eum admonitionis doctrina instruxit, ut hanc sine intermissione intemeratam fidei munitionem conservaret et aliis[t] instanter suarum pro possibilitate virium praedicaret.

I. *Cap.* 6. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) inpendit 2*b*. b) *ita* 1. 2*a (pr. m.)*. *b;* quievissent *rell*. c) *ita* 1; zxenodochium *(sic)* 2*b;* zenodochium (?) *m. al. corr*. xenodochium 2*a*, *et ita rell*. d) adveniente 2*a*. *b*. e) *ita* 1; apostolicae *rell*. f) *ita* 1. 2*a (pr. m.)*. *b;* pontifice *rell*. g) *superscr*. 1. h) Cu(i *superscr*.) 1. i) *m. al. superscr*. tamquam 2*a*. k) temporis 4. l) *ita* 1; consensit *rell*. m) *ita* 1; el. scientia 3. 4; eloquentia (sc. *om*.) 2*a*. *b*. *c*. n) que *om*. 2*c*. 3. o) nih. quippe 1 (*cf*. *p*. 29, 9: intimavit quippe). p) eum rep. el. 2*c;* rep. *eras*. 4; cum *om*. 2*a*. *b*. q) *om*. 4. r) *superscr*. 3. s) *ita* 1; salutari *rell*. t) alias 2*a*, *corr*.

1) *Id quod supra p.* 21, 11: vulgarica Romanorum lingua. 2) *Ocium quasi breve tempus interpretatus est Nürnberger, Disquisitiones p. XIII, monens, monialem Heidenheimensem* oceo *pro* ocius *(= cito) scripsisse (SS. XV,* 89, 3. 14. 105, 20. 107, 25. 113, 19. 117, 29*), sed vix recte.*

Multa quoque alia de relegione[a] sanctitatis et fidei veritate sciscitando[b] profert, ita ut omnem[c] pene diem pariter conloquendo alternatim ducerent. Et ad extremum, qualiter populi, per devia prius facinorum oberrantes, fidei documenta sua praedicatione perciperent, sciscitatus est. Et cum pro certo comperisset, quod maximam quidem multitudinem plebis a sacrilega demonum cultura ad consortium sanctae ęcclesiae adsisciret[d], intimavit quippe ei, quia episcopatus sibi inponere gradum voluisset populisque pastorali prius sollicitudine privatis et iuxta sententiam domini Dei nostri iacentibus, sicut oves non habentes pastorem, praeferre[e]. Sed quia contradicere huic tanto pontifici apostolico[f] sedi[g] praelato non auderet, consentit etiam et oboedivit. Sicque summus sanctae auctoritatis pontifex diem constituit ordinationis, id est pridie Kalendarum Decembrium.

Matth. 9, 36.

Cumque sanctus sacrae sollempnitatis dies et natalicius sancti Andreae et praefinitae[h] ordinationis inluxisset[1], iam sacer sedis apostolicae pontifex episcopatus sibi et nominis, quod est Bonifatius[i, 2], inposuit

722 (723), *Nov. 30.*

I. *Cap.* 6. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*). b) pr. sc. 3, *corr.* c) totam 4. d) *ita* 1; adsciceret *rell.* e) pr(e *in litura*)ferre 2*a*; proferre 2*b*. f) *ita* 1; apostolic(a)e *rell.* g) *m. al. corr.* sedis 3, *et ita prius* 2*c*. h) praefatae 3, *corr.* i) *ita* 1. 3. 4; Bonifacius *rell.*

1) *Utrum Bonifatius a.* 722. *episcopus consecratus sit an a.* 723, *incertum est, discrepantibus notis temporum, quae iuriiurando a Bonifatio post consecrationem praestito (Bonif. ep.* 16, *p.* 265*) et epistulis duabus Gregorii II. proximo die (Dec.* 1*) datis (ib.* 17. 18, *p.* 266 *sqq.) insunt; cf. MG. Epist. III,* 227. 265 *n.* 4. 2) *Willibaldus erravit; Wynfritho enim iam antea etiam Bonifatii nomen fuisse, ex epistulis* 12. 14. 15 *(p.* 258. 261. 264*) intellegitur a.* 719—722. *scriptis, dumque in litteris Gregorii II. a.* 719. *datis (n.* 12*) solum nomen Bonifatii occurrit, Eangyth et Bugga amicae paulo post utroque vocabulo utuntur (n.* 14. 15*). Sanctum a.* 717. *Wynfrithum (an supplendum: neque aliter?) audisse, Willibaldus supra p.* 19, 5 *rettulerat, idemque nomen in epistulis ante a.* 719. *compositis (n.* 9—11 *et fortasse n.* 13*) legitur, quod postea in carmine tantum a Bonifatio conscripto (MG. Poetae I,* 17*) et cum altero coniunctum in nonnullis epistulis ad Anglos aut ab Anglis scriptis (n.* 34. 46. 47. 94. 105*) invenitur, cum in ceteris iam unum Bonifatii nomen adhibitum sit. Unde nomen Latinum ei a.* 719. *in primo itinere Romano neque in secundo a papa Romae inditum esse, veri simile est, ita ut Willibaldus de tempore et occasione nominis impositi neque vero de auctore et loco errasse videatur, fortasse exemplo Willibrordi inductus, cui nomen Clementis una cum dignitate pontificali a.* 695. *a pontifice Romano attributum erat (cf. inter alia Bedae Hist. eccl. V,* 11*). De quaestione cum alii disseruerunt tum*

dignitatem eique libellum, in quo sacratissima ęcclęsiasticae constitutionis iura pontificalibus sunt digesta conventibus[1], accommodavit et, ut ex hoc inconvulsa[a] apud se pontificalis haec[b] disciplinatae institutionis ordo permaneret populique subiecti his inbuantur exemplis, imperavit. Sed et familiaritatem sanctae sedis apostolicae[c] tam sibi[d] quam omnibus sibi subiectis ex hoc in futurum condonavit. Et Carli[e] ducis gloriosi[f] suis sacratissimis litteris[2] regni munimine ac devotione sanctum hunc virum episcopatus gradu pollentem subiugavit[g. 3].

Quique etiam, dum per longos viarum anfractus ingentium populorum adissèt confinia, iam quidem ad praefatum Franchorum[h] principem venit, et venerabiliter ab eo susceptus, litteras praedicti Romani pontificis sedisque apostolicae Carlo[i] duce[k] detulit, eiusque dominio ac patrocinio subiectus[*, 4], ad obsessas[l] ante ea[m] Hessorum[n] moetas[o] cum consensu Carli[p] ducis rediit. 723 (724).

Cum[q] vero Hessorum[r] iam multi, catholica fide subditi ac septiformis[5] spiritus gratia confirmati, manus

30 *ipsius Bonifatii manu Pippinus rex unctus est (Annales regni Francorum ed. Kurze p.* 8*)*. 1) *Cf. Bonif. epist.* 93 *(p.* 380*):* Videtur, ut vitam istam temporalem et cursum dierum meorum per istas infirmitates cito debeam finire. 2) *Cf. ib. ad Pippinum:* Propterea almitatis vestrae clementiam diligenter in Dei nomine deprecor, ut filiolum 35 meum et corepiscopum Lullum — — in hoc ministerium populorum et ecclesiarum conponere et constituere faciatis praedicatorem et doctorem presbiterorum et populorum. *Lullus, cum a.* 751. *ex. Roma rediit, presbyter erat (ib. n.* 86. 87, *p.* 368. 372*), neque vero quo tempore episcopus consecratus sit accuratius definiri licet. Etsi privi-* 40 *legium Pippini Fuldense (Mühlbacher I*[2] *n.* 72*), cui mense Iunio a.* 753. *episcopus signum apposuisse dicitur, spurium est chartaque venditionis, quae eodem anno (Aug.* 31*) 'Lulloni episcopo' facta traditur (Dronke, Codex dipl. Fuld. p.* 6 *n.* 8*), nota temporis corrupta, a.* 763. *restituenda est (cf. ib. p.* 17 *n.* 26*; Tangl, 'Die Fuldaer Privilegienfrage', 'Mit-* 45 *theilungen des Instituts für Oesterreichische Geschichtsforschung' XX,* 1899, *p.* 225, *n.* 2*), certe Lullus ante iter Bonifatii Fresonicum anno* 753. *medio susceptum consecratus est.*

sante, diffinitum[a] est, ut ad Fresiam[b], olim corpore, non quidem mente omisam[c], servis Dei secum migrantibus[d], perveniret, ut, ubi primitus praedicationis studium ingrediens praemiorum[e] inchoaverat incrementa, etiam e[f] saeculo rediens[g] sumptus reciperet remunerationis. 5

Sed miro quodammodo vaticini[h] praesagio sequentem[i] obitus sui diem praedicto episcopo praenuntiavit et, quali mundum fine demum relinqueret, insinuavit eique per ordinem[k] de ęcclesiarum structura et populi doctrina proposuit, dicens: 'Ego enim propositum per- 10 gendi iter conplere cupio; ego me a desiderato pro- *cf. 2. Tim. 4, 6.* ficiscendi itenere[l] revocare non potero. Iam enim instat resolutionis meae dies et tempus obitus mei adpropinquat; iam enim, deposito corporis ergastulo, aeternae retributionis revertar ad brabium[m]. Sed tu, 15 fili[n] karissime, structuram in Thyringea[o] a me ceptam ęcclesiarum ad perfectionis terminum deduc; tu populum ab erroris invio[p] instantissime revoca tuque[q] aedificationem basilicae iam[r] inchoatae ad Fuldan[s, 1] conple ibidemque meum multis annorum curriculis corpus in- 20 veteratum perduc.[t, 2]'. Hisque conpletis sermonibus, adhuc ampliora huiuscemodi addidit verba et ita inquiens ait: 'Fili[u], tuo[v] cuncta prudentissimo provide consilio, quae in hoc nostro sint usui itenere[w] copulanda; sed et lintheum[x], quo meum[y] decrepitum involvatur[z] corpus, 25 in theca librorum meorum repone'. Cum enim praefatus tantae quęrellositatis[a] antistes suspiria non ferens, sed statim se in lacrimas dedisset, iam sanctus[b] Bonifatius[c], finito conloquio, ad alia rediit et, diebus non multis interpositis[3], a[d] cepto se minime retraxit itenere[e]. 30

I. *Cap.* 8. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) *ita* 2*c*. 4; difin. 1. 3; defin. 2*a*. *b*. b) Frisiam 2*c*. c) *ita* 1; omissam *rell.* d) commigrant. 3, *corr.* e) praemorum 1. f) a 2*a*. *b* *(non* 2*c)*. g) *bis scr., sed eras.* 1. h) *ita* 1. 2*c*; vaticinii *rell.* i) sequente 2*b*. *c*. k) ordenem 3, *corr.* l) *ita* 1. 2*a*; itinere *rell.* m) *ita pr. m.* 1; bravium *rell.* n) filii 1 *(cf. infra* 35 *l.* 23*)*. o) *ita* 1; Th(u *in ras.*)ringea 3; Thuringea 4; Thyringia 2*a*; Thuringia 2*c*; Thuringa 2*b*. p) (de *in ras.*)vio 3. q) ad *add., sed eras.* 1. r) *superscr.* 3. s) *ita* 1. 4; Fuldam *rell.* t) perducito 4. u) filii 1. v) tua 1. w) *ita* 1 *et pr. m.* 3. 4*a*; itinere *rell.* x) *ita* 1. 4; linteum *rell.* y) *corr. e* mecum 2*a*. z) inv. *post* corpus *in marg. suppl.* 3; involvitur 2*b*. a) quę:rellos., *ras.* 1(?) 1; 40 qu:ere:los., *ras.* a *et* 1 3. b) *pr. m. superscr.* 1; sanctum *pr. m.* 2*a*. c) Bonifacius 2*b*. *c*. d) accepto 1 *et pr. m.* 4*a*. e) *ita* 1; itinere *rell.*

1) *Ecclesiam S. Salvatoris a.* 744. *inchoatam; cf. G. Richter l. l. p.* 25. 2) *Cf. Bonif. epist.* 86 *(p.* 368*)*: In quo loco — — proposui aliquantulum vel paucis diebus fessum senectute corpus requie- 45 scendo recuperare et post mortem iacere. 3) *Bonifatius post diem* 23. *Maii a.* 753. *in Fresiam profectus est, quo die Pippinus rex Ver-*

Sed, sumptis secum conviatoribus, navem[a] ascendit, 753.
ac per Reni[b] fluminis albeum[c] penetrans, nocturna portuum navigio exquesivit[d] loca, donec aquosa Fresonum arva ingrediens trans stagnum[e], quod lingua eorum dicitur Aelmere[f, 1], sospis[g] pervenit infecundaque divino germine litora inspiciendo circuit. Cumque periculosum fluminum marisque et ingentium aquarum evassit[h] discrimen[i], in periculum iam sine periculo incedit, gentemque paganam Fresonum visitaret[k], quae interiacentibus aquis in multos[l] agrorum dividitur[m] pagos, ita ut[n], diversis appellati nominibus, unius tamen gentis proprietatem portendunt[o]. Sed quia[p] longum est, ut per ordinem replicentur, eos[q] tantum de nomine denudare studemus, que[r] ad narrationis nostrae seriem veraciter proferuntur, ut et locus et lingua relatam a nobis beati viri sanctimoniam aequaliter prodat et, quali hunc mundum fine desereret, aperiat.

Per omnem igitur Fresiam pergens, verbum Domini, paganico repulso[s] ritu et erraneo[t] gentilitatis more destructo, instanter praedicabat ęcclesiasque, numine[u] confracto dilubrorum[v], ingenti studio fabricavit. Et multa iam milia hominum, virorum ac mulierum, sed et parvulorum cum commilitone suo chorepiscopo[w] Eoban baptizavit, — quem ad subveniendum suae senilis aetatis debilitate[x] Fresonis, iniuncto sibi episcopio in urbe qui[y] vocatur[z] Trecht[a], subrogavit[2], — et presbiteris ac dia-

I. *Cap.* 8. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) *corr.* navim 3, *et ita* 2*c*. 4. b) Hreni 4; Rheni 3. c) *ita pr. m.* 1; alveum *rell.* d) *ita* 2*a*; exquisivit *rell.* e) stangnum 2*a*. f) Elmere 2*c*. g) *ita* 1. 2*a*; sospes *rell.* h) *ita* 1; evasit 2*a* (*pr. m.*). *c*. 4; evasisset 3; invasit 2*b*. i) discrimina *pr. m.* 2*a*. k) visitavit (*sed* vit *m. al. in ras.* 2*a*) 2*a*. 3. l) multas 1, *corr.*; multis *pr. m.* 2*b*. m) divitur 1. n) *m. al. superscr.* 2*a*. o) *ita* 1. 2*c*. 3; portendant 4; protendunt 2*a* (*pr. m.*). *b*. p) q̄ 1. q) *ita rell.*; ea 4*a*. r) *ita* 1. 2*c*; qui 3; quae *rell.* s) rep. ritu *om.* 2*a* (*pr. m.*). *b*. *c*. t) *ita* 1. 2*a*. *b*; erroneo 3 (*corr.*). 4; terraneo 2*c*. u) confr. nomine (*corr.* numine) 4. v) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*); delubr. *rell.* w) *ita* 1. 4*a*; corepisc. (*corr.* chorep. 4) 2*a*. *b*. 3. 4; coepisc. 2*c*. x) debilitati 2*c et m. al.* 2*a*; infirmitati 3. y) *ita* 1. 2*a*; qu(a)e *rell.* z) vocat(ur *in ras.*) 2*a*. a) *ita* 2*a*. 4. 5*b*; Trehct *h. l.* 1. 3; Treht 5*a*; Trhet 2*b*; Trehet 2*c*; Utrecht 5*c*[1, 2, 3].

meriae petente archiepiscopo res ecclesiae Traiectensis confirmavit (Mühlbacher, Reg. I[2] *n.* 70; *MG. Dipl. Karol. I n.* 4). *Cf. Tangl, 'Das Todesjahr des Bonifatius' ('Zeitschrift des Vereins für hessische Geschichte und Landeskunde, Neue Folge' XXVII,* 1903, *p.* 233).
1) *Hodie Zuiderzee; cf. K. de Richthofen, 'Untersuchungen über Friesische Rechtsgeschichte' II,* 1, 1882, *p.* 364 *sq.* 2) *Willibrordo defuncto (a.* 739), *Bonifatio* princeps Francorum Carlmannus (741—747) commendavit sedem illam (*Traiectensem*) ad constituendum et ordinandum episcopum (*Bonif. epist.* 109, *p.* 395), *qui ante a.* 753 (*Mai.* 23) *deces-*

conibus, quorum haec sunt nomina: Wintrung[a][1] et Waltheri[b], simul et Ęthelheri[c], sacerdotali[d] presbiteratus[e] officio praeditis[f]; Hamund[g], Scirbald[h] et Bosa, levitarum obsequio deputatis; Wacchar[i] et Gundaecer[k], Illehere et Hathovulf[l], monasteriali monachorum ordine sublevatis. Qui etiam in tantum vitae aeternae semen cum sancto Bonifatio[m] late per populum devulgantes[n], domino Deo patrocinante, diffamaverunt, ut quibus iuxta apostolicae institutionis normam *cor erat unum et anima una*, una eademque et[o] palma esset marteri[p] et remuneratio triumphi.

Act. 4, 32.

Postquam igitur fidei, ut praediximus, per Fresiam inluxeret[q] splendor[2] et felix sanctis[r] huius vitae adpro-

I. *Cap.* 8. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) Wintruneg 4*a* *et m. al.* 4; Wintrunc 2*b*; Wiuntrung 2*c*. b) *ita* 1. 4*a*; Walthere 3. 4 *et m. al.* 2*a*; Walteri 2*c*; Wathere 2*a* *(pr. m.)*. *b*. c) *ita* 1; Aethelhere 2*b*. 3. 4; (Ae *in ras.*)þelhere 5*c*³; Aetþelhere 5*c*¹; Aetpelhere 5*c*²; Ehtelhere 5*a*; Aethelre 5*b*; Athelhere 2*a*; Adalheri 4*a*; Adelhere 2*c*. d) sacerdos 2*a* *(pr. m.)*. *b*; sacerdotibus 2*c*. e) pr. off. praed. *om.* 2*a* *(pr. m.)*. *b*. *c*. f) praeditus 1. g) H. (Sc. *om.*) et B. l. obs. dep. *pr. m. in marg. inferiore suppl.* 1; Hamunt 2*c*. h) Scrbald 2*a*, *corr.*; Scirbalt 2*c*. i) *ita* 1 *cum Notkero (Canisius-Basnage II*, 3, *p*. 138*)*; Wachar 2*a*. *b*; Waccar *rell.* k) *ita* 3; Gundecer *(m. al. corr.* Gundecher 2*a)* 2*a*. *b*; Gundeker 5*a*. *b*. *c*¹·²·³; Gundecar 2*c*; Gundacker 4. 4*a*; Gundwacchar 1; Gundachar 4*c*. l) Hathovult 2*b*; Hatholvulf *pr. m.* 2*c*; Hathvulf 4, *corr.* m) Bonifacio 2*a*. *b*. *c*. n) *ita* 1. 2*a*; divulg. *rell.* o) *om.* 1. p) *ita (i. e.* martyrii*)* 1; martyrii *rell.* q) *ita* 1; inluxisset *corr.* illuxerat 3; in(l)luxerat *rell.* r) *corr.* sancti 2*b*, *et ita* 2*c*. 4.

serat, quo tempore Bonifatius iterum ecclesiae S. Martini Traiectensi 'custos' praeerat (Mühlbacher, Reg. I² n. 70; *MG. Dipl. Karol. I n.* 4; *cf. V. Gregorii c.* 10, *SS. XV*, 75*), Eoba ut videtur nondum instituto; cf. Tangl, 'Das Todesjahr des Bonifatius' (l. l. p.* 234 *sqq.). Quem eundem fuisse atque Eobam presbyterum, quem Bonifatius in Britanniam aliquando miserat (epist.* 34—36, *p.* 285 *sq.: nom.* Eaba, *acc.* Eoban, Eobo*), coniecit Hahn, 'Bonifaz und Lul' p.* 130. *Bonifatius c. a.* 738. *Romae degens cum aliis 'dilectissimis filiis' tum* Eoban *(dat.) epistulam quandam (n.* 41, *p.* 289*) inscripsit. Casus nominativus nominis est Eoba (cf. W. G. Searle, Onomasticon Anglo-Saxonicum,* 1897, *p.* 175. 228. 230. 233; *W. de Gray Birch, Index Saxonicus,* 1899, *p.* 80*); Willibaldus casum obliquum posuit (cf. supra c.* 6. Bynnan*), id quod posteri non perspexerunt.* 1) *Idem fortasse atque Vidrug, qui codicem evangeliorum Fuldensem exaravit, teste subscriptione:* Deo gratias ago; Vidrug scribsit. *Cf. Schannat, Dioecesis Fuldensis,* 1727, *p.* 77; *Nürnberger, 'Aus der litterar. Hinterlassenschaft des hl. Bonif.' p.* 18. 2) *Eigil, qui V. Bonifatii legerat, duo itinera Fresonica (a.* 753. *et* 754*) distinxit (V. Sturmi c.* 15, *SS. II,* 372*):* Anno decimo, postquam ad sanctum commigravit locum *(scil. coenobium Fuldense mense Martio a.* 744. *conditum)*, sanctus archiepiscopus Bonifacius — — ad ulteriora Fresonum loca paganico ritu (*cf. supra p.* 47, 19) dedita ingressus est ingentemque ibi multitudinem hominum Domino docendo et baptizando adquisivit; inde post multum temporis migrans, sospes ad suas in Germaniam pervenit (*cf. p.* 47, 5) ecclesias *(fortasse Traiectum; cf. Tangl l. l. p.* 249 *sq).* Sequenti vero anno

754. pinquaret finis, iam quidem secus ripam fluminis quod dicitur Bordne[a, 1], quod est in confinibus eorum, qui rustica dicuntur lingua Ostor-[b] et Westeraeche[c], suorum tantum stipatus clientum numero, erexit tentoria. Sed quia festum[d] confirmationis neobitorum[e] diem et nuper baptizatorum ab episcopo manus inpositionis et confirmationis populo praedixerat iam longe lateque disperso, ad propriam unusquisque reversus est domum, ut secundum[f] diffinitam[g] sancti episcopi sententiam universi praedistinato[h] confirmationis eorum die praesentarentur[i].

Iun. 5. Cum autem praedictus dies inluxisset et aurora lucis, orto iam sole, prorumperet, tunc etiam versa vice pro amicis inimici et novi denique lictores[k] pro noviciis fidei cultoribus advenerant, hostiumque ingens in castra, bibrantibus[l] armis, astata[m] ac scutata[n] inruerat[o] multitudo. Tunc repente ex adverso pueri e castris prosilientes, utrubique[p] se armis inpetunt et sanctos contra[q] insensatum — postmodum martyres — furentes[r] populi exercitum defendere gestiunt. Sed vir Dei statim, audito tumultuantis turbae inpetu, accito ad se clericorum clero[s], sumptis sanctorum reliquiis quas secum indesinenter habere consueverat, e tentorio procedit[t]. Et confestim increpando pueris pugnae interdixit certamen, dicens: 'Cessate, pueri, a conflictu pugnaeque deponite bellum, quoniam scripturae testimonio veraciter erudimur, et ne malum pro malo, sed etiam bonum pro malis reddamus[u]. (*cf.* 1. *Thess.* 5, 15.) Iam enim diu optatus adest[v] dies et spontaneum resolutionis nostrae tempus[w] inminet. (*cf.* 2. *Tim.* 4, 6.) Confor-

I. *Cap.* 8. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) Borne 2*c*. b) *ita rell.;* Ostar 1; Oster 2*c*. c) *ita* 1; Westerechę 4. 4*a;* Vesteraeche 3; Vestereche *(m. al. corr.* West. 2*a)* 2*a*. *b;* Westerriche 2*c;* U(u)estrec(h)e(ę) 5*a*. *b*. *c*[1, 2, 3]. d) festem 3, *corr.* e) *ita* 1; neophitorum *rell.* f) secundam 3, *corr.* g) difin. *corr.* defin. 3, *et ita* 2*a*. *b*. h) praedestin. 2*b*. *c*. i) praesentare(ntur *in litura*) 2*b;* praesentaretur 4. k) litores 1; lectores 2*b*. 5*a*. l) *ita* 1; vibr. *rell.* m) hast. 2*a*. *b*. n) : : : utata 1, *corr.* o) inrueret 1. p) utrobique 2*b*. *c et m. al.* 2*a*. 4. q) contra ins. *post* postmodum mart. *posuit Jaffé.* r) *ita* 1; furentis *rell.* s) coetu 4; choro 2*c*. t) processit 4. u) reddimus 3. v) dies adest 4. w) *om.* 4.

iterum ad aquosa Fresonum pervenerat arva (*cf. p.* 47, 3), coeptum opus praedicationis implere desiderans, *quo in itinere mortem subiit. Willibaldus ad martyrium Bonifatii festinans hiemis extra fines Fresonum transactae non meminit.* 1) *Fluvii eiusdem Fredegarii continuator c.* 17 *(SS. R. Merov. II,* 176*) mentionem fecit, quo teste Carolus* Wistrachia (Unistrachia *codices*) et Austrachia insulas Frigionum penetravit, super Bordine fluvio castra ponens (*a.* 734). *De Boorn fluvio, cuius pars inferior iam siccata olim Westergo et Ostergo pagos dirimebat, cf. de Richthofen l. l. p.* 100 *sqq.*

tamini igitur in Domino et permissionis suae gratiam gratanter sufferte[a]; sperate in eum, et liberavit[b] animas vestras'. Sed et adstantes tam presbiteros quam etiam diacones inferiorisque ordinis[c] viros, Dei subditos servitio, patria[d] admonens voce, ait: 'Viri fratres, forti[e] estote animo, et ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, quoniam animam sine fine manentem necare[f] non possunt; sed gaudete in Domino et spei vestrae ancoram in Deum[g] figite, quia[h] extimplo perpetuae reddet vobis remunerationis mercedem et caelestis aulae sedem cum supernis angelorum civibus condonat. Nolite vos vana huius mundi delectatione[i] subicere, nolite caducis gentilium adolationibus[k] delectare[l]; sed subitaneum hic constanter subite[m] mortis articulum, ut regnare cum Christo possitis in evum'. Cumque tali doctrinae hortamento discipulos ad coronam martyrii affabiliter incitabat[n], confestim furens super eos paganorum tumultus cum gladiis cunctaque[o] militiae armatura inruit et felici sanctorum cede corpora cruentavit.

cf. Iob. 5, 18. *cf. Matth. 10, 28.*

Statimque, mortali iustorum multata carne, tripudians gentilium turba victricem suae damnationis praedam arripuit, castraque depopulans, manubias diripiendo inpertivit. Sed et thecas, in quibus multa inerant librorum volumina, et reliquiarum[p] capsas abstulit; magna se[q] ditatam auri argentique copia credens[r], ad naves, quibus cottidianus inerat[s] clericorum ac puerorum victus[t] et aliquantulum adhuc residuum[u] eiusdem stipendi[v] vinum, obserratis[w] ut erant vasculorum clustris[x], asportavit[y]. Ac repente, conperto[z] adamato liquoris hausto[a], coepit gylosam[b] ventris satiare ingluviem[1] et vino madidum inebriare stomachum tandemque de acceptis praedae spoliis, inito consilio, mirabili omnipotentis

I. *Cap.* 8. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) sufferre 1. b) *ita* 1. 2*a (pr. m.)*; liberabit *rell.* c) v. o. 3, *corr.* d) patri 1; patri(s ad *in ras.*)monens 3. e) fortes 4. f) :necare, *ras.* e(?) 2*a*. g) deum (eum 3) defigite 3. 4. h) quoniam 2*a*. *b (non 2c.)*. i) dilectione 2*a*; delectione subiere 3, *corr.* k) adul. 2*b*. *c*. 3. l) *ita* 1; delectari *rell.* m) subitae 2*b*. 3 *(corr.)*. n) incitaret 3. 4 *(non 5b. c¹) et m. al.* 2*a*. o) cunctique *pr. m.* 2*a*. p) reliquarum *pr. m.* 2*a*. q) sed 2*b*, *corr.*; magna *(m. al. corr.* magnam*)* se ibi tam auri quam argenti copiam 2*c*. r) credans *pr. m.* 2*a*; habere *add.* 2*c*. s) erat 3. 4. t) :u:ctus *pr. m.* 2*a*. u) resid::um *pr. m.* 2*a*. v) *ita* 1; stipendii *rell.* w) *corr.* obseratis 3, *et ita* 2*c*. 4. x) *ita* 1; clu(s *superscr.*)tris 2*c*; claustris (caustris 2*a*, *corr.*) *rell.* y) a:sportavit, *ras.* u 1. z) adamat(i *m. al. in ras.*) comperto 3. a) haustu 3. 4 *et m. al.* 4*a*. b) *ita* 1; g(u *m. al. in ras.*)losam 3; gulosam *rell.*

1) *Cf. Aldhelm., De laude virgin. c.* 29 *(Giles p.* 34*)*: gulosa ventris ingluvie.

Dei dispositione tractare et, qualiter non visum quidem[a] aurum vel argentum inter se invicem dispartiretur[b], consulere. Cumque prolixius de tanta pecuniarum estimatione sermocinaret[c], iam iamque iurgiorum disceptatio exorta est et tanta discordiae[d] demum inimicitia[e] inchoata, ut furore etiam vesaniae insaniens turba in duas divisa est[f] factiones[g], et ad extremum arma, quibus sanctos ante ea[h] martyres iugularunt, in se ipsos crudeliter pugnando verterunt.

Tunc itaque, maxima insanientis turbae parte prostrata, iam qui supervixerant[i] ad lucrum animarum vitaeque damno adquisitum, iacentibus adversariis qui sibi super[k] desiderato cupiditatis thesauro obsistebant, gaudentes cucurrerunt, et confractis librorum repositoriis, etiam pro auro volumina et pro argento divinae scientiae cartas reppererunt[l]. Sicque pretioso auri argentique pretio privati, codices quos invenerunt alios per campi[m] planitiem disparserunt[n], alios siquidem paludum arundineto[o] inferentes, alios etiam in diversis quibusque locis abscondentes proiecerunt; sed tam omnipotentis Dei gratia quam etiam precibus sancti Bonifatii[p] summi[q] pontificis[r] atque martyris inlesi et intemerati, magno postea dilapso[s] temporis spatio, reperti sunt et ad domum[1], in quo[t] usque hodie animarum prosunt saluti, a singulis quibusque inventoribus remisi[u]. Carnifices autem super estimatae amisione[v] pecuniae contristati, domum reversi, maiorem[w] domesticarum rerum post trium indutias dierum damnum, sed et vitae dispendium, mortis recepta talione, perceperunt, quia[x] omnipotens[y] mundi conditor ac reformator ulcisci se voluit de inimicis et fusam[z] pro se sanctorum sanguinem con-

I. *Cap.* 8. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) quidam 2*a*. b) dispertir. 2*c*. 3. 4. c) sermocinarentur 2*c*. 4. d) discordia 2*a*. *c*. e) inimicia 1, *corr.*; inimiciti(a)e 2*a*. *b*. *c*. f) esset 3 *et m. al.* 2*a*. g) fractiones 2*b*. h) *ita* 1; antea m. *rell.* i) supra vixerant 2*a*. *b* (*non* 2*c*). k) desuper siderato 2*b*. l) repperunt 1 *et pr. m.* 3. m) campos plani:::: *pr. m.* 2*a*; campi planici::em, *ras.* on 2*b*. n) *ita* 1. 2*c*. 4 (*pr. m.*); dispers. *rell.* o) harund. 3 *et e corr.* 4; arundine 2*c*. p) *ita* 1. 4; Bonifatius 3, *corr.*; Bonifacii *rell.* q) summe *pr. m.* 2*a*. r) pontifices atque martyres 3, *corr.* s) dilapsu *pr. m.* 4. t) *ita* 1. 2*a*. *b*; qua *rell.* u) *ita* 1; remissi *rell.* v) *ita* 1; amissionē 2*b*, *corr.*; amissione *rell.* w) *m. al. corr.* maius 3. x) Qui 1. y) omnipotentis 2*a*, *corr.* z) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*). *b*; fusum *rell.*

1) 'in dem kloster to Ffulden und in anderen steden' *versio Freckenhorstensis. Etiamnunc Fuldae tres codices extant, qui Bonifatii fuisse traditione ut solet incerta feruntur; cf. Schannat l. l. p.* 66 *sqq.*; *J. O. Westwood, 'Fac-similes of the miniatures and ornaments of Anglo-Saxon and Irish MSS.'*, 1868, *p.* 91 *sq.*; *E. Ranke, Codex Fuldensis*, 1868, *prolegomena*; *Nürnberger* (*v. p.* 48, 42) *p.* 15 *sqq.*

suetae[a] misericordiae zelo puniri ac diu protelatam idulorum[b] cultoribus iram, novo recentis malitiae furore permotus, publice ostendere.

Cumque inprovisa sanctorum martyrum temporalis interemptio[c] exitii per pagos ac vicos omnemque provinciam volitaret, repente christiani, corporali conperto[d] martyrum morte, maximam congregantes expeditionem exercitus, confinium terminos prumpti[e] postmodum futurae ultionis bellatores expetunt et, revoluta supradicta dierum[f] supputatione, infidelium sospites sed indevoti hospites adgrediunt[g] terram ac paganos eis e diverso obbiantes[h] ingenti strage prostraverunt. Sed quia pagani primi[i] populi christiani[k] impetu[l] obsistere non valebant, in fugam siquidem versi, magna etiam clade corruerunt, et terga vertentes, vitam simul cum intestina eorum suppellectili[m] et heredibus perdiderunt. Sicque saltim christiani, superstitiosorum[n] tam uxoribus quam etiam filiis necnon servis et ancillis depraedatis, ad propria redierunt[o], fitque modo mirabili, ut superstites gentilium accolae, praesentibus confracti malis, aeterna[p] potius tormenta, fidei fulgore inluminati, devitarunt[q] et praefati antestitis[r] doctrinae documentum, quod eo vivente rennuerunt, etiam moriente, divinae increpationis moderamine perterriti, susciperunt[s].

Corpus vero beati pontificis prosperis velis ventorumque flatibus trans fretum quod dicitur Aelmere[t, 1] — sed et aliorum martyrum — post dies non multos perductum[u] est ad supradictam urbem, quae dicitur Trecht[v], ibique conditum ac sepultum[2], donec a Magontia[w] relegiosi[x] et fideles in Domino fratres, a Lullo episcopo successore quidem huius sancti pontificis[y] et martyris Christi directi navigio, ad perducendum beati viri cadaver ad monasterium, quod eo vivente construxerat et secus

I. *Cap.* 8. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) c̄uete 1. b) *ita* 1; i(y)dol. *rell.* c) interempti(o *superscr.*) exitii (*m. al. corr.* exitus) 4. d) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*). *b*; comperta *rell.* e) *ita* 1; prōmpti 2*a*; prompti *rell.* f) *pr. m. versu ex. suppl.* 1. g) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*). *b*; aggrediuntur *rell.* h) *ita pr. m.* 1; obviantes *rell.* i) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*). *b*. 4; primo 2*c*. 3 *et m. al.* 2*a*. k) christi 3, *corr.* l) impetui 3; impetum (*m. al. corr.* impetui 2*a*) 2*a*. *b*. m) suppellectuli 2*a*, *corr.* n) superstitiosum 3, *corr.* o) redi:erunt, *ras.* d 1. p) aeterni 1, *corr.* q) devitarent 3 *et m. al.* 2*a*. r) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*); antistis 2*c*; antistitis *rell.* s) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*); susceperunt *rell.* t) Aelmerae 3; Elmere 2*c*. u) est *om.* 3; perducta sunt ad — ibique condita ac sepulta 4. v) Trehct 3; Trehet 2*c*; Treht 2*b*. w) *ita* 2*c*. 3. 4 *et m. al.* 2*a*; Magoncia 1. 2*b*; Maguntia *pr. m.* 2*a*. x) *ita* 1. 2*a*. y) potif. 3.

1) *Cf. supra p.* 47, *n.* 1. 2) *Cf. V. Sturmi c.* 15 (*SS. II*, 372).

ripam fluminis quod dicitur Fulde[a] situm est, advenerant[b]. Quorum unus, qui et auctor iteneris[c] comitatusque aliorum extiterat, singularem sanctimoniae ac privatam castimoniae continentiaeque[d] gerebat vitam nomine Hadda[e], cui privatim praefatus praesul legationis[f] huius nuntium sanctique corporis advectionem cum fratribus secum proficiscentibus inposuit, ut maior sanctae reverentiae viro devotionis inpenderetur honor et plurimorum amplius testificatio in his, que auditu vel visu perciperent, praevaleret.

Cumque honorabiles tam sanctae consocietatis fratres ad praedictam[g] urbem pervenerunt[h], tunc quippe aliquantula eis obbiam[i] populi erat congregata collectio, eiusdemque urbis praefecti[1], eis audientibus, quemadmodum a glorioso rege Pippino exivit edictum, insonuit interdictum et, ne inde praedicti pontificis corpus amoveretur, indictum est. Sed quia omnipotentis magis quam hominum[k] convalescit fortitudo[l], mirabile[m] statim ac memorabile, cunctis adstantibus, angelica magis quam humana peractum cognitione, auditum est miraculum, aecclesiaeque gloccum[n. 2] in signum ammonitionis[o] sancti corporis, humana non continguente[p] manu, commotum est, ita ut omnes, repentino timoris pavore perculsi, maximo tremore obstupuerunt[q] et iusti huius reddendum esse corpus[r] proclamaverunt[s. 3]. Sicque statim redditum est corpus et a praedictis sanctae[t] recordationis fratribus cum psalmis hymnisque[u] honorifice ablatum ac sine remigantium labore tricesima[v] obitus sui die perductum est ad civitatem supradictam[w] Magontiam[x. 4]. *Iul. 4.*

I. *Cap.* 8. 1. *2a. b. c.* 3. 4.

a) *ita 2a. b. c. 4a;* Fuldę 4; Ful(ta *in litura*) 3; Fulda 1. b) advenerat 4, *corr.;* advenerunt 1. c) *ita* 1; itineris *rell.* d) continentiae qua 1. e) *ita* 1; Haddo *rell.* f) s *in ras.* 1. g) praedictum 4. *4a.* h) pervenirent 3 *et m. al. 2a.* i) *ita* 1; obviam *rell.* k) huminum 1. l) u *in ras.* 1. m) mi | mirabile 1. n) *ita* 1; gloccam *2c;* cloccum *rell.* o) amotionis 3; amovitionis *Giles (cf. supra l.* 16: ne — amoveretur). p) *ita* 1 *(cf. V. Wynnebaldi c.* 13, *p.* 116, 43: continguere); contingente *rell.* q) obstupuissent 3 *et m. al. 2a.* r) corporis 1. s) proclamarent 3. t) sancti 1. u) hynisque *pr. m.* 1. v) trigesima 4. w) *om.* 4 *(versu ex.). 4a.* x) *ita 2c.* 3 *et m. al. 2a;* Magonciam 1; Mogontiam *2a (pr. m.). b.* 4.

1) *I. e. comitis; cf. Waitz, 'VG.' II,* 2[3], 26. *III*[2], 383; *Tangl, 'Die Fuldaer Privilegienfrage' l. l. p.* 204. 2) campana *codex Bruxell. n.* 18644—52 *(l. l. p.* 72*).* 3) *Aliud miraculum reddendi fuisse causam vult Eigil, V. Sturmi c.* 15 *(p.* 372*).* 4) *Corpus tricesimo passionis die* F u l d a m *deportatum esse, Eigil* (*V. Sturmi c.* 15, *p.* 373) *voluit, Willibaldum sine dubio minus accurate secutus.*

754, *Iul.* 4.

Miraque Dei[a] omnipotentis providentia factum est, ut uno eodemque die sine statuto praediffinitionis[b] tempore quasi ad statutum praedistinationis[c] diem tam legati sanctum deferentes corpus quam etiam de longinquis longe lateque regionibus multi virorum ac mulierum fidelium ad tanti viri mortis obsequia convenerant. Sed et supradictus Domini antistes, tam venerandae dignitatis successor, qui regali illo in[d] tempore praesens erat palatio, huius omnino ignarus causae adventusque[e] sancti corporis[f] inscius ad civitatem quam[g] praediximus velud sub uno eodemque horae momento pervenit. Tantaque omnibus aliunde advenientibus vel etiam eiusdem[h] urbis civibus et doloris incubuerat mestitia et gaudii exuberabat[i] laetitia, ut etiam, tanti perspecto[k] pontificis temporaneo[l] corporis[m] morte, et amisum[n] carnaliter dolerent et futurum sibi suisque[o] in posterum perpetualiter patronum crederent[1]. Quapropter, geminis his causis existentibus, conpuncti cordibus cum presbiteris ac diaconibus omnique gradu ecclesiastico ad eum quem vivens praedistinaverat[p] locum[2] perduxerunt et, novo[q] in ęcclesia confecto sarcofago, ex more sepelientes posuerunt[3], omnibusque rite peractis, redierunt et, fidei robore confortati, ad propria pervenerunt.

Sed in loco, ubi sanctum deposuerunt corpus, divina deinceps beneficia redundabant[r], et sancti viri precibus hii[s], qui ad eundem diversis infirmitatibus obsessi perveniunt locum, salubre tam corporum quam etiam mentium remedium consequuntur, ita ut alii iam toto corpore praemortui peneque per omnia exanimes, ultimum tamen interim exalantes spiritum, pristina[t]

I. *Cap.* 8. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) dn̄i 3, *corr.* b) praedifinit. 2*a*. *c*.; praed(ifiniti *in ras.*)onis 2*b*; prae(di *superscr.*)finit. 3. c) pr(a)edestin. 2*b*. *c*. d) *om.* 3. e) adventuque 1. f) corpores *pr. m.* 2*a*. g) quem 3, *corr.* h) que *add.* 4. i) exuberat laetititia 1. k) *ita pr. m.* 1. 2*a*. *b*; perspecta *rell.* l) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*). *b*; temporanea *rell.* m) m. c. 3. n) *ita Nürnberger;* amicum 1; amissum *rell.* o) *pr. m. superscr.* 3. p) praedestin. 2*b*. *c*. q) nova 4. r) redundabunt 1, *corr.* s) *ita* 1; hi *rell.* t) *ita* 1; pristin(a)e — sanitati *rell.*

1) *Cives Moguntinos Lullumque corpus sancti retinere voluisse neque Fuldensibus id concessisse, donec visione diacono cuidam ostensa moniti essent, Eigil* (*V. Sturmi c.* 15, *l. l. p.* 372 *sq.*) *asseruit.* 2) *Fuldam. Haec quoque verba Eigil c.* 15 (*p.* 373) *ex parte adhibuit:* 'Surgite', ait, 'cito et propere me in solitudinem ad locum quem mihi praedestinavit Deus perducite'. 3) *Cf. ib.:* ad coenobium Fuldam sanctum sacerdotis deportaverunt cadaver et in novum sepulcrum posuerunt.

redditi sunt[a] sanitate; alii[b] vero, luminibus caecitate pressis[c], suum recipiunt visum; alii quidem diabuli[d] laqueis adstricti, etiam mente sunt capti et insanientes[e] animi postmodum detenent[f] integritatem, et pristina[g] dediti salute[h], laudantes glorificant[i] Deum: qui suum dignatus est servum tanto munere decoratum ditare et honorare et, praesentibus ac secuturis[k] seculorum temporibus chorusca miraculorum patefactione ostensa, quadragesimo peregrinationis eius anno[1] revoluto glorificare[l]; qui et incarnationis[m] Domini DCCLV.[n, 2] annus[o] cum[p] indictione octava conputatur[q]. Sedit autem[r] in episcopatu[s] annos XXXVI[3], menses VI et dies VI. Et sic ordine suprascripto die Nonarum Iun.[t, 4], martyrii *Iun. 5.*

I. *Cap.* 8. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) sint 3. b) Aliu:ero 1, *corr.* c) pressi 2*c*. 4. d) *ita* 4; diaboli *rell.* e) insaniantes 2*a* *(pr. m.)*. *b*. f) *ita* 1; detinent *rell.* g) pristinae 2*c*. 3 *(non* 4*)*. h) saluti 2*c*. 3. 4. i) glorificant:, *ras.* e (?) 1. k) futuris 3 *et m. al.* 2*a*. l) glorificate 1, *corr.* m) carnat. *pr. m.* 3. n) *ita* 4*a cum rell. (cf. n.* p*);* DCCLII. 4, *ubi versu exeunte (post* cum*)* septingentesimus quingentesimus secundus *m. al. in marg. addita sunt;* DCCLII. 4*. 4*b*; septingentesimus quinquagesimus secundus 4*c*. *c*². o) annos 2*b*. p) LXX^mus L^mus secundus *add.* 4*a*. q) conputat' 1. r) *om.* 2*a*. *b*. *c*. s) epis *(sic) versu ex.* 1. t) Iuniarum 2*a*. *b*. *c*.

1) *Inde ab a.* 716*; cf. supra p.* 16, *n.* 5. 2) *De anno emortuali Bonifatii testes inter se dissentiunt. Willibaldus annum* 755. *e traditione Moguntina Lullo auctore accepisse videtur, cum ipse Lullus cum eo conveniat, fidem suam professus (Böhmer-Will, Regesta archiepisc. Magunt. I, p.* 41 *n.* 49*)* anno duodeno regni domini nostri Carli regis gloriosissimi *(*779, *Oct.* 9 – 780, *Oct.* 8*)*, pontificatus mei anno XXV. *Econtra continuator Bedae (v. infra p.* 60, *n.* 2*) et auctores Fuldenses (Ann. Fuldenses antiquissimi a.* 754. *ed. Kurze, Ann. Fuld. p.* 137*; V. Sturmi c.* 15. 23, *SS. II,* 372. 376*; Nota de dedicatione eccl. Fuld. a.* 819, *MG. Poetae II,* 205*) et annales complures passionem illius a.* 754. *attribuunt, cumque viri docti de quaestione alii aliter iudicassent (cf. inprimis Rettberg, 'KG.' I,* 397 *sqq.; Oelsner, 'König Pippin' p.* 489 *sqq.; Hauck I*², 573, *n.* 5*), nuperrime chartarum Fuldensium ratione habita M. Tangl, 'Das Todesjahr des Bonifatius' (l. l. p.* 223 — 250*), evicit, Bonifatium a.* 754. *neque* 755. *passum esse, ita ut Willibaldum cum Lullo modo satis mirando errasse constet, eiusque opinioni etiam Hauck I*³, 590, *n.* 7, *accessit.* 3) *Immo annos XXXI aut XXX, siquidem Bonifatius a.* 722. *aut* 723 *(Nov.* 30*) consecratus et a.* 754 *(aut Willibaldi opinione a.* 755*) interfectus est. Falsus numerus neglegentiae librarii cuiusdam attribuendus videtur esse, numero VI bis subsequente, nisi forte Willibaldus verba Bonifatii falso interpretatus est scribentis de sua* legatione Romana, qua per triginta et sex annos fungebar *(epist.* 108, *p.* 394*; cf. Tangl, 'Todesjahr' p.* 226 *sqq.), id quod coniecerunt R. v. Scherer apud F. I. v. Buss, 'Winfrid-Bonifacius',* 1880, *p.* 383, *n.* 1, *et O. Fischer, 'Bonifatius',* 1881, *p.* 295. 4) *De die omnes conveniunt, exceptis codice Weissenburgensi martyrologii Hieronymiani a.* 772. *scripto, in quo ad VII. Idus Iunias apposita sunt (AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [76]):* et passio Bonifacii episcopi, qui passus est in Westrachia, *et Annalibus Fuldensibus (ed. Kurze p.* 6*), qui obitum eius* diei quarto mensis Iunii *attribuunt.*

triumpho remuneratus, migravit ad Dominum, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen[a].

(9). [Qualiter[b] in loco, ubi martyrum sanguis effusus est, ecclesiae paraturam exploranti- bus[c] fons vivus apparuit].

Enumeratis igitur beati viri gestis, quibus in infantia et pueritia vel adolescentia[d] et iuventute aut etiam in senectute floruerat, ad ea, quae post emensam huius mundi metam et[e] felicem vitae istius[f] decursum mirabiliter[e] ad[g] nuendam[1] mortalibus beati viri vitae sanctitatem, Domino cooperante, peracta sunt, redeamus et memorabile[h] quoddam miraculum populisque[i] imitabile[k] ad memoriam reducimus. Quod et a glorioso rege Pippino, sicut, ipsis sibi referentibus, qui huic[l] praesentes erant miraculo[m], conpertum est[n], ad nos usque per venerabilem virum Lul[o] episcopum delatum est atque ita, ipso nuntiante, intimatum: quod in loco, ubi quondam pretiosus sancti martyris effusus esset[p] sanguis, cum consilio plebis atque ingentis partis populi Fresonum structura cuiusdam tumuli propter inmensas[q] ledonis ac malinae inruptiones, quae diverso inter se ordine maris aestum oceanique cursum[r], sed et aquarum diminutiones infusionesque commovent[2], ab imo in excelsum usque construeretur; super quem denique ęcclesiam, sicut postea gestum est, exstruere cogitabant[3] ac

I. *Capp.* 8. 9. 1. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

a) *ita rell.; om.* 1; *desinunt* 2*d*¹. 3*. 5*b*. *e*¹·²·³. b) *ita* 3. 4. 4*a*; *praescr. om. (vacant versus unus* 1, *tres* 2*a*, *quattuor* 2*b)* 1. 2*a*. *b*. *c*. 5*a*. c) *ita* 3; *om.* 4*a et versu ex.* 4. d) adolisc. *m. al. corr.* adulesc. 2*a*, *et ita* 3. e) et — mirabiliter *om.* 2*a (pr. m.)*. *b*. *c*. f) :istius, *ras.* h 3. g) mir. annuendam 3. 4; ad innuendam 2*c*. h) memoriale 2*a (pr. m.)*. *b (non* 2*c)*. i) populusque 2*a*, *corr.* k) *ita codd.; coniecerunt* intimabile *Simson p.* 94, *n.* 2, mirabile *Oelsner p.* 181, *n.* 4 *(cf. p.* 53, 18: mirabile statim ac memorabile — miraculum). l) ibi *(eras.* 2*a) pro* huic 2*a*. *b*. *c*. m) miracula 1. n) et *add.* 1. 2*c*. o) Lullum 2*c*. p) est 1. q) inmensis (*corr.* inmensas) — inruptionis 4*a*. r) cursu 1, *corr.*; :::cursum sedat aqu. 3.

1) *I. e. ad adnuendam* (*cf. Goetz, Corpus glossar. Latin. VI,* 751), *affirmandam.* 2) *Beda, De temporum ratione c.* 29 (*Opera ed. Giles VI,* 202)*:* Et crescentes (*aestus oceani*) quidem malinas, decrescentes autem placuit appellare ledones, qui, alternante per septenos octonosve dies successu, mensem inter se quemque quadriformi suae mutationis varietate dispertiunt; *De natura rerum c.* 39 (*ib. p.* 116)*:* eiusque (*oceani*) omnis cursus in ledones et malinas, id est in minores aestus dividitur et maiores. 3) *Cf. V. Liudgeri auct. Altfrido I,* 17 */15/* (*SS. II,* 408; *Diekamp, 'Geschichtsquellen des Bisthums Münster' IV,* 21)*: (Albricus episcopus Coloniensis)* constituit eum doctorem aecclesiae in pago Ostrachae in loco, ubi sanctus Bonifacius est coronatus mar-

servorum Dei habitationem in loco eodem[a] collocare. Sed cum praefatum colliculi opus iam ex integro aedificarent et omne quippe aedificium ipsius structurae conplerent, etiam ad se reversi, quid incolae habitatoresque[b] loci illius[c] de insulsae[d] penuria limphae, — quae per omnem pene[e] Fresiam maximam tam hominibus quam etiam animantibus difficultatem gignit, — inter se invicem disputarunt: tum demum unus, Domino miserante, qui officium praefecturae[f, 1] secundum indictum[2] gloriosi regis[g] Pippini super pagum locumque illum gerebat et princeps ipsius erat operis, nomine Abba, sumptis secum collegis[h], equum ascendit, ac, circumagrato colle tumuloque inspecto, repente cuiusdam caballus pueri ex inproviso[i], tantum pedibus terrae inpressis, ruinae pęnitus casuram temptabatur, anterioribusque[k] humo infixis cruribus, volutabatur, donec hii[l], qui agiliores solertioresque extiterant, discensis[m] suis praepropere caballis, equum terrae inherentem extraherent. Sed stupendum statim ac spectaculo dignum his qui aderant ostensum erat[n] miraculum: et limpidissimus extra consuetudinem illius terrae fons[o], mirae suavitatis gustu indulcatus[p], prorumpebat et per incognitos penetrans meatus profluebat, ut rivus iam maximus esse videretur. Quo[q] obstupefacti miraculo, exultantes atque alacres domum reversi, ea quae viderunt plebibus devulgarunt[*, r].

*) *Codices 2a. b haec addunt*[s]:

(1)[s]. Inlustrem sancti Bonifatii[t] vitam moresque eius huius libri stamine nitimur enodare. *Vita c. 1.*

(2). Sanctus Bonifacius, cum primevo aetatis esset decore, aeterna magis quam presentia cogitare studivit[u].

I. *Cap.* 9. 1. 2*a. b. c.* 3. 4. *Nota.* 2*a. b.*

a) eadem 1. b) que *om.* 1. c) ipsius 1. d) insulte(?) *pr. m.* 2*a;* insulae 4, *corr.* e) *om.* 1. f) praefectus 2*a (pr. m.). b (non 2c).* g) P. r. 3. h) collegiis 2*b.* i) inprovisu 4. k) anteriorib(us *in ras.*) quę 1. l) *ita* 1; hi *rell.* m) descensis 2*c.* 3. n) est 3, *corr.* o) frons *pr. m.* 2*a.* p) indulcoratus 3 *et m. al.* 2*a.* q) Quo :, *ras.* d 2*a. b.* r) *ita* 1. 3. 4; divulg. *rell. Subscr.* Finit 2*a;* Explicit passio sancti Bonifacii archiepiscopi Moguntiensis 2*c;* Explicit vita sancti Bonifacii archiepiscopi et martyris vel passio ipsius ac sociorum eius 4*a.* s) *numeri desunt codd.;* Incipit passio sancti Bonifacii episcopi et martiris *in spatio vacuo atramento alio praescr.* 2*b.* t) *corr.* Bonifacii 2*a, et ita* 2*b.* u) studuit 2*b.*

tirio; *V. Willehadi c.* 2 (*SS. II,* 380)*:* venitque in Fresiam ad locum qui dicitur Dockynchirica quod est in pago Hostraga, ubi et domnus Bonifacius episcopus iam olim martirio coronatus fuerat. *Ecclesia Paulo apostolo et Bonifatio dicata erat; cf. versus Alcvini de ecclesia sancti Liudgeri* (*V. Liudgeri I,* 20 *ed. Diekamp p.* 24*; Dümmler, Poetae I,* 304).
1) *V. p.* 53, *n.* 1. 2) *Supra p.* 53, 15: edictum. 3) *Cf. p. XX.*

Vita c. 1. (3). Cumque diu de caelestibus cogitaret[a] et ad superna se erigeret[b], patri etiam haec quae animo gerebat revelavit[c].

(4). Quo conperto, obstupefactus pater magnis eum minis et blandimentis prohibuit.

(5). Cumque puer sanctus a patre prohibitus, ne aeternum quereret thesaurum, invasit eum languor, et pia pueri parvo intervallo voluntas succrevit.

(6). Sicque vir Dei carnali orbatus patre, inito fratrum consilio, ad optimum[d] nostrae redemptionis secutus est patrem.

c. 2. (7). Magna[e] quidem mentis castimonia[f] ditatus est ac, celesti inspirante gratia, pastorali pedagogio provectus.

(8). Magisque ac magis divino exarsit ingenio et instituta sanctorum patrum inchoavit, dilatavit ac perfecit.

(9). Fratrumque secum in Domino viventium contubernio coniunctus, et exstitit pedagogus ac metrorum facundie fulsit inbutus.

(10). Ecce beatus Bonifacius athleta Christi exstitit[g] et vicit maliciam[h] et victor permansit!

c. 8. (11). Sanctus[i] hic Domini ad palmam martyrii properabat et famulos suos ad certamina confortabat, ut gauderent pariter cum Christo[k] in perpetuum[l].

(12). Cumque inluxisset sanctus dies, versa vice pro amicis inimici, ingens in castra hostium[m] inruit multitudo.

(13). Sanctus vir Dei audivit pueros currentes cum armis, e tentorio[n] procedit et interdixit certamen.

(14). 'Iam', inquid, 'adest diu optatus dies, confortamini in Domino et liberabit animas vestras.

(15). Gaudete in Domino cum supernis angelorum civibus, ut regnare cum Christo valeatis in aevum.'

(16). Inclitus martyr Bonifacius dum[o] alumnos ad palmam martyrii incitabat, inruit paganorum tumultus et sanctorum corpora cruentabant.

(17). Hic est beatus Bonifacius, cuius hodie festa celebramus; athleta Christi triumphat cum sanctis et palmam victoriae accipere meruit de manu Domini: Alleluia[p]!

c. 3. (18). Beatus vir Bonifacius, dum sacerdotis gradum suscepit, vinum et siceram non bibens, utriusque testamenti imitatus est patres.

c. 8. (19). Athleta Christi Bonifacius navigium ascendit, stagnum transfretavit, Fresiam coniunxit[q].

l. *Nota.* *2a. b.*

a) cogitare *pr. m. 2a;* ret *in ras. 2b.* b) erigere *pr. m. 2a;* eriger(et patri etiam *in ras.*) *2b.* c) reve: | labat, *ras.* b *2a.* d) *ita 2a (pr. m.), b;* adoptivum *m. al. 2a.* e) *corr.* Magno *2a.* f) castimonio *2a.* g) existitit *2a.* h) miliciam *pr. m. 2a.* i) S:c̄s, *ras.* a *2b.* k) Chr. *om.,* illo *superscr. 2a.* l) perpetuom *2a, corr.* m) ostium *2b.* n) tentoria *pr. m. 2a.* o) :dum, *ras.* a *2a.* p) ał *2a;* ałł *2b.* q) Explicit vita vel actus sancti Bonifacii archiepiscopi *subscr. 2b.*

II.

E MARTYROLOGIO FULDENSI

circa a. 900. composito.

1.

Nonas[a] *(Iunii)*. Passio sancti patris nostri Bonifatii[b], viri apostolici et omni sapientia adornati. Qui de Anglorum gente nobilem ducens originem[1], ibidem in sancto[c] proposito religiosissime educatus, et doctrina nihilhominus[d] insignis fuit et miraculis claruit. Postea vero, divina admonitus pietate, Germaniae fines adiit, Francorum gentem[e] diversis errorum laqueis irretitam nobiliter instruxit et hereticorum pravitates instantissime superavit. Euangelica etiam doctrina adeo praecipuus extitit, ut apostolorum tempora in eius praedicatione laudares. Itaque, meritis illius circumquaque clarescentibus, a viro sanctissimo Gregorio papa Romano accersitus[f, 2], ad illuminationem totius Germaniae transmissus et ab eodem[g] episcopus ordinatus, in civitate quae Mogontia dicitur pontificatus honore meruit sublimari. Ibi inter homines constitutus, angelicam vitam exercuit, Francorum gentem, Thuringorum et Saxonum populos[h] Deo adquisivit et in omni sanctitate gloriosissimus[i] fuit. Novissime ergo, cum multos[k] ex Fresonibus christianae religioni subiugasset, a paganis qui supererant[l]

Iun. 5.

Adonis Mart.

II. *n.* 1. 1. 2. *Annales Xantenses a.* 752.

a) Noii 2; Passus est sanctus pater noster Bonifacius vir apostolicus et o. s. adornatus *incipiunt Ann. Xant.* b) Bonefacii 2. c) sancto — educatus *in ras.* 1. d) *ita* 2. e) gentes 2. f) *in marg. suppl.* 1. g) eo 2. h) pupulos *pr. m.* 2. i) gloriosus *Ann. Xant.* k) mul|:::s 2. l) superfuerant 2.

1) *Bonifatium e genere nobili originem duxisse, ex affinitate, qua cum Leoba (Bonif. epist.* 29, *p.* 280*; V. Leobae c.* 10, *SS. XV,* 126*; cf. ib. c.* 6, *p.* 124*) et Willibaldo Wynnebaldoque (V. Wynnebaldi c.* 4, *ib. p.* 109*; cf. V. Willibaldi c.* 1, *p.* 88*) coniunctus erat, concludi licet.* 2) *Cf. Willibald. c.* 6 *(p.* 27, 27*):* se invitatum ad Romam intellexit.

Adonis Mart. gladio peremptus, cum martyrii gloria migravit ad caelestia regna; corpusque illius, comitante fidelium maxima turba, ad Fuldense monasterium, quod ipse sibi in solitudine Boconia[1] construxerat[a], cum magnis Dei laudibus transportatum et condigno honore tumulatum[b], miraculis ibidem[c] plurimis claret[d]. Passi sunt autem cum eo et alii ex clero eius viri L[e, 2] religiosi, presbyteri, diacones et monachi; sed nobiliores inter eos fuerunt Eobanus episcopus[3] et Adalharius[f] sacerdos[4]. Qui primitus in monasterio quod Trieht[g] nominatur honorabilem meruerunt sepulturam[5], sed emergentibus annis etiam ipsi Fuldam translati, in[h] aeclesia domini Salvatoris iuxta corpus sancti pastoris sui et[i] martyris Christi Bonifatii[k] pulcherrime requiescunt[6].

2.

Iun. 12. Hrabani Mart. II. Idus *(Iunii)*. Rome[l] natalis sanctorum Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii martyrum. Et octab(a) sancti Bonifatii[m] archiepiscopi et martyris[n].

II. *n.* 1. 1. 2. *Annales Xantenses.* *n.* 2. 1. 2.

a) constuxerat 2. b) tumulatus 2. c) ibedem 2. d) claruit, *superscr.* vel (cla)ret 2. e) *ita* 2; *om.* 1 *et Ann. Xant.* f) Adalarius *Ann. Xant.* g) Trech *ib.* h) in aecl. d. S. *om. ib.* i) et m. Chr. *om. ib.* k) Bonefacii 2; Bonifacii satis pulch. *Ann. Xant.* l) Roma 1. m) Bonefacii 2. n) et natalis sancti Adulfi confessoris *add.* 2 *(cf. AA. SS. Iun. II,* 591; *SS. XV,* 358*)*.

1) *De qua cf. J. Gegenbaur, 'Das Kloster Fulda im Karolinger Zeitalter' II,* 1, 1873, *p.* 4 *sqq.* 2) *Continuatio Bedae a.* 754 *(Baedae Opera historica ed. Plummer I,* 362; *SS. XIII,* 154*)*: Bonifacius, qui et Vinfridus, Francorum episcopus, cum quinquaginta tribus martyrio coronatur, et pro eo Redgerus *(i. e. Chrodegangus Mettensis)* consecratur archiepiscopus a Stephano papa. *Bonifatium 'cum suis plurimis domesticis' martyrium subiisse, Cuthberctus archiepiscopus Cantuariensis paulo post mortem eius testatus est (Bonif. epist.* 111, *p.* 398*)*. *Cf. infra p.* 88. 3) *Cf. Willibald. c.* 8 *(supra p.* 47, 23*)*. 4) Ethelheri *apud Willibaldum (p.* 48, 2*)*. 5) *Cf. ib. (p.* 52*)*: Corpus vero beati pontificis — — sed et aliorum martyrum — — perductum est ad supradictam urbem, quae dicitur Trecht, ibique conditum ac sepultum; *V. Sturmi c.* 15 *(SS. II,* 372*)*: Quo *(Traiectum)* cum pervenerunt, sancti episcopi Bonifacii in minore, quae eis vicinior erat, ecclesia cum grabato, quo navi ferebatur, statuerunt, cetera martyrum corpora sepulturae tradiderunt *(e quibus* unius episcopi nomine Eoban *paulo supra mentio facta erat)*. 6) *Postea corpora Eobae et Adalharii e coenobio Fuldensi in ecclesiam S. Mariae Erfordiensem transvecta esse feruntur, ubi a.* 1154. *inventa et translata sunt (Annales antiqui et Chronica moderna S. Petri et Liber Cronicorum Erfordienses a.* 1154, *ed. Holder-Egger, Monumenta Erphesfurtensia,* 1899, *p.* 19. 178. 779; *cf. Chronicon Nicolai de Siegen ed. Wegele p.* 149*)*.

3.

Nov. 1. Hraban.

Kal.[a] Novemb. Memoria omnium sanctorum. Eodem die in Fulda monasterio dedicatio aeclesiae sancti Bonifatii episcopi et martyris et translatio corporis eius in occiden-5 talem partem eiusdem basilicae[1]. — — —

4.

Dec. 1. Mart. Hieron. cod. Weissenb. Hraban.

Kal.[a] Dec. In Galliis civitate Noviomo natalis sancti Elegii episcopi, mirae sanctitatis viri. Et ordinatio sanctissimi Bonifatii in pontificatus gradum a domno 10 Gregorio[b] papa Romano[2]. In civitate Mogontia dedicatio aeclesiae sancti Albani martyris.

II. *n.* 3. 4. 1.

a) *menses Novembris et Decembris deficiunt* 2. b) Gregio 1.

1) *Anno* 819; *Hrabani Denotatio dedicationis ecclesiae Fuldensis et* 15 *versus ad Heistolfum (MG. Poetae II,* 205. 163*); Ann. Fuldenses antiquissimi (Ann. Fuldenses ed. Kurze p.* 138*); V. Eigilis auct. Candido prosaica c.* 15 *(SS. XV,* 230*) et metrica c.* 17 *(Poetae II,* 109*).* 2) *Cum Bonifatius die Andreae apostoli (Nov.* 30*) ordinatus sit (Willib. c.* 6*), die demum sequenti ordinatio eius a posteris celebrabatur (cf.* 20 *F. Falk, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXII,* 1882*, p.* 433*), quo epistulae Gregorii papae datae sunt ad ipsius consecrationem spectantes (Bonif. ep.* 17. 18*, p.* 266 *sqq.).*

III.

VITA ALTERA BONIFATII AUCTORE RADBODO QUI DICITUR EPISCOPO TRAIECTENSI.

(1)[a]. Incertam ac lubricam vite huius habitudinem variosque mortalium eventus et fortune rotam, fatuis quidem plerumque delectabilem, sapientibus autem semper infelicem, nulla res[b] aut fortius vincit aut imperiosius regit quam timor Dei, de[c] quo scriptum est: *Qui timet Deum, faciet bona.* Quid enim rectius aut convenientius mundanis opponitur malis quam id, quod homini benefacere persuadet? Medicorum certe hec disciplina est, ut contrariis contraria sanentur[1], quemadmodum frigida calidis et calida frigidis[2] et cetera huiusmodi. Sic et ille, qui morbo laborat universali, antidoto curandus est spirituali, ut, qui mortifero fortune[d] veneno infectus est, timore Dei assiduo tamquam saluberrima ellebori[3] pocione sanetur. Timens quippe Deum quanto magis devitat mala, tanto[e] propensius[f] sequitur bona, eoque[g] efficacius agit bona que potest, quo studiosius cavere[h] mala desiderat, que penitus vitare non potest. Quapropter ego quoque, quo[i] deteriorem me esse considero, eo

Eccli. 15, 1.

III. *Cap.* 1. 1. 2*a.*

a) *praescr.* Actus et passio sancti Bonifacii archiepiscopi, scripta a Rabodone Traiectensis ecclesie episcopo ad Fuldensem abbatem 1; Incipit prefacio in passionem sanctorum martirum Bonifacii archiepiscopi et sociorum eius 2*a; c.* 1—5. *om.* 2*b; capita non distincta sunt in codd.* b) vero *pro* res 1. c) de:, *ras.* i 1. d) fortuno 1. e) t. pr. s. bona *om.* 1. f) propencius 2*a.* g) eoque eff. a. b. *om.* 2*a (non* 2*c).* h) ea vere 1. i) *om.* 2*a.*

1) *Cf. Isidori Etymol. IV,* 9, 7 *(ed. Arevalus III,* 183*):* Contraria enim contrariis medicinae ratione curantur. 2) *Ib. c.* 9, 5 *(ib.):* Omnis autem curatio aut ex contrariis aut ex similibus adhibetur: ex contrariis, ut frigidum calido vel siccum humido. 3) *Cf. ib. XVII,* 9, 24 *(ib. IV,* 352*):* Elleborum — — sumptum motam mentem in sanitatem reducit.

amplius tam salutare medicamentum ammiror, per quod et a malis evaditur et ad bona[a] perpetua pervenitur. O res vere digna et ineffabiliter beata, que hominem ab omnibus errorum impedimentis absolvit et per semitam iusticie ducit 5 ad celum!

(2). Hanc semitam triverunt apostoli et pro suis quisque viribus omnes apostolici[b] viri. Per hanc ambulaverunt martires, ad celestem patriam festinantes. Ierunt quoque per hanc confessores, plena virtutibus vestigia 10 sequentibus se[c] derelinquentes. De virginibus autem taceri melius esse puto, quam ut glorie earum aliquid inconveniens dicam, quippe quas soli sancti vix laudare sufficienter possunt; ceterum peccantibus hunc portum salutis maximum esse reor, si merita earum non dicam imitari, sed saltim[d] 15 ammirari potuerunt[e]. Omnes itaque sancti per semitam de qua diximus profecti sunt ad Dominum, et tanto unusquisque beatior fuit, quanto minus ab ea divertit. Quorum utique[f] infinitus est[g] numerus in celo, Petrus[h] videlicet Paulusque cum sanctissimo illo apostolorum cetu[i] et, ut 20 vere dicitur, corona[1] dominica Stephanus, primus Christi et geminus imitator, cum copioso interfectorum, immo[k] triumphatorum exercitu; Agnes, Tecla, Agatha* cum liliis[l] Dei, videlicet[m] cum candidissimo[n] virginum choro; Silvester, Basilius, Martinus** cum sacratissimo episcoporum collegio 25 cumque[o] nobilissimo anachoretarum[p] atque monachorum senatu, quorum in Egypto[q] precipui, in Ethiopia fuere quam plurimi, quos Thebaida patronos, Nitria doctores, tripertita[r] India[2] habuit propugnatores.

*) Barbara, Caecilia *add.* 2c.
30 **) Augustinus, Ambrosius *add.* 2c.

III. *Capp.* 1. 2. 1, 2*a*.

a) perp. b. 1. b) apostolice 2*a*, *corr.* c) dere|derel. *corr.* se|derel. 1. d) saltem 2*a*. e) poterint 1. f) *om.* 2*a*. g) *corr.* num. est 2*a*, *et ita* 2*c*; est *om.* 1. h) petens 1. i) ceni 1. k) nimio 2*a*. l) aliis 2*a*. m) id est 2*a*. n) splendi-35 dissimo 1. o) que *om.* 1. p) nob. monach. atque heremitarum sen. 2*a*. q) Egipto 2*a*. r) omnis ecclesia *pro* tr. I. 2*a*. *c*.

1) *Cf. Isidor. l. l. VII*, 11, 3 *(l. l. III*, 338*):* Martyrum primus in Novo Testamento Stephanus fuit. — — Idem autem ex Graeco sermone in Latinum vertitur coronatus, — — passus est enim et 40 quod vocabatur accepit: Stephanus enim c o r o n a dicitur. 2) *Passio Bartholomaei c.* 1 *(M. Bonnet, Acta apostolorum apocrypha II*, 1, 1898, *p.* 128*):* Indiae tres esse ab historiographis adseruntur, *etc. Cf. H. Yule, 'The book of Ser Marco Polo' II*³, 1903, *p.* 425 *sq.; K. Kretschmer, 'Die Entdeckung Amerikas'*, 1892, *p.* 89, *n.* 4.

(3). Gallia autem atque Germania Martini se clipeo defendi precipue gloriantur, qui easdem partim verbo absens edocuit, partim sua venerabili presentia a malis imminentibus liberavit. Sic[a] igitur, quemadmodum et apostoli, post transitum suum sub titulo nominis sui[b] sedes pontificales habere promeruit, ob singularem credo doctrinam, qua ita ecclesiam Dei illuminavit, ut neminem primis gentium doctoribus imitatione proximiorem dicas, si dicta omnia et bonorum operum exempla perlegeris, que ipse gessit in vita. Harum quas dixi sedium una est Turonica[c], ubi sacri eius[d] corporis reliquie locum illum omnibus regum palatiis honestiorem faciunt, altera[e] Mogontiaca[f. 1], tercia Traiectensis. Verum hee due, Mogontiacam[g] dico et Traiectensem[h], post annos a transitu eius plurimos ob nimium ipsius amorem privilegio memorandi[i] nominis[k] insignite sunt; in quibus usque hodie Martinus a fidelibus laudatur et honoratur propter ammirandas et multiplices sanitates, quas ibidem plerique egroti a domino nostro Iesu Christo per suffragia tanti medici consequuntur. Multi itaque priscis fuere temporibus, qui has gloriosas sedes ob dilectionem Dei et beatissimi Martini partim edificiis grandibus et laquearibus pictis, partim auro argentoque ac gemmis et ceteris huiusmodi pompis ornare studuerunt; que nimirum ornamenta quandam[l] gloriolam[m] hominibus foris ostenderent, nisi se inspectantes intrinsecus sauciarent.

(4). At vero non multo[n] ante nostra tempora missus *cf. 1. Cor. 3,10.* est a Deo quidam sapientissimus architectus et re ipsa et nomine Bonifacius, qui prefatas sedes alio ornamentorum genere decorare aggressus est. Nam pro lapidibus et cemento fidem cum spe statuit construendam; pro auro mysteria divine scripture dixit esse intelligenda; pro argento nomen Domini fidelibus predicandum fore asseruit; pro laquearibus pictis docuit mentes in sublime levandas, illa scilicet varie- *Ps. 44, 15.* tate depictas, qua in psalmo canitur[o] reginam universalem esse circumamictam; pro gemmis fulgentibus splendidam doctorum vitam et perspicuam fieri oportere testatus est,

III. *Capp.* 3. 4. 1. 2*a*.

a) Hic 1. b) suis 2*a*, *corr.* c) Thuron. 1. d) *om.* 2*a*. e) alteram 1. f) *ita scripsi;* Maguneiata *corr.* Maguneiaca 2*a*; Mogontiaca — due *om.* 1. g) Maguneiatam *corr.* Maguneiacam 2*a*. h) que *add.* 1. i) memorando 2*a*. k) novimus 2*a*. l) quidam (?) 1, *corr.* m) gloriosam, *expunct.* m 1. n) multa 2*a*. o) decanitur 2*a*, *corr.*

1) *De ecclesia S. Martini Moguntina cf. infra p. 92, n. 2.*

quo sic in illis tamquam in speculo auditores quique semet ipsos considerare possent[1] nec[a] curiosi altiora se scrutarentur, *cf. Eccli. 3, 22.* ne inflati plus quam oportet sapere vellent, ne vana seducti *cf. Rom. 12, 3.* gloria, cum[b] nichil essent, aliquid se esse existimarent[c]. Hiis autem omnibus karitatem pro culmine superponendam esse premonuit, sane quia sublimis admodum est et in[d] virtutum genere nichil supra se habere dinoscitur. Taliter ergo vir iste edificabat et coessentibus sibi taliter edificare suadebat, et non sicut plerique nostri temporis architecti, qui, vacantes in hac parte ocio, alieno autem insistentes negocio, infirmas et ruinosas faciunt structuras, satis imperiose iubentes, sed nimis delicate viventes, morem videlicet pigri et inutilis[e] agricole imitantes, qui dormiens et dissolutus[f] alteri committit aratrum. Sed nemo umquam ita lasciviens suis sectatoribus profuit nec imperator quilibet desidia torpens[g] salvo umquam[h] exercitu triumphavit. Verum ne quis sichophanta virum supranominatum quasi alterum Melchisedech subito[i] cavilletur introductum, abhinc[k] *cf. Gen. 14, 18.* iam enarrare incipiam, unde tante suavitatis flos emicuerit, qui per nostras[l] provincias odorem magne virtutis longe lateque diffudit.

(5). Atque utinam de ipso ita[m] loqui merear, ut non vilescat audientibus tante materie dignitas propter rusticitatem meam, que certe michi nimium familiaris est omnibusque[n] in triviis inertem me esse vociferatur et barbarum. *Ve*[o] *michi* et ve misero[p] michi, *qui* totus *sum pollutus et in* *Is. 6, 5.* *medio populi polluta labia habentis habito!* Scio autem et vere[q] fateor me esse indignissimum, cuius lingua carbone illo tangatur, qui Testamenti utriusque forcipe de altari prolatus, *cf. ib. v. 6.* secundum[r] Ysaiam ad prophetandum accendit. Quocirca ipse me reprehendam et penitentiam agens erumpam in lacrimas et orabo ad dominum Deum meum, dicens: 'Domine Iesu Christe, fili Dei vivi, qui pro ecclesia tua incarnari, crucifigi, mori et resurgere dignatus es, exaudi me clamantem *cf. Ps. 26, 7.* ad te *et secundum multitudinem miserationum*[s] *tuarum dele ini-* *ib. 50, 3.*

III. *Capp.* 4. 5. 1. 2*a*.

a) ne 1. b) *superscr.* 1. c) estimarent 2*a*. d) *superscr.* 2*a*. e) multis 1. f) dissolutis 1, *corr.* g) torquens 1. h) *om.* 1. i) cav. subito 1. k) ab huic 1. l) vestras 1. m) itaque 2*a*, *corr.* n) que *om.* 1. o) Ve m(ich)i 2*a*; *haec om.* 1. p) michi misero 1. q) f. v. 1. r) sanctum *add.* 1 *(cf. p. 69, 37 i)*. s) miserationem 1, *corr.*

1) *Cf. Isidori Sentent. II,* 11, 10 *(ed. Arevalus VI,* 206*):* Qui sanctum virum imitatur, quasi exemplar aliquod intuetur seseque in illo quasi in speculo perspicit. — — Minus enim se ipsum homo ex semet ipso considerat.

quitatem meam et da sermonem rectum et bene sonantem in os meum, ut placeant verba mea in conspectu tuo, et sacrificium laudis tue a me acceptare digneris, qui es benedictus in secula seculorum. Amen'. Et ecce! nunc, Domine, de sancto martire tuo, quantum tu concesseris, enarrare paratus, te radium moderante, sic primum tele huius ordiar[a] filum.

cf. Ps. 49, 14. — cf. Rom. 9, 5. — cf. Is. 25, 7. 30, 1.

(6)[b]. Beatus[c] Bonifacius genitale solum in insula que Britannia[d] dicitur habuit, quam modo gens incolit[e] Anglorum, que a Saxonibus originem[f] traxisse putatur. Angli[g] vero ab angulo[h. 1], id est firmamento[2] regni derivari[i] non absurde dicuntur; qui re vera fortes sunt et validi, Christique opitulante gratia, provincias suas armorum viriumque robustarum presidio tutissimas reddunt, aliquando autem pyratas ex boreali[k] parte venientes paciuntur infestos, quos tamen a finibus suis strennue pugnando reiciunt. In prefata[l] ergo insula quondam extitit paradisus Dei, ex quo tam preciosa profluxerunt[m] aromata, ut a Britannico[n] mari usque ad arces Romuleas omnes circumquaque regiones divino odore perfunderent[o]. Ex hiis aromatibus fuisse legitur Furseus et fratres eius, Willibrordus[p] quoque magnus christiane religionis propagator et iste de quo agimus ammirabilis Bonifacius multique alii, quos in libro Hystorie Anglorum virtutibus claruisse Beda commemorat[3]. Hic itaque, de quo series[q] nostre narrationis texitur, ubi primum pueriles annos evasit, ilico se totum divine legis contulit eruditorio, in quo, disciplinis celestibus adprime eruditus, in brevi opinatissimus vere phylosophye cultor effectus est: orationi scilicet[r] insistere, ieiuniis corpus macerare, frequentes vigilias agere, gloriam mundi non ambire, favores humanos non

III. *Cap.* 5. 1. 2*a*. *Cap.* 6. 1. 2*a*. *b*.

a) ord. filium 1; filum (*corr. e* filium) ord. 2*a*. b) *praescr.* Incipit passio sancti Bonifacii archiepiscopi et sociorum eius 2*a*. *b* (*incipiens*). c) igitur *add.* 1. d) Brittannia 1. e) colit 2*a*. f) tr. or. 2*b*. g) Ang: li, *ras.* u 2*b*. h) anglo *corr.* angło 2*a*. i) dirivari 2*a*. *b*. k) boriali 2*a*. *b* (*ubi prior* i *in litura*). l) (p̄fa *in ras.*)ta 2*a*. m) flux. 1. n) Brittannico 1; Brytannico 2*b*. o) perfunderentur 1. p) Willibrodus 1. q) narr. (nostre *om.*) s. 1. r) *om.* 2*a*.

1) *Cf. Bedae Hist. eccl. I,* 15: de Anglis, hoc est de illa patria, quae Angulus dicitur. 2) *Auctor angulum fortasse ideo quasi firmamentum (a firmando) interpretatur,* quod duos parietes in unum coniungat *(Isidori Etymol. XV,* 8, 4, *l. l. IV,* 228*).* 3) *Beda Fursei et Fullani Ultanique fratrum in Hist. eccl. Angl. III,* 19, *Willibrordi ib. V,* 10. 11. *meminit.*

querere, prepositis[a] obedire, cum[b] fratribus concordare, esurienti panem frangere, nudum induere vestimento, *visitare pupillos et viduas*[c] *in tribulatione eorum et inmaculatum se custodire ab hoc seculo.* Porro in hiis omnibus non inflabatur, non[d] irritabatur, non cogitabat malum; sed in lege Domini meditabatur die ac nocte eratque *tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum,* ideoque fructum martyrii dedit in tempore suo.

cf. Is. 58, 7. *Iac.* 1, 27. *cf. Ps.* 1, 2. *ib. v.* 3. *cf. ib.*

(7). Cum ergo tantis bonorum diviciis habundasset, cepit agere secum, ut exiret de terra nativitatis sue et properaret[e] ad locum, in quo immolari Domino potuisset. Et tandem occasionem nactus, mare transfretavit, Fresonum[f] insulis advectus est, Traiecto oppido applicuit[g]; ubi ewangelizavit gentibus regnum Dei multosque ydolatrie deditos convertit ad Christum. Sed cum plerique procaciter repugnassent, senciens athleta Christi[h] nondum sibi tempus adesse[i] passionis, reversus est in patriam suam, ut curam suorum interea[k] gereret, donec eidem Spiritus sanctus revelaret, ubi et quando martirii coronam[l] percepturus esset a Domino. Post aliquantum temporis, angelica ut creditur visione premonitus[m], Romam perrexit, benedictionem[n] quidem a summo pontifice expetens, sed eam a Christo per apostolos suos Petrum et Paulum excipiens[o]. Cumque omnia que illic[p] erant oratoria circuisset, deductus inde[q] a papa Gregorio ceterisque timoratis viris, cum[r] omni honore profectus est.

cf. Gen. 24, 7. *cf. Act.* 8, 2.

(8). Audito autem, quod Germanorum plurima multitudo sine Deo esset, illuc[s] letabundus divertit, sperans se in hiis regionibus martirem fieri posse. Et cum effudisset illis opes, que sine termino sunt, argentum et aurum nullius concupivit nec quesivit ab illis agros fertiles vineasque uberes[t] nec tuceta[u] mollia nec promptuaria[v] vino Phalerno condita[w] sive redolentia, sed pocius animarum salutem. Hanc quesivit et — Deo gratias! — hanc invenit; nam copiosam populi multitudinem in hiis partibus ad fidem catholicam transtulit.

III. *Capp.* 6—8. 1. 2*a*. *b*.

a) non *add., sed del.* 2*b*. b) cum fr. conc. *om.* 1. c) advenas 1. d) neque 1. e) properare 2*b*. f) Frisonum 2*b*. g) applicavit 1. h) Dei 2*a*. *b*. i) p. a. 2*a*. *b*. k) locorum *add.* 1. l) coro(nam *in litura*) 2*b*. m) monitus 1. n) benedictione 1. o) accipiens 1. p) illi 2*b*. q) cum honore *add.* 2*a*. *b*; *cf. n.* r. r) cum o. h. *om.* 2*a*. *b*. s) illic 1. t) uber(es *in ras.*) 2*b*. u) tucceta 2*a*; cu *(sequitur locus rasus)* mollia 2*b*. v) prompturia 2*a*. w) condidit (sive *om.*) 1.

Et[a] illi quidem antea in suis lucis[b] ac delubris larvas *(cf. Apoc. 14, 14.)* lemuresque[c] coluerant[d]; sed Bonifacius, falcem manu[e] tenens divinam, omnes faunos et sathyros[f], quos nonnulli paganorum silvestres deos appellant, funditus extirpavit. Similiter autem et driades napeasque[g] et cetera huiusmodi magis portenta quam numina christianis omnibus nauci[h] pendere persuasit. Verum[i] quia non sufficit, si mala deiciantur, nisi et bona stabiliantur, *(cf. Ier. 1, 10.)* sicut non sufficit, si evellas et destruas, nisi eciam edifices et plantes, vir iste spiritu Dei plenus in locis, a quibus supradictas vanitates expulerat, ilico monasteria inclita et basilicas eximias, altaria quoque divinis sacrificiis apta[k] construxit ibique[l] invocari statuit nomen Dei vivi, ubi mortua ydola ab indigenis eatenus[m] colebantur.

(9). Hiis itaque[n] gestis, cum peragrasset predicando[k] omnes provincias Alemannorum, Noricorum[1] et Thuringorum[o], quosdam eciam[k] fines Francorum, preponens illis ydoneos[p] fidei ministros, *(cf. 2. Cor. 3, 6.)* valedixit fratribus, et sic in nomine Domini proficiscens, aliis quoque provinciis sese contulit, ut illas eciam ab erroribus suis per gratiam Domini liberaret. Ac[q] primum[r] Fresonibus[s], quibus iam antea[t] predicaverat, navigio revectus est, qui fere, quemadmodum et[a] pisces, morantur in aquis, quibus ita undique concluduntur[u], ut raro ad exteras regiones accessum habeant, nisi navibus subvehantur. Hos remotos a ceteris[a] nationibus ideoque *(cf. Act. 17, 18.)* brutos ac[v] barbaros celestis seminiverbius[w, 2] adiit et, sicut in quodam codice scriptum[x] repperi[3], adhesit ibidem Willibrordo et[y] quidem clarissimo ecclesie sancte candelabro, de quo[z] supra mentio facta est[4]; qui per idem tempus Traiecto residens, pauperis[a] orti custos erat, sed cum adhiberetur tanto agricole adiutorium, crevit et predium. Iunctis quippe manibus hii duo

III. *Capp.* 8. 9. 1. 2*a*. *b*.

a) *om.* 1. b) locis 1. c) lenioresque 1. d) coluerunt 2*a*. e) t. m. 1. f) sa|(tiros — Si *in litura*)|militer 2*b*. g) vaperasque 1. h) *ita* 2*c*; nausi 2*a*. *b*; omn. abicem flocci pendere 1. i) Sed 1. k) *om.* 2*a*. *b*. l) que *om.* 2*b*. m) hactenus 1. n) ita 2*b*. o) Turing. 2*a*. p) *ita* 1; f. m. yd. 2*a*; Dei m. yd. 2*b*. q) At 2*a*. *b*. r) primo 2*a*. s) Frison. 2*a*. *b*. t) autem 1. u) con(cluduntur *in litura*) 2*a*. v) et 2*a*. *b*. w) semine verbi 1. x) repperi scr. 2*b*, *corr.* y) et qu. *del.* 2*a*; qu. *om.* 1. z) qua 1. a) orti p. 1.

1) *I. e. Baiuvariorum.* 2) *I. q. contionator. Cangius.* 3) *Cf. Willibald. c. 5 (supra p. 24).* 4) *Supra c. 6.*

egregii cultores[a] dominici spacium agri plurimum dilatarunt, efficientes orationibus suis, ut[b] pro silice, id est infidelitate, catholice fidei novelle succrescerent, pro urtica autem[c], id est libidine, continentia virginalis, *cf. Is. 55, 13.* porro[d] pro vepre[e], id est[f] avaricia, caritas germinaret, que est bonorum[g] omnium radix.

(10). Et cum hec fecissent, orantes alter pro[h] altero, ab invicem discesserunt, et Willibrordus quidem Traiecto subsedit[i], Bonifacius autem denuo profectus est Romam. Quo cum pervenisset, officiosissime susceptus est a superius[k. 1] memorato papa Gregorio. Et cum per dies aliquot de misticis et[l] supernis agerent[m] rebus, videns eum papa iam dictus ewangelice[n] doctrine scatebris[o] redundare, adhibita sibi[p] sanctorum qui Rome erant conhibentia[q], sacrum illi pontificatus tradidit infulatum, hac eum post[r] benedictionem, ut putatur, exhortatione corroborans: 'Audisti, frater, et ipse[s] vidisti, quot milia hominum apud Germaniam antiquis ydolatrie detineantur erroribus, et quanto filiorum numero fraudetur sancta mater ecclesia, si tam clare familie lumen[t] fuerit celeste subtractum. Nunc ergo, quia vir probus es et insignis nostre religionis phylosophus, consule tante multitudini[u] ad salutem, ut talentum, quod tibi *cf. Matth. 25, 14 sqq.* creditum est, duplicatum Domino reportare merearis. Tolle igitur peram[v] tecum pastoralem cum limpidissimis *cf. 1. Reg. 17, 40.* divine legis lapidibus, ut, cum gygas ille, qui totum Israel demoliri[w] cupit[x], de sua[y] se pessima victoria ostentaverit, tu continuo humani generis adversario Daviticus[z] bellator occurras. Et si tibi in hoc agone oblata fuerit corona martirii, libens eam suscipe, nichil te[a] hesitans percepturum pro istiusmodi[b] transitoria pena divicias immortales'. Et hiis dictis, dimisit eum in osculo sancto. *cf. Rom. 16, 16.* Porro Bonifacius, tam benedictione archiepiscopali[2] quam munimentis doctrinalibus robo-

III. *Capp.* 9. 10. 1. *2a. b.*

a) ductores *in ras.* *2a.* b) *om.* *2b.* c) a. id est *in ras.* *2b.* d) *om.* *2a. b.* e) vep:re, *ras.* e *2a.* f) *superscr.* *2a.* g) o. b. 1. h) ab 1. i) beatus *add.* 1. k) supra 1. l) ac *2b.* m) ageret (*2b*). n) ea angelice *2b.* o) scatabris *2b.* p) *ita* 1. *2c;* connivencia *pro* sibi *2a;* ei *2b.* q) conhibencia *2a;* cohibentia 1; connivencia *2b;* *cf. SS. R. Merov. I,* 937. r) ut put. (putaretur *2b*) post ben. *2a. b.* s) ipsi *2a.* t) fuerit l. *2a. b.* u) multitudin(i *in ras.*) *2a.* v) tecum p. *2a. b.* w) demolliri 1. *2b.* x) cepit *2b.* y) sua cepissima *(sic)* vict. *2a;* vict. sua sepissima (certissima se *2c*) *2b. c.* z) us *in ras.* *2b.* a) *ita* *2a;* te hesitas *2b;* hes. te 1. b) huiusmodi 1.

1) *Supra c.* 7. 2) *Immo episcopali.*

ratus, Germanos suos ilico revisit, fortissimumque prelium cum spurio cyclope committens et gladio verbi triumphans, castra Israelitica[a] a depredatione[b] Phylistinorum[c], Christo manu eius pugnante, eripuit.

(11). Denique quod[d] priori victorie residuum fuit, hoc in isto congressu pleniter superavit et, tandem pace per omnes fines illos composita, Romam tercio adiit, cupiens adhuc plenius instrui christiane milicie disci- (*cf. 1. Cor. 14, 2.*) plina. Verum qui didicerat[e] a Spiritu sancto et loquebatur mysteria, non habebat necesse ullis orthodoxi[f] ingenii argumentis amplius erudiri, pociusque[g] iudicatur a cunctis, eum grandis Dei exercitus posse et debere fieri ductorem pariter et doctorem. Sicque trina benedictione omnium Romane ecclesie sanctorum confortatus, rursum[h] fecit Germaniam sua[i] ad eam[k] saluberrima reversione felicem, utpote cui tunc[l] sexta vice[1] sese prebens vere[m] fidei lumen infudit[n]. Erigente[o] autem illo tentoria secus alveum Reni fluminis, ecce! populus Francorum innumerabilis promiscui sexus ei obviam processit, obsecrans simul et contestans, quo[p] se Moguntine[q] sedi episcopo destitute[r] et tali patrono egenti intronizari permitteret[2]. Quod cum vidisset homo[s] beatissimus, quem numquam nusquamque[t] revelatio angelica[u] deserebat, cessit sancto Spiritui, bonumque opus suscipiens, non adhibuit fastum; labori succumbens, delicias non admisit; pontificium adeptus, humilitatem non perdidit; quin immo necessitates erumpnasque sin- (*cf. Luc. 15, 5.*) gulorum humeris suis inponens et cunctorum oneribus colla submittens, in omnibus iuxta apostolum fidelem (*cf. Tit. 1, 7. 1. Tim. 3, 2.*) se[v] dispensatorem et irreprehensibilem Christi ovibus pastorem exhibuit.

(12). Sed iam nunc[w] tempus ammonet, ut, decursis hiis, que dignis eius moribus, quos in adolescentia

III. *Capp.* 10—12. 1. 2*a*, *b*.

a) Israhelitica 2*a*; Isralitica 1. b) predacione 2*b*. c) Philist. 2*a*, *b*. d) quot 2*a*. e) a Sp. s. did. 1. f) cythodoxi 1. g) que *om.* 2*b*. h) iterum 2*a*. *c;* item (2*b*). i) suam 1. k) adeo 2*a*. *b*. l) t e r c i o *pro* tunc s. v. 1. m) s u m m e e t i n d i v i d u e T r i n i t a t i s *pro* v. f. 1. n) infundit 1. o) *ita* 1; Figente 2*a*. *b*; *cf. Willibald. c.* 8 *(p.* 49, 4*)*: erexit tentoria. p) ut 2*a*. *b*. q) Maguntine 2*a*. r) destituto 2*a*. *b*. s) Dei *add., sed del.* 2*b*. t) que *versu ex. om.* 1. u) angeli 2*b*. v) se *post* irrepr. 1. w) nunc t. amm. ut de *in ras.* 2*b*.

1) *Cf. infra c.* 23 *(p.* 78*)*: Qui cum Germanie provincias — — virtutum lumine, sexies eam lustrans eundo Romam et redeundo, illustrasset. 2) *Bonifatius multo post iter Romanum tertium (c. a.* 738*) sedi Moguntinae praepositus est (c. a.* 746*).*

habuit, legitimisque[a] laboribus, quibus in iuventute certavit, necnon et sancte[b] conversationi, qua in sacerdocio tamquam stella lucidissima fulsit, conveniunt, non tam[c] secundum gestorum dignitatem quam[d] secundum vires[e] meas ad martirii eius revelationem[f] hystoriuncula nostra perveniat[g]. Quod non idcirco ei tamdiu dilatum est, quasi[h] ipse aut passionis eius[i] supplicium aut mortis impetum[k] formidaverit; sed, ut audaciter de ewangelio loquar, *nondum[l] venerat hora eius*. Nam si decretum fuisset a Domino, ut inter ipsa initia predicationis huiuscemodi[m] bravium perciperet, multimodis[n] egerat vir ille, ut sive[o] inter Fresones[p] barbaros sive inter ferocissimos Germanos capite truncaretur. Sed pius Deus, qui volebat ad huius exemplum accendi quam plurimos, non permisit famulum suum gladio gentilium trucidari, priusquam multa milia animarum uncino fidei ab ipsis Leviathan[q] faucibus extraheret ac sic[r] consequenter[s] ad Christum cum tanto[t] agmine properaret. Horum itaque memoria et rei geste series[u] ita se habet.

Ev. Ioh. 8, 20.

(13). Cum beatus Bonifacius in Moguntine[v] sedis presulatu plurimis diebus Domino ministrasset, revelata est ei Willibrordi sanctissimi episcopi carnalis depositio et ad celestem gloriam transmigratio[1], statimque sensit fortis athleta[w], sibi iterum peram cum lapidibus suis sumendam, iterum cum Golyath[x] Phylistheo bellum gerendum. Ac[y] nequaquam incertus, quid ageret, — Spiritus enim sanctus eidem omnia revelabat, — confestim[z] navigio illuc properavit, ubi cum dyabolo totis viribus certaturus erat, moxque[a] per[b] undas Reni fluminis notissimo sibi loco, id est[c] Traiecto[d] oppido, delatus[e] est. Et[f] cum applicuisset, vidit sibi obviam exire chorum angelicum, quem Willibrordus doctor

cf. 1. Reg. 17, 40.

III. *Capp.* 12. 13. 1. 2*a*. *b*.

a) que *om.* 2*b*. b) sancta conversacione 2*a*. c) tamen 2*a*. *b*. d) sed 2*a*. *b*. e) vir(es *in ras.*) 2*b*. f) *ita recte* 1. 2*b* (*cf. l.* 27. revelabat); relationem 2*a*. *c*. g) at *in ras.* 2*b*. h) quia (2*b*). i) *om.* 2*a*. *b*. k) imperium 1. l) dum *om.* 1. m) huiusmodi 2*a*. n) multis modis vir iste egerat 1. o) *om.* 2*b*. p) Frisones 2*b*. q) Leviatham 1. r) si 2*a*. s) *om.* 1. t) tanta 2*a*. u) serie(s *m. al. in ras.*) 2*b*. v) Moguntie 1; Maguntine 2*a*. w) adhleta 2*a*, *corr.* x) Goliath Philisteo 2*a*. *b*. y) At 2*a*. *b*; *cf. p.* 68, 22. z) ēi *add., sed eras.* 1. a) que *om.* 1. b) per u. R. *in ras.* 2*b*. c) idem 1. d) Traiecti 2*b*. e) dilatus 2*a*. f) Quo 1.

1) *Willibrordus a.* 739. *obiit. Aliquanto post Carlmannus* (741—747) *sedem Traiectensem Bonifatio ad episcopum constituendum commisit* (*Bonif. ep.* 109, *p.* 395); *cf. supra p.* 47, *n.* 2.

eximius in monasterio illo[a, 1] ad laudem et gloriam nominis Dei[b] aggregaverat. Cum hiis ergo processit ad ecclesiam et cum orantibus oravit[c], cum gementibus gemuit[d], cum lamentantibus flevit, cum plangentibus Willibrordum acriter[e] planxit; nam et ipse[f] tanto[g] patri summo amore[h] devinctus fuerat[i] et confederatus.

(14). Cum autem pertransissent dies luctus et tristicie, accensus est presul facundissimus[k] ad predicandum accinctusque[l] est miles invictissimus ad agonizandum, querentique aptum predicationi locum atque certamini ostensum est illi divinitus, esse quasdam gentes in littore[m] occeani sitas, quibus eum ewangelizare oporteret, percepturum[n] inter illas *coronam vite, quam repromisit Deus diligentibus se.* Protinus ergo procellis credidit[o] se fluvialibus, austroque iter secundante, delatus in insulam, que sermone patrio Ostrikhe[p] dicitur[2], gratias egit Deo, confidens sibi posthac[q] neque luctum neque clamorem, sed neque dolorem ullo modo nociturum, quandoquidem sit hec omnia in eadem insula transiturus. Sic et olim Paulus ad victimam properans devenit Miletem[r]. Sed Paulus est ab incolis illis[s] humane tractatus, iste a Fresonibus[t] contumeliis et terroribus lacessitus. Illius manum vipera momordit, huius caput spiculator impius amputavit[u]. Paulus inde Romam navigavit, Bonifacius istic[e] cursum consummavit. Multa tamen concurrunt documenta virtutum, una voluntas, par navigatio, labor similis, affectus equalis. Sed Paulus magister, iste discipulus, ille[v] gentium doctor, iste Ger-

Iac. 1, 12. — *cf. Act.* 28, 1. 2. — *ib. v.* 3. — *ib. v.* 14.

III. *Capp.* 13. 14. 1. *2a. b.*

a) *versu ex. om. 2a.* b) Domini 1. c) orabat *2b.* d) g., cum lam. *in marg. suppl. 2a.* e) *om.* 1. f) ipso *2a. b.* g) tant *in ras. 2b.* h) am(ore *in ras.*) *2b.* i) est vel fuerat 1. k) facunditissimus *2a.* l) que *om.* 1. m) litori *2a.* n) percepturus *2a.* o) se cr. *2a.* p) Ostriki *2a. b.* q) *ita 2c;* post hec 1; post hoc *2a;* post hanc *2b.* r) *ita* 1. *2a. b pro* Meliten. s) ille *2b.* t) Frison. *2a. b.* u) ampu *in ras. 2b.* v) iste 1.

1) *S. Martini; cf. chartas Pippini a.* 753 *(Mühlbacher, Reg. I*[2] *n.* 70*):* ad ipsa casa Dei sancti Martini — — in stipendiis monachorum vel canonicorum, qui ibidem gentiles ad christianitatem convertunt et Domini misericordia ipsos conversos quos habent docent, *cet.; Caroli a.* 723 *(Mühlbacher n.* 34*; MG. Dipl. Merov. p.* 98*):* monasterium, quod est infra muros Traiecto castro situm constructum, ubi apostolicus vir — — Willibrordus archiepiscopus sub sanctae conversationis coenobitali ordine custos praeesse videtur. 2) *Cf. Willibald. c.* 8 *(p.* 49*):* in confinibus eorum, qui rustica dicuntur lingua O s t o r- et Westeraeche; *cf. p.* 56, *n.* 3.

manorum predicator; ille sedebit ut iudicet[a] in throno apostolorum, iste a dextris[b] stabit in numero sanctorum. Habebit itaque cum Paulo felicitatis consortium, ad cuius similitudinem suscepit gladii[c] ictum et dereliquid mundum; congratulabitur autem martyr martiri, doctor predicatori, apostolus sacerdoti in conspectu Iesu[d] Christi domini nostri.

(15). Peregit[e] igitur sanctus Dei Bonifacius cursum suum stans et orans thyrannoque iugulos ad decollandum prebens quarto post Kalendas Iunii mensis die. Unde *Iun. 5.* et illud tetrasticon scriptum habetur[f] et in depositionis eius sollempniis ab ecclesia cantatur[g]:

Iunius[h] in Nonis festum venerabile nobis
Advehit[i], exultant fratres cum civibus in quo[k],
Tunc quia celorum meruit Bonifacius alta
Scandere, perpetuam mercatus[l] sanguine vitam.

(16). Michi autem in eadem regione sciscitanti de eo, si quid scribere possem, relatum est adhuc superstitem esse[m] quandam mulierem, sed iam valde decrepitam, que iureiurando asserebat, se decollationi[n] militis Christi[o] fuisse presentem, dicebatque, quod, cum gladio feriendus esset, sacrum ewangelium[p] codicem capiti suo imposuerit, ut sub eo ictum percussoris exciperet[q] eiusque presidium haberet in morte, cuius lectionem dilexerat in vita. Perempti sunt[r] autem et discipuli eius cum eo in loco qui Dockinga dicitur[1], ubi postea in honore tanti martirii[s] constructa est basilica nobilis[2], iuxta quam fons aque dulcis emanat, cum alibi per totam regionem illam salse et amare sint[t] aque[3]. Et ferunt hunc fontem a[u] Bonifacio inventum et[v] sanctificatum esse[4] ideoque tanta dulcedine insignitum et potationi cunctorum satis accommodum.

III. *Capp.* 14—16. 1. 2*a*. *b*.

a) videlicet 1. b) dexteris (st. *om.*) 2*b*. c) *om.* 2*a*. *b*. d) d. n. I. Chr. 2*b*. e) Pergit 2*b*. f) hab *in ras.* 2*b*. g) canitur *et add.* unde versus 1. h) Imnis in novis 2*a*. i) Advenit 2*a*. *b*. k) quod 2*a* (*corr.*). *b*. l) in *add.* 2*a*. m) est 1. n) decollacione 2*a*, *corr.* o) *om.* 1. p) *ita* 1 *et pr. m.* 2*a pro* euangeliorum; ewangelii 2*b et e corr.* 2*a*. q) accip. 2*b*. r) autem sunt 2*b*; a. *om.* 2*a*. s) martyris 1. t) sunt 2*b*. u) sancto *add.* 1. v) ac 2*a*.

1) *Dokkum in Fresia occidentali.* 2) *Cf. Willibald. c.* 9. *eaque quae ibi e Vitis Liudgeri et Willehadi attuli (supra p.* 56, *n.* 3*).* 3) *Cf. Willibald. c.* 9 *(p.* 57, 5*).* 4) *Immo post mortem Bonifatii fons inventus esse fertur teste Willibaldo.*

(17). Itaque venerandum eius corpus primum[a] Traiecto perlatum est, postea ad Fuldense[b] monasterium translatum[c], quod quidem ipse a fundamento construxerat et in quo pastor inclitus honestissimum vere innocencie gregem adunatum Christo[d] devoverat. In quattuor ergo felicissimis locis, id est Dockinga[e], Traiecto, in Moguntia[f] urbe, in Fuldensi cenobio, beati martiris presentia visibilibus crebro sentitur indiciis, in quibus per intercessiones eius plurime sanitates a[g] Domino aliaque prestantur[h] beneficia usque in hodiernum diem.

(18). Hec dum stili[i] officio assignata et in libellum digesta[1], rogantibus fratribus, publice recitarem, tamquam ex Trinacria[k. 2] emergentes astiterunt michi quidam[l] inpuri, immo[m] ut dicitur fagolidori[3] homines, qui in Christi martirem quippiam se audere dissimulantes, in me autem canino[n] ore sevientes, ita oblatrare ceperunt: 'Tu', inquiunt, 'hunc tantum virum immensis et fere[o] divinis laudibus extollere cupiens, quandam de precio agri partem fraudasti, quippe qui signa et prodigia ab eo facta, quemadmodum de aliis legitur[p] sanctis, nulla narrasse convinceris, cum hiis vel maxime ostendi soleat[q] rebus, cuius sit meriti unusquisque apud omnipotentem Deum'. Quibus continuo ewangelicum[r] illud obiciens: *Nisi*, inquam, *signa et prodigia videritis, non creditis;* quasi vero aut ego bona que egit omnia me[s] narraturum vel scripturum esse promiserim aut illi, qui ante me[t] fuerunt, si qua nossent[u], de hoc viro preciosa et laude digna tacuerint[v]. An forte, que a me peccatore de eo scripta sunt, ita parvi pendenda existimant, ut non attendant ad maiestatem tante relationis, sed pocius ad personam scelerati vilissimique scriptoris? At non ita expedit; neque

cf. Act. 5, 2. — *Ev. Ioh. 4, 48.*

III. *Capp.* 17. 18. 1. *2a. b.*

a) primo *2a.* b) Fuldensē 1. c) est *add.* *2a. b.* d) *om.* 1. e) Dockinge 1. f) Mogunti *versu ex.* 1; Moguncia *2b*; Maguncia *2a.* g) a D. *in litura* 1. h) p̄stan||tantur 1. i) stil(i *in ras.*) *2b.* k) *ita* 1. *2a. b;* tricaria *2c.* l) quidem 1. *2a (corr.).* m) h. *ante* i. ut d. fag. 1. n) cani::, *ras.* no 1. o) vere 1. p) s. l. *2b.* q) solent *2a. b.* r) illud evang. *2b.* s) (me *om.*) memoraturum (*2b*). t) f. me 1, *corr.* u) noscent 1. v) tacuerunt *2b.*

1) *Cf. Cassiani Conlationes, prol. (ed. Petschenig l. l. p. 3):* duodecim libellis — — digesta. 2) *I. e. Sicilia; cf. e. gr. Isidori Etymol. XIV, 6, 32 (l. l. IV, 178).* 3) *Hieronymi praefatio in Ezechielem:* φαγολοίδοροι, quod est manducantes sannas. *Cf. Du Cange h. v.; Goetz, Corpus gloss. Latin. VI, 432 (e. gr.:* Fagolidorus est manducans maledicta vel quae non decent*); W. Meyer, 'Die Berliner Centones des Dracontius' ('Berliner Sitzungsberichte'* 1890, *p.* 294 *sq.).*

enim rose ideo negliguntur, quia spinoso crescunt in frutice[a], nec[b] frumenta idcirco sordescunt hominibus, quoniam ea tellus fimo saturata producit, verum in utroque non quod horribile est perpenditur, sed quod necessarium atque delec-
5 tabile consideratur[c]. Quam ob rem et michi, queso, parcite, o inamabiles amici, ut, si ego vobis ob mei feditatem puteo, thesaurus tamen iste, quem de[d] Britannicis[e] finibus preciosissimum offero[f], fatiscente[g] invidia gratus fiat.

(19). Porro si me virtutes et signa tanti martiris ob-
10 litum esse reprehenditis[h], ita excusatum accipite. Signa quidem[i] et prodigia fecerunt apostoli; sed intus erat qui *cf. Act. 2, 43.* operabatur, intus qui[k] moderabatur quique[l] ydolatras et incredulos trahebat ad fidem. Ob hoc siquidem non inflabant signa, sed edificabant; non efficiebant iactantes, sed
15 commiserantes, non superbientes, sed compacientes, non diviciis seculi gloriosos, sed paupertate Christi preclaros. Itaque dividebat singulis, prout volebat: uni dabat fidem ut *cf. 1. Cor. 12, 11.* Petro, alteri facundiam predicationis ut Paulo, huic virginitatem ut Iohanni, illi virilitatem[m. 1] ut Andree et ceteris
20 quidem ad eundem modum. *Hec autem*[n] *omnia operabatur*[o] *ib.* *unus atque idem Spiritus;* qui et istum similiter implevit, quia similiter[p] amavit, perinde instruxit, quia perinde[p] dilexit, unde ipse quoque hiisdem[q] virtutibus clarus erat. Denique fidem habens, renunciavit omnibus[r], que possidere poterat, *cf. Luc. 14, 33.*
25 et tollens crucem suam, secutus est Christum; verbo *cf. Matth. 16, 24.* edificationis habundans, Germaniam Italiamque[s] peragravit, bonum semen in agro dominico serens Renique hostia doc- *cf. ib. 13, 24.* trine fluore perfundens; virginitate mundus, sacerdocio dignus habitus est; virilitate[m] suffultus, martirii palmam
30 promeruit. Et si ratio index[t] veritatis coniecturas rectas habere permittitur, reliquos eciam apostolos imitatus esse credendus est, qui per orientem atque meridiem soli[u] vicinis gentibus solem[u] iusticie predicarunt[v]. At[w] nunc isto[x] tempore quidam nostrorum longe aliter faciunt; quecumque
35 enim acquirere possunt, absque consortibus possidere con-

III. *Capp.* 18. 19. 1. *2a. b.*

a) stirtice *2a, corr.* b) ne *2b.* c) iudicatur *2a. b.* d) *om. 2a. b.* e) Brittann. 1; Brytann. *2b.* f) affero 1. g) fatescente 1; facissente *2b.* h) depreh. *2b.* i) quidam *2b.* k) *om. 2b.* l) que *eras. 2b.* m) viridit. 1. n) *om.* 1. o) opera-
40 tur *2b cum Vulg.* p) sic 1. q) *ita 2a. b;* eisdem 1. r) omnia *2a.* s) Ytal. *2a. b.* t) index 1. u) s. iust. *om.* 1. v) predicaverunt 1. w) Ac *2b.* x) ista 1.

1) *Cf. Isidori Etymol. VII,* 9, 11 *(l. l. III,* 335*):* Andreas — — sermone autem Graeco a viro virilis appellatur.

cf. Is. 5, 8. tendunt. Agrum agro copulantes, vix mari concedunt, ut terminum faciat; tum, si uspiam proficiscuntur, saccos[a] pecunie tollunt secum perasque non lapidibus complent, sed nummis argenteis et totum mundum circueunt[b], ut aliquid consequantur. 5

cf. Ps. 1, 4. (20). Non sic ergo Bonifacius, non sic; sed quocumque ibat, semper libros secum gestabat. Hic illi thesaurus, hec possessio erat. Inter[c] iter agendum vero vel scripturas lectitabat vel psalmos ymnosve canebat vel certe egenis ali- *Act. 6, 8.* quid dabat. *Faciebat autem*[d] *signa et prodigia magna in* 10 *populo,* utpote qui ab egrotis mentibus morbos invisibiles propellebat, miro satis et memorabili[e] modo naturam humanam conservans, cum interiorem hominem, tametsi[f] corpus debile esset, spiritualis medicus intus secaret, intus ungeret, intus sanaret. Curabat ergo omnes, si qui essent 15 claudi propter incredulitatem, ceci propter ignorantiam, surdi propter duriciam cordis, muti propter impericiam legis, manci[g] propter avariciam, scabiosi propter detractionem, cardiaci[h] propter invidiam, putidi[i] propter libidinem, stomatici[k] propter castrimargiam[l], colerici[m] propter 20 crapulam, ydropici[n] propter ebrietatem, et si qua sunt alia, que miseram animam dira contagione coinquinant. Similiter[o] et eos, quos ira freneticos, odium kefalargicos[p], error scotomaticos[q], impietas insanos, superbia epylenticos[r], secordia[s] lethargicos fecerat, cunctasque mentis erronee 25 passiones tam penitentie[t] chyrurgia[u] quam consolationis malagmate saluti restituebat. Sane quia hec sunt vicia, que naturam nostram corrumpunt et faciunt homines apostatare[v] ab[w] ineffabili divinitatis essentia, ideo[x] non inmerito fuisse dicitur beatus Bonifacius signorum atque magnalium[y] ammi- 30 rabilis operator, quandoquidem sepissime eos doctrine medicamento curabat, qui nullis aliis argumentis quelibet remedia consequi poterant.

(21). Quodsi ad solam corporum[z] salutem attenditis et eos angelis equiparatis, qui membrorum debilitates ieiuniis 35

III. *Capp.* 19—21. 1. *2a. b.*

a) sacros 1. b) circumeunt (*2a*); circuerunt *2b*. c) *ita* 1; Inter (iter *om.*) agendo *2a*; (Inter *om.*) iter agendo *2b*. d) *om.* 1. e) mirabili *2a. b.* f) tam si et *2a, corr.;* tam si corpus d. spir. esset m. 1. g) mauri (*2a*). h) cardiati *2a*. i) putridi 1; put:di *2b, corr.* k) *ita rell.;* stomachici *2c*. l) gastr. (*2a*); castrimergiam *2b*. m) coleri *2b*. n) ydropiti *2a*. o) militer *in ras. 2b;* autem *add. 2a*. p) *ita 2b;* kefalargitos *2a*; kefaleficos 1. q) stomaticos *2a. b.* r) *ita* 1; epilenticos *2a. b (cf. SS. R. Merov. I, 944; Guil. Schulze, Orthographica I, Indices lectionum Marpurgensium per sem. aest.* 1894*).* s) socordia 1. t) penitente 1; *versu ex. om. 2b*. u) chirurgia *2b*; cyrurgia 1. v) apostotare *2a. b.* w) a Deo *pro* ab i. d. ess. *2a. b cum Eccli.* 10, 14. x) que *add. 2a. b.* y) magnorum mirabilis 1. z) corporis *2b*. 40 45

et orationibus integritati restituunt, magnum quidem est quod dicitis; sed hoc sanctis quodammodo et medicis commune esse crebris remediorum manifestatur eventibus. Nam et[a] David, licet a Deo electus, insaniam tamen regis Saul (*cf. 1. Reg. 16, 23.*)
5 medicinali arte mitigasse probatur, et Pytagoras[b] fertur quendam freneticum naturalibus exercitiis[c] ac fomentis suavibus, addita melodiarum dulcedine, curavisse[d. 1]. Sed enim in hiis talibus oportet quemlibet miraculis sublimem magna se ipsum circumspectione munire, ut nec iactantia emergat
10 nec appetitus laudis surripiat, ne forte, cum alios, cooperante sibi virtute[e], sanaverit, ipse suo vicio vulneratus intereat. Unde eciam[f] nobis illa dominica[g] sententia non sine terroris pondere vel[h] formidine meditanda est, qua[i] eos qui virtutibus gloriantur in iudicio se puniturum esse premonuit,
15 dicens: *Discedite*[k] *a me omnes operarii iniquitatis, quia nescio vos.* (*Luc. 13, 27.*)

(22). In illo itaque die securi erunt[l] apostoli, qui hic inter infirmos discurrentes et magna operantes infirmitatem suam semper ante oculos habere studuerunt. Securitate pocientur martires, confessores et[e] virgines, eodem se
20 humilitatis precio coram Deo et hominibus estimantes[m]. Securitate gaudebit et ille flos noster pulcherrimus, qui cum Paulo Galliarum apostolus[n] absque temeritate dici potest, beatissimus videlicet Domini confessor et christiani populi fulgor ingens inmobilisque[o] columpna Martinus, qui cum
25 suos Gallos signis et miraculis super omnes pene[p] mortales efferret, ipse tamen[q] pauper et modicus, acsi quidam celestis erinacius vere petram refugium habens[r], in ea se ab[s] omni arrogantia et ab omni huius seculi vanitate servabat.

(23). Neque vero[t] erit huius securitatis expers martyr[u]
30 precelsus et inter optimos numerandus, torrens sacri eloquii[2]

III. *Capp.* 21—23. 1. *2a. b.*

a) *superscr.* 1. b) Pitagoras 1; Phitagoras *2b.* c) exerciis 1; excerciis *2a. b.* d) curasse 1. e) *om.* 1. f) n. eciam *2b*; nobis *in marg. suppl. 2a.* g) divina *2a.* h) vel f. *om. 2a. b.* i) quia *pr. m. 2a.* k) Discite 1. l) ap. (erunt *versu ex.*
35 *suppl.*) *2b.* m) estimamus *2b.* n) *corr.* apostolo *2b.* o) que *versu ex. om.* 1. p) fere *2b.* q) *versu in. bis scr. 2b.* r) h. in ea se sub arrogancia *in litura 2b;* in *om. 2a (non 2c).* s) ab omni *om.* 1. t) *in ras. 2b.* u) (mar *del.*) preselsus martyr *corr.* m. pr. 1.

1) *Auctor nescio an verba Isidori, Etym. IV,* 13, 3 *(l. l. III,* 188*)*
40 *legerit:* Porro musica incognita illi *(medico)* non erit; nam multa sunt, quae in aegris hominibus per hanc disciplinam facta leguntur, sicut de David legitur, quia a spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Asclepiades quoque medicus phreneticum quendam per symphoniam pristinae sanitati restituit; ***sed Pythagorae ille minime***
45 ***meminit.*** 2) *Cf. V. Germani Autissiod. auct. Constantio (AA. SS. Iul. VII,* 215*) de Hilario episc. Arelat.:* torrens caelestis eloquii.

Bonifacius. Qui cum Germanie provincias horrendis flagiciorum tenebris obsitas magno virtutum[a] lumine[b], sexies eam[c] lustrans eundo Romam et redeundo[c], illustrasset, Fresiam[d] autem[e] rapidis[f] undarum circumfrementium[g] estibus naufragantem[h] tercio liberasset, ad ultimum vero Dockingam[i] 5 villulam[k] martirii sui sanguine consecrasset, numquam dyabolo cessit, ut sese ostentaret, numquam a Martino[l] suo dissensit[m], ut humilitatem amitteret; quin immo in omnibus eius vestigia sequens, ita[n] in terris conversatus est[o], ut mente in[p] celestibus habitaret, ubi nunc[q] feliciter manens 10 gaudio perhenni tripudiat cum hiis, *qui amicti sunt stolis albis* et *sequuntur agnum quocumque ierit*, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen*.

Apoc. 7, 13. ib. 14, 4.

*) *Codices 2a. b. c addunt:*

Numerus quoque sanctorum martirum, qui[r] cum beato 15 pontifice Bonifacio passi sunt pro Christo, quinquaginta duo[s]. Sed corpora s a n c t o r u m martirum a fidelibus Christi collecta sunt, et in navim cum beato pontifice Bonifacio immissa, felici gaudio cursuque prospero usque Traiectum pervenerunt. Illic cum ymnis et psalmodiis 20 suscepta et in ecclesia, que est in honore sancte Trinitatis consecrata, cum omni timore et veneracione sepulta. Hiis in locis, videlicet[t] Traiecto, Fulde n s e, Dockinge, in signis et virtutibus per sanctorum martirum merita fideli populo divinitus prestantur beneficia, crescente fide catholica per[u] 25 Christum in secula. Amen[v].

V. III. Bonifatii c. 12. ib. c. 13.

III. *Cap.* 23. 1. 2*a*. *b*. *Nota.* 2*a*. *b*. *c*.

a) virtutis 1. b) : lumine, *ras.* f 2*b*. c) eam — redeundo *om.* 2*a*. *b*. d) Frisiam 2*b*. e) *versu ex. om.* 1. f) rabidis 2*a*. *b*. g) circumferencium 2*b*. h) naufragante 2*a*. i) Dockinga 2*b*. k) villam 1. l) martyrio (suo *om.*) 1. m) discessit 2*a*. n) ut 30 *add.* 2*b*. o) *om.* 2*b*. p) *superscr.* 2*a*. q) tunc 1. r) cum qui 2*a*, *corr.* s) fuerunt *add.* 2*c*. t) Tr. v. 2*b*, *corr.* u) Iesum *add.* 2*c*. v) *om.* 2*b*. *c*.

IV.

VITA TERTIA BONIFATII.

INCIPIT[a] PASSIO SANCTI[b] BONIFACII[c] EPISCOPI[d] ET MARTYRIS ET[e] SOCIORUM EIUS.

5 (1)[f]. Postquam gens Anglorum inclita[1] per sancti Gregorii Romanae[g] urbis pontificis dogmata christiani nominis perceperat fidem, quae longe ante totum divulgata fuerat per orbem, eiusdem gentis quam plurimi divini amoris in tantum accensi sunt igne salubri[h], ut 10 non solum huius mundi divitias[i] contempnerent, verum etiam parentes[k] patriamque relinquerent. Hec etenim in[l] agendo imitati sunt veritatis[m] vocem dicentis in euangelio: *Si quis reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros* 15 *propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit.*

cf. Eccli. 47, 17.

Matth. 19, 29.

(2). De quorum numero fuit quidam vir nomine Winfrid[n], ab ipsis cunabulis Deo devotus nobilique[2] prosapia Anglorum oriundus[o], qui[p] iuxta vocem[q] domi- 20 nicam dicentem: *Qui non renuntiat*[r] *omnibus quae possidet, non potest esse*[s] *meus discipulus,* pro Dei amore postpositis omnibus, aeternae vitae premia largiturum non minus opere quam fide secutus est Christum. Ipse etenim omnem terreni honoris ambitum[t] refutans paren-

Luc. 14, 33.

25 IV. *Capp.* 1. 2. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

a) *om.* 2*b*. b) beati 1*b*. c) Bonefacii 1*a*. d) *ita* 1*a*, 2*a*; ep. et m. *om.* 1*b*, 2*b*, *c*. e) *ita* 1*b*, 2*c*; sociorumque eius 2*a*; et s. eius martirum, quod est Nonis Iunii 2*b*; et s. e. *om.* 1*a*. f) *capita ipse distinxi.* g) Romani (u. *om.*) 2*a. b. c.* h) salubre *pr. m.* 2*c*. i) delicias 1*b*. k) patriam parentesque 1*a. b.* l) *eras.* 1*b*. 30 m) vocem ver. 2*a. b.* n) Winfridus 1*a* (*non* 1*b*). o) *sequuntur* 4 *litterae erasae* 1*a*. p) Is 1*a*. q) dom. v. 1*a* (*non* 1*b*). r) renunciaverit 2*a*. s) meus esse 1*b*. 2*a*. *c* (*non* 2*b*) *cum Vulg.* t) ref. amb. 1*b*.

1) *Prologus Legis Salicae I. incipit:* Gens Francorum inclita. 2) *Cf. martyrologium Fuldense (supra p. 59, 7):* de Anglorum gente nobilem 35 ducens originem.

tumque familiaritatem derelinquens[a], elegit esse[b] sibi pauper et peregrinus in hoc seculo, ut coheres ac[c] particips sanctorum mereretur[d] fieri in futuro. Hec ut vir sanctus mente sibi proposuit, haud surdus auditor scripturae quae dicit: *Qui audit, dicat: Veni,* quoscumque ad tantae salutis propositum adhortari potuit, blanda exhortatione secum invitavit. Mox[e] Christo comite cum adunatis[f] sibi fratribus spontaneum cepit iter agere.

cf. Iac. 1, 25. *Apoc. 22, 17.*

(3). Peragratis autem illius regni finibus, procellosi maris pervenit[g] ad litus. Illic quoque navim conscendens[h], undosa vada transmeavit[i], et exinde profectus[k], ostia Reni subiit; sed[l] Spiritu[m] sancto duce ad castrum usque perducitur[n] isdem[n*] vir, quod modo Trecht[o], antiquitus nuncupabatur[p] Wiltenburg[1]. Hoc quoque tunc temporis beatus Willibrordus[q] ex supradicta Anglorum[r] gente viriliter rexit et inibi Fresonicae[s] genti[t] iam tunc noviter fidem habenti verbum Domini incessabiliter predicavit. Cum autem ille tantae sanctitatis virum ad[u] se intellexit[v] adventare, confestim de adventu illius[w] exhilaratus[2], cum magno gaudio suscepit illum et honore. Salutaribus etenim monitis eum[x] exhortari ceperat, ut sibi fautor ad opus[3] ewangelizandi existeret et[y] ut, collatis amborum studiis, gentem Fresonicam[s] ab antiqui hostis emanciparent obsequio et Christi subiugarent imperio. Nam illa gens adhuc fide recens et[z] maxima parte diis et demonibus cecato corde serviebat et aeternae felicitatis viam nesciebat. Cuius salubri con-

V. Willib. c. 7.

IV. *Capp.* 2. 3. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*.

Vir autem Dei, divina[d] inspirante gratia, ubique gestiebat verbi Dei semina pullulasse. Gentes adhuc indomitas destinavit adire Fresonum, ut, ritu supersticioso derelicto, cultura ydolorum deposita, verum omnium creatorem Deum colerent. Synodali auctoritate et consensu principis Pippini[3] Lullum Mogontie ordinavit[e], secum primitus ad Thuringeam[f] deduxit et omnibus in illa regione nobilibus illum commendavit, uti fidei catholicae astipulatores ei assisterent[g]. Novissime autem precepto[h] Romani pontificis et consilio venerandi principis Pippini et synodalis auctoritatis licentia et omnium episcoporum et abbatum necnon canonicorum et monachorum omniumque christianorum ad suam diocesim pertinentium profectus est. Sed et Lullum ante iuramento constrinxit, dicens: 'Est quidem animo proficisci, quocumque me divina gratia dirigere voluerit. Nunc autem da fidem, ut, ubicumque obierim, meum corpus ad destinata transferas[4]'. Et ille quidem spopondit se omnia, prout possibilitas sineret, custodire.

V. *Capp.* 6. 7. 1. 2.

a) adiutotores *corr.* adiuratores 1, *et ita* 1*; coniuratores 2; adiutores *Otloh.* b) *add.* ait 1, dixit 2. c) Martyni 1. d) divina:, *ras.* m 2. e) ordinatum 2. f) Turingiam 2. g) existerent 2. h) p̄cepo 1. 1*.

1) Ad Aspertum: 'Maior ursus' *Otloh.* 2) Trutmundum *Otloh.* 3) *Willibaldus c.* 8 *(p.* 45, 8*)*: iam consultu atque consilio gloriosi regis idoneum praeponere ministrum supradicto gregi diffinivit, *et q. s.* 4) *Willibaldus c.* 8 *(p.* 46, 20*)*.

(8). De disceptatione viri Dei cum Stephano papa.

Eodem tempore contigit, Romanos[1] domnum apostolicum Stephanum et servitores sancti Petri insolenter, 5 ut mos eorum est, infestare. Et ob[a] hoc arrepto itinere, insciis illis, sumpto secum gladio*, venit in Franciam[b] ad supradictum principem Pippinum, patrocinia poscens, eo modo, ut cum duobus presbiteris totidemque diaconibus intra conclave unius oratorii[2] in cilicio et cinere 10 una cum antedictis presbiteris et diaconibus in terra iaceret, et per nuntium regem ad se invitavit. Eo quoque veniente, sic inquit Stephanus papa: 'Honor sancti Petri deiectus est et gloria domus eius imminuta est, et ideo patrocinia Francorum et regis eorum querimus'. 15 Et sic producto gladio, dedit ei et in eo, quantum sibi concessa esset, dedit patrocinandi potestatem. Et ille[c], statim[d] missis nuntiis[3], et iniuriam apostolici et temeritatem quam in sanctos[e] audebant[f] vindicavit. Et postea aliquantum temporis in regionibus Francorum demoratus 20 est. Tunc quoque accidit, ut domnus apostolicus Rotgangum[g] ordinaret Metensem episcopum[4]. Qua de re

*) spiritali *add. F.*

V. *Cap.* 8. 1. 2.

a) *ita* 2. *F;* ab 1. 1*. b) Frantiam 1. c) potestat *add., sed eras.* 1; potestas 25 *add.* 1*. d) *om.* 1. 1*. e) sacerdocium *F.* f) audiebant 2, *corr.* g) *ita* 2; R:tgangum, *ras.* o 1; Rutgangum 1*. *F.*

1) *Error hic gravis est, quo* Romani *pro* Longobardis *nominantur; contra hos enim, non contra illos auxilia petiturus Stephanus venit ad Pippinum. Papebrochius.* 2) *Cf. V. Stephani II. c.* 26 *(Lib. pontific.* 30 *ed. Duchesne I,* 447*):* Ibique intus oratorium pariter consedentes, mox ibidem beatissimus papa praefatum christianissimum regem lacrimabiliter deprecatus est, ut per pacis foedera causam beati Petri et rei publice Romanorum disponeret; *Chron. Moissiacense (SS. I,* 293*):* Sequenti die una cum clero suo aspersus cinere et indutus 35 cilicio in terram prostratus, — — Pippinum regem obsecrans *et q. s. (= Ann. Mettenses a.* 753, *ib. p.* 331*).* 3) *Pippinus ipse contra Langobardos profectus est.* 4) *Chrodegangus minime a Stephano episcopus ordinatus est, sed ea dignitate iam a.* 753. *praeditus inter eos erat, qui Stephanum papam in Galliam profecturum ex Italia ad* 40 *Pippinum comitabantur (cf. V. Stephani II. c.* 18. 23, *l. l. p.* 445 *sq.; Pauli Gesta episc. Mett., SS. II,* 268*), cumque a.* 766 *(Mart.* 6*) vita defunctus annos* 23 *et menses* 5 *et dies* 5 *sederit (Paulus l. l.), iam a.* 742 *(Sept.* 30*) episcopus factus est. Fabula inde orta videtur esse, quod Stephanus in Gallia commoratus post passionem Bonifatii a.* 754. 45 *Chrodegangum pallio concesso archiepiscopum ordinavit (cf. additamen-*

venerabilis episcopus Bonifatius[a] in faciem ei restitit, dicens, ei non licere suam sedem derelinquere et terminos patrum transgredi et sine consensu episcopi, ad cuius diocesim pertinet locus, quilibet ille est, episcopum ordinare; quod nec decessores eius fecissent nec ęcclesiastica regula docet. Atque in hunc modum in presentia regis — illo contra[b] dicente, apostolica auctoritate fecisse — contendentibus[c], Pippinus[d] rex in pace reconciliari[e] eos nitebatur, dicens: 'Non oportet, ut, qui caput ęcclesiae estis, ceteris membris exempla contentionis prebeatis; sed, me inter vos mediante, reconciliari convenit'. Audito igitur eius consilio, ut erat[f] uterque eorum in lege divina eruditus, consenserunt sermonibus eius et[g] in pace reconciliati sunt. Acceptaque benedictione domni apostolici, ad destinata profectus est.

(9). De gloriosa passione viri Dei.

Sicut enim per omnia divina mandata assecutus est, ita, quod quasi de singulari precepto Dominus ex toto corde se diligendum[1] et proximum sicut[h] se ipsum[2] precepit, et[i] custodivit, eandemque caritatem sectando semet ipsum, ut Christus docuit[3], pro amicis suis[i] dedit, quia[k], Fresonum lustrata gente, thesaurum sibi commissum non in sudario ligatum vel in terra suffossum abscondit, sed augmentum in eo querentibus porrigit. Appropinquante autem tempore passionis eius et suis secum clericis sive laicis caute contra insidias adversariorum vigilantibus, nocte eadem lux de caelo tabernaculum, in quo vir Dei gratas[l] Deo tota nocte persolvebat laudes, emicuit et sic in maiorem partem diei perseveravit[m]. Illucescente igitur die[4], exhortabatur

cf. Luc. 19,20. Matth. 25,18.

V. *Capp.* 8. 9. 1. 2.

a) Bonifacius 1*; Bonefacius 2. b) contradic. 1. 1*; econtra dic. *F.* c) contentibus *pr. m.* 2. d) Pyppinus 1. e) eos reconc. 2. f) ut erat *bis scr.* 1. g) *superscr.* 2. h) secut 1. i) *om.* 2. k) *ita* 2; q; 1; q̄ 1*; atque *Jaffé.* l) grates *codd.* m) perseravit. Illuscescente 1. 1*.

tum V. Stephani c. 53, *l. l. p.* 456; *epitaphium Chrodegangi v.* 7, *MG. Poetae I,* 108; *contin. Bedae a.* 754, *supra p.* 60, *n.* 2); *cf. H. Hahn, 'Die Continuatio Bedae' ('Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX,* 1880, *p.* 558 *sqq.*); *Hauck II²,* 53; *Tangl, 'Das Todesjahr des Bonifatius' (l. l. p.* 245 *sqq.*). 1) *Deut.* 6, 5. 2) *Levit.* 19, 18. 3) *Ioh.* 15, 13. 4) *Willibaldus c.* 8 (*p.* 49, 11): Cum autem praedictus dies inluxisset.

suos, dicens: 'Viri[1] fratres, fortes estote animo', quatenus, quando diu optata dies[2] veniret, parati essent. Nec mora[a], irruentibus[3] contrariis et ipsi interdicenti bellum[4], Hildibrant[b, 5], qui suae mensae minister erat, 5 semicalciatus se in pessum dedit. Et post eum frater eius Hahmunt[c] diaconus[6], statim ut egressus fuerat e tentorio, occubuit; deinde alii atque alii, sicut hystoria passionis eius narrat[7]. Ad extremum ipse episcopus martyrio coronatus, proprio sanguine infusus, palmis ad 10 celum erectis, obiit. Statimque in ipso tempore, ut sanctus vir pro Domino carne occubuit, Traiectensis ęcclesiae clerici cum suo episcopo rapuerunt[8] sanctum corpus et voluerunt illud omnino apud se[d] retinere[9]. Quod cum Lul[e] compertum habuisset, congregata mul- 15 titudine orientalium, venerabilium virorum, clericorum, monachorum simulque et[f] laicorum, condicto ieiunio, cum psalmodiis et orationibus perrexerunt[10] et cum vi[11] sanctum corpus abstulerunt honorificeque ad Mogontiam tricesimo passionis die detulerunt[g, 12].

20 (10). Quod vulnera eius quasi recentia sanguinaverunt.

Cumque corpus viri Dei ex more lavatur, quasi noviter facta vulnera eius sanguinem profuderunt[13]. Sed

V. *Capp.* 9. 10. 1. 2.

25 a) maiora 1. b) Hyltibrant 1. c) Hathmunt 2. d) *om.* 1. 1*. e) *m. al. corr.* Lullus 2. f) *superscr.* 1; *om.* 1*. g) tulerunt 1. 1*.

1) *Willibaldus c.* 8 *(p.* 50, 5*):* Viri fratres, forti estote animo. 2) *Ib. (p.* 49, 27*):* diu optatus adest dies. 3) *Ib. (ib. l.* 15*):* astata ac scutata inruerat multitudo. 4) *Ib. (ib. l.* 23*):* pugnae interdixit 30 certamen (*l.* 25. bellum). 5) *Eius antea nemo mentionem fecit.* 6) *Eius Willibaldus p.* 48, 3. *meminit.* 7) *Auctor de Willibaldo cogitasse videtur.* 8) *Cf. V. Sturmi auct. Eigilo c.* 15 *(SS. II,* 372*):* Episcopo vero et ceteris quam pluribus cum eo martyrio coronatis, ex superiore Fresonia, a Trieht scilicet coenobio, fideles 35 venientes fratres, rapuerunt corpora sanctorum martyrum, *cet. Episcopus Traiectensis nullus eo tempore erat.* 9) *Willibaldus c.* 8 *(p.* 53*); V. Sturmi c.* 15. 10) *Lullum ipsum minime Traiectum profectum esse, e Willibaldo intellegitur, neque auctorem Moguntinum id indicare voluisse certum habeo (cf. Holder-Egger, Lamperti Opera p.* 320, *n.* 2*).* 40 11) *Neque Willibaldus neque Eigil de vi adhibita rettulerunt.* 12) *E Willibaldo c.* 8 *(p.* 53*):* Sicque statim redditum est corpus et — — cum psalmis hymnisque honorifice ablatum ac — — tricesima obitus sui die perductum est ad civitatem supradictam Magontiam. 13) *Cf. Hrabani carmen n.* 57 *(MG. Poetae II,* 220*).*

et Lul[a] lotia[b, 1] in testaceum vas collocavit et sub terra fodit in loco, ubi nunc sancti Bonifatii[c] ęcclesia constructa manet[2], a septentrione ęcclesiae, quae nominatur baptisterium Iohannis[d, 3]; in qua usque hodie, ut ferunt, vestimenta in quibus passus est in archa lignea iacent. In eadem quippe civitate, ut accole illius putant, nusquam, exceptis martyrum corporibus, tam magna sanctitas claret ut in supradicta ęcclesia. Multi etenim tunc[e] fuere, qui cupiebant sanctum corpus ibidem remanere. Lullo autem retinenti[f] reminiscentique iuramenti[4], apparuit, ut dicunt, sanctus cuidam diacono nomine[g] Otperaht, dicens ad eum: 'Dic', inquit, 'Lullo, ut meum corpus ad locum requietionis[h] meae transferat'. Multis ergo hesitantibus et non credentibus[5], Lul archiepiscopus[i], congregata multitudine reliquiarum, et[k] fecit eum iurare, quod ita se haberet, sicut referebat. At ille, extensis utrisque brachiis super altare et reliquias, orabat Dominum et sanctos eius, quorum reliquiae ibi presentes erant, se ita adiuvare, ut verum esset quod dixerat[l]. Tandem credentibus cęteris, Lullus archiepiscopus transitum viri Dei ultra Renum honorifice parabat.

(11). Qualiter corpus eius translatum est de Mogontia ad Fuldam.

Postquam ergo Lullus archiepiscopus[m] sanctum corpus lavit et in sindone involvit, convenientibus[6] omnibus

V. *Capp.* 10. 11. 1. 2.

a) Lullus 1. 1*. b) lota *F.* c) Bonifacii 1*. 2. d) sancti Iohannis Baptiste *F.* e) tun(c *in ras.*) 2. f) *ita codd.* g) n. Othprat *F;* n. Otp. *om.* 2. h) requiecionis (requitionis 1) me tr. 1. 1*. i) episcopus *F (non infra l.* 20*).* k) *om.* 2. l) dixerant 2, *corr.* m) episcopus *h. l.* 2 *cum F (non infra p.* 103, 13*).*

1) *Lotium, aqua unde aliquid lavatum est. Carpenterius.* 2) In Mogontia civitate in capella sancti Bonifatii *a.* 823. *manumissio facta est (Dronke p.* 187, *n.* 417*).* 3) *De qua cf. Rettberg I,* 581*; Schaab l. l. II,* 306 *sqq.* 4) *At cf. V. Sturmi c.* 15 *(SS. II,* 373*):* Interea vero dum in hunc modum contenderent et Lullus episcopus civitatis illius omnimodis voluisset prohibere, ne beati martyris corpus ad solitudinem perveniret, nocte per visionem cuidam diacono sanctus adstitit episcopus: 'Cur me', inquiens, 'tardatis ad locum meum Fuldam deferre? Surgite', ait, 'cito et propere me in solitudinem ad locum quem mihi praedestinavit Deus perducite'. 5) *Aliter Eigil l. l. (p.* 373*):* Nimio tunc omnes terrore correpti, ultra sancti martyris inde transitum contradicere timuerunt. Lul tamen, qui illic erat episcopus, revelationem sancti martyris credere prius nullatenus voluit, quam is qui visionem viderat manum sacro altari imposuisset et cum iuramento hoc quod viderat confirmasset. 6) *Willibaldus*

presbiteris, diaconibus et omni clero necnon fidelibus laicis, qui ultra Renum habitant[a], in unum, levatum est[1] in feretro leviori, ut ferunt, ad navim onere, quam antea de nave portarunt[b]. Et tanta multitudo hominum naviumque tunc aderat, ut Renum operiret, eorum quippe, qui ad translationem sancti viri convenerant. Et sic cum ymnis et psalmodiis utrasque implevere ripas, usque dum obviam haberent cum coniugibus et liberis omnem nobilitatem[c] orientalium. Egredientibus igitur de navi Lullo et comitibus eius, statim miscentibus se turbis, ingens luctus attollitur alii[d] pre gaudio atque fidei puritate, alii pro merore et dolore. Exin[e] levantes loculum Lullus archiepiscopus et qui ei in obviam venerunt; citeriores autem, transnatata[f] amne Reni, redierunt in sua. Sic quoque prospere per omnia, Domino dirigente necnon gubernante, agentes, ut in omnibus locis, in quibus contigit meridiare sive noctare[2], signa crucis imprimerent ac triumphatorem omnium in suo agonitheta[3] triumphantes; sed et in quibusdam eorum locis nunc ȩcclesiae constructe cernuntur. Dum autem ventum est ad[g] introitum silvae Bochonie[h], mulieres revertentes ad propria, viri quoque comitabantur usque ad locum, quo ultimum decreverat corpus expectare iudicium.

V. *Cap.* 11. 1. 2.

a) habitabant 2. b) porta:::: *corr.* portaretur 2. c) nobilium or. Francorum exercitum *F.* d) aliis flentibus pre — aliis pre *F.* e) Exin̄ 2. f) *ita* 1*; trasnatata *corr.* trasnatato 1; transnatato 2. g) *ita* 2. *F;* adiutorium silve 1. 1*. h) Bochonye 1; Buchonie *F.*

c. 8 *(p.* 41, 6*):* Convenientibus in unum episcopis ac presbiteris, diaconibus atque clericis omnique gradu ȩcclesiastico. 1) *Cf. Eigil l. l.:* Tum vero secundum Domini potentiam — — beati martyris corpus cum summo honore levatum est atque cum spiritali carmine ad flumen portatum et navi impositum et usque ad Hohheim villam *(adhuc Hochheim, 'Landkreis Wiesbaden'),* quae in ripa Moyn consistit, navigio transvectum est. 2) *Cf. Dronke, Traditiones et antiquitates Fuldenses,* 1844, *p.* 102 *(c.* 42, 1*):* Walpraht de Nitahe tradidit Deo et Sancto Bonifacio hubam unam in villa Caltebach nuncupata *(Kalbach prope Bonames, 'Reg.-Bez. Wiesbaden, Obertaunuskreis')* et illum agrum, in quo fons ebullit pro perpetuo hoc signo, eo quod corpus supradicti martiris per noctem ibi stetit eo tempore, quando peracto martirio Fuldam cum triumpho perductum est; *charta Gotfridi de Eppenstein a.* 1334 *(H. B. Wenck, 'Hessische Landesgeschichte II, Urkundenbuch' p.* 336, *n.* 327*):* 'zu Crutzen in die kirchen, da sant Bonifacius inne rastet'. 3) *I. q. athleta, agonista.*

(12). De[a] mirabili piscatione.

Fuit quidam[b] monachus eodem tempore nomine Ritant, frater[c] Wolfmari piscatoris, qui et ipse piscator. Cui ab[d] abbate suo[e] Sturmione[f] preceptum est, ad[g] adventum hospitum[h] tunc venientium[i], quia adhuc preter lac et butyrum et caseum non multe delitie ibi[k] fuerant, ut piscibus congregatis susceptio[l] previderetur[m]. Tunc supradictus frater Ritant[n], sciens locum propter edifitium qui[o] nominatur vulgarice Aucarum-domus[p, 1], ubi sibi numquam pisces deerant, illuc[q] propere precepto[r] obediens ad lacum cucurrit. Ut[s] ad paululum iam dicta contingam, tempore adventus sancti corporis, dum se aptavit extendere lina, subito omnes qui in lacu erant supini in superfitie aquarum ostendebantur pisces[2], eodemque momento in inferiore parte fluminis audiebat collectam[3] a[t] cantante cantare[u], quo sanctum corpus super pontem portabatur. Et ita nichil laboriosius[v] in piscatione agebat, nisi tantummodo colligendo et naviculam implendo[w]; ad huius diei hospitibus sufficientem[x] pastum ad monasterium[y] secum detulerat. Hoc signorum de multis, que per sanctum martyrem Bonifatium[z] divina virtus dignabatur ostendere, post martyrium eius in eodem loco initium erat[a].

(13). Postea[b] igitur Willibaldus[c] vitam conversationemque viri Dei necnon et passionem[d], quia adhuc

V. *Capp.* 12. 13. 1. *F (c.* 28. 29*)*.

a) De mirabili — *p.* 105, 6 appareret *om.* 2. b) F. in eodem t. in Fuldensi cenobio qu. m. n. *F.* c) piscatoris officium gerens *pro* frater — piscator *F.* d) *ita F; om.* 1. 1*. e) venerabili viro *add. F.* f) *ita F;* Sturmyone 1. g) ob *F.* h) cum gleba sancti martiris *add. F.* i) adventancium *F.* k) *ita F; om.* 1. l) subceptio 1, *corr.* m) provid. At (s. fr. R. *om.*) sciens *F.* n) *ita* 1*; Rytant *hoc loco* 1. o) *ita F;* quod 1. p) aucarium d. 1. q) illc 1; i. prop. *om. F.* r) patris *add. F.* s) et ut p. *F.* t) a c. *om. F.* u) *ita* 1. 1*. *F.* v) n. omnino laboris *F.* w) ut *add. et infra* deferret *F.* x) *ita* 1*; sustitientem 1; sufficienter *F.* y) *ita* 1*. *F;* ministerium 1. z) Bonifacium 1*. *F.* a) fuit *F.* b) Post hec ego Willibaldus episcopus vitam conv. beati martiris Bonifacii necnon *F.* c) *ita* 1*. *F;* Willybaldus 1. d) eius *add. F.*

1) *Aucarum, anserum (Ital. 'oca', Gall. 'oie').* 2) *Narratiuncula eadem fere iam in Vita I. Pirminii c.* 10 *(SS. XV,* 30*) relata est:* Et tunc clemens Deus in adventu sancti Bonifacii recordatus est populi ex itinere fatigati, quia, qui aliquando in deserto alite multo pavit populum innumerum, istic ab amne ibi fluente piscium multitudinem ebullire fecit, ita ut populus ex itinere lassus et fame constrictus copiosam abundantiam sibi recepisset, et de Dei misericordia laeti atque iocundi redierunt ad propria. 3) *I. e. orationem; cf. Du Cange (ed. Henschel II,* 431*).*

multi supererant, qui eidem passioni interfuerunt, conscripsit[a] in loco, qui dicitur sancti Victoris ecclesia, in conclavi[1] unius cubiculi, primitus in ceratis tabulis ad probationem domni Lulli et Megingaudi et[b] post 5 eorum examinationem in pergamenis rescribendam, ne quid incaute vel superfluum exaratum appareret.

Supradicta[c] autem sancti[b] Victoris ęcclesia extra murum Mogontiae[d] sita[2] a succedentibus episcopis honorabiliter adaucta refertur. Lullus enim et Rabanus[3] illic vacabant orationibus. Willigisus[4] autem beatae memoriae pater[e], mediante domno[f] Burchardo camerario urbis[5] et preposito Sancti Victoris, suppremam eidem ęcclesiae, divina gratia inspirante[g], imposuit manum, novum et egregium ibi constituens monasterium et viginti canonicorum[h] in Dei servitio constituens pervigili cura obsequium[6]. Eiusque ęcclesiae dedicationem ob memoriam beati patris Bonifatii[i] ipsius passioni continuavit[7], presente tertio Ottone[k] imperatore, qui et ipse suo predio in Turingia[l] sito 997. ęcclesiam eandem, sub impressione cyrographi dote[m]

V. *Cap.* 13. 1. 2 *(a l. 7)*. *F (c. 29)*.

a) cum scripsit 1. 1*; conscripsi *F.* b) *om. F.* c) *redit* 2. d) Moguncie *F.* e) episcopus *F.* f) domino 1. g) imspirante 1. h) canicorum 1. i) Bonifacii 1*. 2. *F.* k) *ita* 2. *F;* Othone 1. l) Thur. *F.* m) *ita* 1. 1*. 2; dotans (conf. *om.*) *F.*

1) *Cf. p.* 99, 9. 2) *Cf. diploma Ottonis III. (v. p.* 106, 8*):* aeclesiae sancti Victoris martiris extra murum eiusdem civitatis constructe. *Ecclesiae primum a.* 797. *in charta mentio fit, qua Uto monasterio Fuldensi cum alia donavit tum* vineam foris muro civitatis *(Moguntinae)* non longe ab aecclesia sancti Victoris *(Dronke, Cod. dipl. Fuld. p.* 80, *n.* 143*).* 3) *Sedit a.* 847—856. 4) *A.* 975—1011. 5) *Cf. V. Burchardi episc. Wormat. c.* 2 *(SS. IV,* 833*; Boos, Monum. Wormatiensia,* 1893, *p.* 103*):* Ergo religiosissimus Willigisus archiepiscopus sanctam hominis Dei intelligens meditationem, sibi familiarissimum elegit et suae camerae magistrum ac civitatis constituit primatem; *cf. C. Hegel, 'Chroniken der deutschen Städte' XVIII,* 2, *p.* 30. 6) *Cf. ib. c.* 2*: (Burchardus)* ad diaconatus ordinem ab archiepiscopo Willegiso sublimatus est et loco cuidam pauperrimo praepositus est. Hunc ergo locum, archiepiscopo adiuvante, summo nisu statim adauxit totisque viribus decoravit. Nam egregium monasterium simul et claustrum canonicorum in honore sancti Victoris extra muros Moguntinae civitatis construxit, positisque ad electionem fratrum claustri primatibus, cursum certis temporibus ac signis decantari servarique praecepit. 7) *Dedicavit igitur ecclesiam die* 5. *mensis Iunii. Jaffé.*

confirmans, ditavit[1], regnante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus[a] per omnia secula seculorum. Amen[b].

EXPLICIT[c] PASSIO SANCTI BONIFACII EPISCOPI ET CONFESSORIS. 5

V. *Cap.* 13. 1. 2. *F* (*c.* 29).

a) in *pro* Deus per omnia 2. b) *om.* 2. c) *subscr. om.* 2.

1) *Die* 17. *Iulii a.* 997; *cf. diploma ed. Sickel, MG. Dipl. II,* 667 (*n.* 251).

VI.

E VITA QUINTA BONIFATII.

INCIPIT PASSIO[a] SANCTI[b] BONIFACII[c] EPISCOPI ET[d] SOCIORUM EIUS.

(1)[e]. Beatus igitur Bonifacius, genere[f] Anglus[g], cum adhuc[h] puerulus quinque scilicet annorum metam attingeret, labentia cuncta spernere et divinis se cępit legibus mancipare, monasticam quoque vitam toto mentis desiderio suspirare. — — — — *(Willibaldus c. 1, p. 4.)*

(9). — — — Hos omnes[1] postquam ad canonicae institutionis normam correxit, ad Franciam[i], fratribus se comitantibus, iter flexit. Ibi predictum regem Fresonum[k] a Karolo occisum[2] comperiens, occasionem diu optatam sibi tunc successuram, ingenti efferebatur gaudio, illucque toto animi divertens desiderio, quae prius optaverat voto, effectu implevit promptissimo. *(ib. c. 5, p. 23.)*

(10). Claruit eodem[l] tempore[3] apud Traiectum[m] Fresie metropolim eximius presul Willibrordus, qui sub Pippino, Karoli patre, a Brittania[n], solo ipsius natali, causa predicationis Fresiam est aggressus. Quae dum paganicis adhuc ritibus cum rege suo Radbotone[o] sorderet, visum est Dei viro, ut predictum *(Alcvini V. Willibrordi I, 5.)*

VI. *Capp.* 1—10. 1. 2. 3.

a) vita 1. b) *om.* 2. c) Bonefacii 1. d) et s. eius *om.* 1. e) *capita in solo codice* 3 *distincta sunt; numeri desunt codd.* f) genera 3, *corr.* g) Angl(us *in litura*) 2. h) aduc *pr. m.* 1. i) Frantiam 3. k) Frenosum 1. l) eo 3. m) Uztreht *superscr.* 2. n) Brittannia 2. 3. o) Radbotonę 1; Radebotone 3.

1) *Thuringos.* 2) *Cf. infra c.* 11. 3) *Ita Vita III. Willibaldi c.* 16 *(SS. XV,* 103*):* Claruit et eodem tempore in Teutonicis partibus, *cet.*

V. Willibrordi I, 5. regem[1] Francorum adiret secumque prestolaretur, donec Dei[a] dispositione aliqua occasio[b] voti se ostentaret.

ib. c. 13. (11). Mortuo igitur[c] Pippino, Karolus in regnum successit moxque[d] Fresonum regem hostiliter invadens[e] occidit[2], Willibrordum tantae segeti[f] messorem apud Traiectum[g] presulatu sublimavit. *Willibaldus c. 5, p. 24.* Igitur, ut ad supradicta redeamus, dum triumphum regalem et presularem Willibrordi promotionem comperisset, vir Dei Bonifacius, sciens etiam messem[h] inibi multam, operarios vero esse[i] paucos, predicto archipresuli coniunctus per tres annos predicando cooperator eius est[k] factus. — — — — — —

ib. c. 7, p. 36. (17). — — — Iterum pro familiaritate pontificis apostolici presul Bonifacius tercio Romam venit benigneque ab eo susceptus aliquanto tempore sanctorum loca circueundo[l] in eadem provincia cessavit.

Vita III. Willibaldi c. 16. ib. c. 1. (18). Interea[3] fama beati Willibaldi apud Cassinum ad instar angelicae sanctitatis monachicam vitam degentis[m] huius sancti viri[i] aures applicuit, qui genere itidem Anglus[n] sanctoque Bonifatio[o] cognatus post longas peregrinationis afflictiones[p], ut contemplationi vacaret, illuc se contulit. De quo beatus Bonifacius papae suggerens rogavit, ut, quam primum se occasio ostentasset, sibi eundem dirigere curasset, ut in novella messe sibi cooperator extitisset[q]. Qui tam laudabile eius desiderium approbans, petentis voto satisfecit virumque Dei *Willibaldus c. 7, p. 37.* sibi[r] missurum promisit. Sed dum beatus archipresul relicti ovilis curam gerens repatriare desiderasset et a papa cum muneribus ac[s] sanctorum reliquiis honorifice ditatus recessisset, infra Ticinum Italiae oppidum cum Liutprando[t] Longobardorum rege, die[u] iam in

VI. *Capp.* 10—18. 1. 2. 3.

a) ei 3. b) occasione (voti *om.*) 3. c) ergo 3. d) que *om.* 3. e) invasit 3. f) segetis 3. g) *m. al. superscr.* Uztricht 2. h) ibi multam messem 3. i) *om* 3. k) f. est 3 *cum Willibaldo.* l) circuendo 3. m) agentis 3. n) Angl(us *in litura*) 2. o) *ita hoc loco* 3; Bonifacio 1. 2. p) aflict. 1. q) existeret 3. r) miss. sibi 3. s) et 2 *cum Will.* t) Liutprado Longbard. 1. u) *ita* 3; *om.* 1. 2.

1) Ducem *recte Alcvinus, V. Willibrordi I,* 5 *(ed. Jaffé, Bibliotheca VI, 44).* 2) *Radbodus a.* 719. *mortuus minime a Karolo occisus est, neque ex Alcvini verbis I,* 13 *(ib. p.* 49*)* devicto Rabbodo *id concludere licebat.* 3) *Sequentia e Vita III. Willibaldi c.* 16 *(SS. XV,* 103*; AA. SS. Iulii II,* 516*) pendent, paucissimis verbis e c.* 1 *(ib. p.* 512*) additis.*

Willibaldus c. 7, p. 37. occasum vergente, sicut prius menbra senio et itinere fessa recreabat. Inde digrediens Baioariae[a] incolas visitavit, — — — — — — — — — — — — — — — — — — eandem provintiam in quatuor divisit parrochias. *ib. p. 38.* Quarum uni episcopum nomine Iohannem in loco Salzburch[b] dicto primitus prefecit, secundus Erimbertus[c] Frisingensis[d] ęcclesiae principatum suscepit, tercius Gaibaldus in Regina civitate pastorale[e] excubitoris magisterium subiit; quartae diocesi, cuius principatum apud Eihstat[f] esse decrevit, ideo superspeculatorem[g] imponere[h] distulit, quia promissionem, quam a papa de missione beati[i] Willibaldi perceperat, cottidie effectu impleri speravit. Igitur apud Baioariam[k] christianitatis ordine rite peracto, ad proprias ęcclesias rediit suumque ovile a luporum morsibus sanatum reddidit. — —

(21). — — — Horum uni[l] Willibaldo[m] a papa *ib. c. 8, p. 44.* sibi directo[n. 1] suae gubernationis parrochiam in Baioariae[a] finibus apud Eihstat[o] commendavit, alteri autem nomine Burchardo[p] officium pastorale in loco qui dicitur Wirziburch[q] delegavit, ecclesias vero in confinio Francorum et Saxonum atque Sclavorum suae procurationi deputavit.

(22). Cumque Karlomannus[r] divinae contemplationi se apud Cassinum mancipasset[2], cessante hostium perturbatione, per exhortationem beati[s] Bonifacii Pippinus *ib. p. 45.* cępit synodalia instituta recuperare et suis per omnia consiliis in[t] Domino parere. — — — — — — — — —

(27). — — — Sicque[u] cum psalmis et ymnis honori- *ib. p. 53.* fice ablatum, sine remigantium labore tricesima obitus sui die[v] Mogontiam est delatum. Sed in eodem itinere per merita beati Bonifatii[w] miraculum de metallo factum est priori[3] haut dissimile.

(28). Nam matrona quaedam sub habitu degens *Vita I. Pirminii c. 9.* sanctimoniali in[x] proprio domate sancto Bonifatio[y] Fre-

VI. *Capp.* 18—28. 1. 2. 3.

a) Bauuarie 1. b) *ita* 3; Sazburg 1; Salzpurg 2. c) Ermbertus 3. d) *ita* 3; Frisingensis 1; Frisingiensis 2. e) pastoralis 3. f) Eihsteit est (decr. *om.*) 3. g) speculat. super imponere 3. h) impone 1. i) *om.* 3. k) Bauuariam 1. l) unū 1, *corr.* m) Willebaldo 1. n) decreto 3. o) *ita* 1. 2; Heihstat 3. p) Purchardo 3. q) Wirziburg 2; Wirzeburc 3. r) Karolomannus 1. s) bati 1. t) in D. *om.* 3. u) que *om.* 1. v) *om.* 1. w) *ita h. l.* 3; Bonifacii 1. 2. x) improprio 1. y) Bonifacio 1. 2.

1) *E Vita Willibaldi c.* 17 *(SS. XV,* 103*).* 2) *Haec ex Einhardi V. Karoli c.* 2. *pendere videntur.* 3) *Traiecti facto; cf. Willibald. c.* 8 *(p.* 53, 20*).*

V. Pirminii c. 9. siam proxime visitanti[a] hospitium prebuit cum liberalissima refectione. Quae cum in sui cappella tintinnabulum iocundum[b] emittens sonum haberet, vir Dei, quando reverteretur, sibi id dari rogavit. Quod illa libenti animo se facturam[c] promisit. Igitur cum, agonis sui cursu[d] consummato, ut dictum est, redisset[e] et iter unius[f] diei ad domum supradictae matronae superesset, a primo diluculo, quando sancti[g] corporis gleba levabatur, idem tintinnabulum, angelicis ut credendum est manibus pulsatum, a sono non cessavit[h], donec[i] in locum ubi pendebat sancti huius deponebatur feretrum. Quod miraculum Domino per servi sui merita operante, maiore omnes quam pridem admiratione[k] perculsi, sanctum corpus cum omni reverentia Mogontiam detulerunt indeque, conveniente episcoporum et clericorum cetu, magno laudis tripudio ad Fuldam, ubi adhuc vivens sibi requiem[l] delegit, perduxerunt ibique[m] in ecclesia posuerunt anno incarnationis dominicae septingentesimo[n] quinquagesimo quinto, peregrinationis vero suae quadragesimo.

Willibaldus c. 8, p. 53—55; V. Pirminii c. 10.

V. Pirminii c. 10. (29). Dominus vero per merita athletae sui mira denuo operatus tantam piscium multitudinem ex amne ibi preterfluente fecit ebullire, ut populus, qui ex itinere lassus fuerat et fame, abundanti frueretur tam religionis quam piscium refectione[o]. *Willibaldus c. 8, p. 54.* Omnibus ergo rite[p] peractis, fidei robore confortati, ad sua, bonorum datori[q] Domino gratias persolventes, redierunt[r].

ib. p. 55. (30). Sedit[s] autem sanctus Dei martyr Bonifatius[t] in episcopatu annos triginta VI, menses[u] VI, dies VI et sic, completo ordine supradicto, die Nonarum Iuniarum martyrii triumpho coronatus migravit ad Dominum[v], cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

FINIT[w] PASSIO SANCTI BONIFACII EPISCOPI ET[x] SOCIORUM EIUS.

VI. *Capp.* 28—30. 1. 2. 3.

a) visitati 1. b) *om.* 3. c) facturum 1. d) cursum 1. e) rediisset 3. f) unus 1. g) c. s. 3. h) cessabat 3. i) bonee *(sic) pr. m.* 2. k) admirationẹ̄ 1. l) sepulchrum 3. m) que *superscr.* 3. n) septingesimo 1; septing(entesimo *in litura*) 3. o) multitudine *pro* ref. 3. p) *in ras.* 3. q) datotori *corr.* datatori 1; daturi 3, *corr.* r) redirunt 3, *corr.* s) Sc̄s *in marg. corr.* Sedit 2; Dedit *errore miniatoris pr. m.* 3. t) Bonifacius 1. 2. u) menses — die *in ras.* 3. v) Deum 3. w) *subscr. in imo margine posuit* 3, *om.* 1. x) et s. eius *om.* 3.

VII.

VITAE BONIFATII AUCTORE OTLOHO LIBRI DUO.

INCIPIT[a] PROLOGUS IN VITAM[b] SANCTI BONIFACII ARCHIEPISCOPI[c].

Petitionibus vestris, fratres Fuldenses[d], prout scientiae meae parvitas permisit, parere studui. Petistis enim, ut sancti patris[e] nostri Bonifacii vitam precipuo quidem elegantique, utpote sancti[1] Willibaldi[f], stilo antiquitus editam, sed in locis quibusdam ita infirmo intellectui velatam[g], ut difficile pateat quo oratio tendat, hanc ego sententia apertiori reserarem. Quam nimirum petitionem, inprimis miratus, cur, tot patribus peritis tam inter[h] vos quam circumquaque commorantibus hucusque relictis, mihi imperito et[i] liberalis scientiae admodum ignaro tam arduum opus iniungere vel excogitaveritis, pro nihilo duxi[2]. Deinde, cum quidam[k] ex[l] vobis mihi referret, iam antea pro eodem opere laboratum fuisse apud sanctum Leonem papam[3], ita ut nonnullos libros, unde plenius ad[m] hoc instrueretur, abbas Egbertus[4] scriptoremque simul ei Romam trans-

VII. *Prol.* 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) *ita* 1. 2*a*². *b*. *e*; *praescr.* Inc. pr. libri huius 2*c*; (Incipit *add.* 3) Prologus Othloni (Otūloni 2*d*) venerabilis presbiteri (v. pr. Othl. 3) et (ɩ, *i. e.* 7 2*d*) m̊ (m. 3, monachi *interpretatur Canisius*) sancti Bonifacii cenobii (s. coenobii B. in vitam ipsius 3) 2*d*. 3; *praescr. om.* 2*a*. b) vita: (s. B. arch. *in ras.*) 1; et passionem *add.* 2*e*. c) Moguntini *add.* 2*b*; sociorumque eius *add.* 2*e*; Nonas Iunii *add.* 2*a*². d) Fuldendes 2*c*, *corr.* e) patre 2*a*, *corr.* f) *ita* 1. 2*b*. 3; Willebaldi 2*c*; Williboldi 2*a*. g) *ita* 1; obscuram (: obsc. 2*b*) *rell.* h) *corr.* intra 1, *et sic* 2*b*. *c*. *d*. *e*. i) et libralis (et l. *in ras.* 1) 1. 2*b* (*pr. m.*). k) quibusdam 2*a*, *corr.* l) (ex vestris *pr. m. superscr.*) michi 1. m) instr. ad hoc 1, *corr.*

1) *'Sanctus' Willibaldus vocari non poterat nisi episcopus Eichstetensis, quem etiam Otloh auctorem existimasse videtur; cf. supra p. VII.* 2) *Cf. Otlohi librum de temptatione (SS. XI,* 390*).* 3) *Leonem IX.* (1049—54). 4) *Abbas Fuldensis* (1047—58).

misisset, ipsosque[a] libros, eo defuncto et opere petito minime expleto, ibi remansisse, tunc misertus talium apposui aliquid animum, volens[b] scilicet implere petita, si ulla astipularetur scientia. Cumque diu velle mihi[c] adiaceret, perficere autem in me non invenirem, dicebam[d] vobis, quod vellem quodque nequirem[d]. Sed vos, ut[e] scitis, eadem crebro repetistis, dicentes, si[f] mihi tantummodo solida inesset[g] voluntas, a Domino cętera prestari precibus[h] sancti Bonifacii. Exhortatione igitur[i] huiusmodi sepe incitatus, temptavi tandem vestros inplere precatus, confidens in eo quam maxime, qui dixit[k]: *Aperi os tuum, et ego adimplebo illud,* quique, sicut in paucis sepe victoriam prestans, sic etiam in inperitis peritiam tribuens gratiae suae potentiam ostendit.

Ps. 80, 11.

Haec autem ideo premisi, ne quis me fortuitu[l] tantum opus ultro arripuisse per arrogantiam arbitratus diceret, magnae presumptionis esse causam, illa, quae a quolibet sancto viro utcumque fuerint prolata, ab ullo deinceps quasi emendatore in aliud transferri, quasi non ipsa sanctorum prophetarum sanctissimaque ęuangelii dicta, multis obscuritatibus involuta, a nonnullis scriptoribus in aliam linguam vel in apertiorem[m] sententiam fuerint translata.

His itaque prelibatis contra detractores universos, quibus nihil est dulcius quam alios lacerare, aliis laqueos ponere in via qua ipsi nolunt incedere, iam deinde lectori pandere cupio, quia id mihi maxime fuit studii in opere isto, ut difficilia[n] quaeque verbis apertioribus proferrem, exceptis his, quae ob[o] sui difficultatem et obscuritatem investigare penitus nequivi. In tantum autem faciliora sequebar, ut, sicut probari potest, alicubi eadem verba ponerem. Quid enim nobis infimis, qui *spectaculum facti sumus mundo,* nodosa et perplexa oratio? Habeant amatores sapientiae secularis Tullium; nos imperiti et ignobiles, despecti et contemptibiles sequamur Christum, qui non philosophos[p, 1], sed piscatores elegit discipulos.

1. Cor. 4, 9.

VII. *Prol.* 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) que *om.* 2*a*. b) volvens 1, *corr.* c) adiac. michi 2*b*. d) dicebam — nequirem *om.* 2*a*. e) *superscr.* 2*c*. f) *om.* 1. g) adesset 2*b*. h) *ita* 1; pr. s. Bon. *om. rell.* i) *ita* 1; *om. rell.* k) dicit 1. l) *ita* 1; forsitan *rell.* m) aptiorem 2*c*. n) *ita* 1; sententiam eandem *pro* diff. qu. *rell.* o) *om.* 2*a*. p) philosophus 2*a*, *corr.*

1) *Cf. Gregorii Turon. Virt. Martini I, prol. (ed. Krusch, SS. R. Merov. I,* 586*):* Sed quid timeo rusticitatem meam, cum dominus

Inter haec etiam illud notum facio dilectioni vestrae, quia, cum in[a] ipso libro, quem me explanare petistis, inspicerem plurima tam miraculorum quam epistolarum insignia non haberi, quae in aliis libris inveni, molitus sum ex ipsis colligere et in locis, quae oportuna videbantur, inserere; fortassis enim[b] ille venerandus vir*, qui vitam sancti Bonifacii inprimis scripsit, virtutes eius multas epistolasque nesciens pretermisit[c]. Sed mihi consideranti literas omnes, quas de eo habetis, in nullis maior tanti presulis auctoritas quam in epistolis ab ipso vel ad ipsum directis videtur esse. Ibi namque apertissime inspicitur, quanta veneratione primitus fuerit[d] susceptus a pontifice Romano, qualiterque[e] eum ordinatum miserit ad predicandum cunctis Germaniae populis, quanto etiam labore eandem Germaniam ad fidem Christi converterit, et quod non solum a paganis et hereticis, sed etiam a pseudochristianis et pravis sacerdotibus eam velut a luporum morsibus eripuerit; quantam gratiam a Francorum principibus, Karlomanno[f] scilicet et Pippino[g], obtinuerit, qui, postquam eum ęcclesiae[h] Mogontiacensi[i] presulem decreverunt[k], eandem, quae prius ęcclesiae alteri subdita erat[1], pro illius amore simul et honore metropolim totius Germaniae, apostolico pontifice consentiente[l], effecerunt; quot[m] sedes episcopales statuerit; quae privilegia quibusdam[n] ęcclesiis obtinuerit. Postremo et illud ibi speculatur, quod etiam[o] vobis modo peropus est, quomodo corporis sui locum, cenobium videlicet vestrum, possessionibus et decimis[2] specialibus sublimaverit.

Tanta igitur auctoritas, licet a modernis quibusdam sacerdotibus adnulletur, continget tamen eis in testi-

*) sanctus Willibaldus *add.* 2e.

VII. *Prol.* 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) *superscr.* 2*b*. b) *om.* 1. c) intermisit, *ut videtur*, 1, *corr.* d) f. *post* susc. *in marg. suppl.* 2*c*. e) que *e corr.* 1; que *om.* 2*c*. f) Karolomanno 1; Karlomano *pr. m.* 2*a*. g) Pipino 1. 2*b*. h) M. eccl. 2*c*, *corr.* i) *ita* 2*b*; Mogonciacensi (i *posterior in ras.* 2*c*; *corr. e* Mogoncianensi 2*a*) *rell.* k) decreverint 2*c*. l) consententie 1. m) quod 2*c*. n) quibus 2*b*, *corr.* o) *om.* 2*c*.

redemptor et deus noster ad distruendam mundanae sapientiae vanitatem non oratores, sed piscatores, nec philosophos, sed rusticos praeelegit? 1) *Cf. infra I*, 42. 2) *Decimae in privilegio adulterato Zachariae papae (MG. Epist. III*, 375, *col.* 1*) et in diplomate spurio Pippini (Mühlbacher I*², *n.* 72*) commemorantur, infra II*, 15. 19.

monium damnationis, quod scientes terminos antiquos et sanctorum patrum decreta non debere transgredi summopere transgrediuntur, obliti verborum illorum, quae Dominus ad electos pastores vel[a] doctores in *Luc.* 10, 16. ęuangelio dicit: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit.* Neque enim haec verba de precedentium temporum rectoribus solummodo dicta sunt, sed etiam de illis, qui usque ad consummationem seculi ęcclesiam sanctam sunt recturi, non destructuri. Nam de[b] destructoribus et perversis pastoribus Dominus alibi *ib.* 11, 52. dicit: *Vae vobis legis peritis, qui tulistis clavem*[c] *scientiae et ipsi non introistis nec alios intrare permisistis;* et iterum: *Matth.* 23, 23. *Vae vobis, ypochritae, qui decimatis mentam et anetum et ciminum*[d] *et graviora legis precepta reliquistis, hoc est iudicium*[e], *misericordiam et fidem; haec*[f] *oportuit facere et illa non omittere.* Multa quoque in Ezechiele[g] propheta de huiusmodi pastoribus dicuntur[1]. Sed, si placet, interrogemus eosdem pastores, quomodo velint sua roborare, si precedentium patrum statuta iudicaverint destruere[h], vel quomodo aedificium superpositum stare possit, si fundamenta eius sunt eicienda. Fundamenta[i] namque sanctae[k] ęcclesiae primi patres fuere, sicut scriptum est: *Ps.* 86, 1. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Quicumque igitur lapidum superpositorum fundamenta talia sequi dedignatur, de aedificio caelesti eliminatur[l]. Ad haec etiam dicamus quoddam argumentum, quod universis[m] constat notum. Si quis itaque ditionis suae silvam exstirpandam pro agricultura aggreditur, quantaecumque[n] longitudinis[o] et latitudinis voluerit, agros exinde sibimet metitur; aliis vero non ea, sed qua vult mensura partitur, habens *cf.* 1. *Cor.* 12, 11. potestatem unicuique, prout vult, dividere. Cum ergo hoc ita esse ab omnibus[p] sciatur, cur, rogo, ignoratur, quod primi principes ęcclesiarum, apostoli scilicet omnesque, qui eorum vestigia sequentes unicuique genti sacram fidem primitus tradiderunt, exstirpatis[q] errorum variorum

VII. *Prol.* 1. 2*a*. *b*. *c*. *f* (*a l.* 4).

a) vel d. *versu ex. om.* 1; *in* doctores *incipit* 2*f*. b) *om.* 2*a*. c) clavim 2*a*, *corr.* d) cuminum 1, *corr.* e) et *add.* 2*c cum Vulg.* f) Hoc *corr.* Hec 2*c*. g) Hiczechihele 2*a*. h) *ita* 1; iud. esse destruenda *rell.* i) *corr.* Fundamentum 2*b*. k) *versu ex. postea suppl.* 2*a*. l) eliminabitur 1, *corr.*; eleimin. *corr.* eliimin. 2*a*. m) *ita* 1; omnibus *rell.* n) quantacumque 1, *corr.* o) lat. et long. 2*b*, *corr.* p) hominibus 1. q) extirpantes 2*c*, *corr.*

1) *Cf. Ezech. c.* 34.

silvis, in[a] quibusdam populis ac provinciis potestatem habuerunt[b] possessiones vel decimas, quae sibi contingebant, illi et illi ęcclesiae[c] donare, quandoquidem iuxta sanctorum canonum decreta decimas in quatuor portiones dividentes, unam sibi, alteram clericis, tertiam pauperibus, quartam restaurandis ęcclesiis tradiderunt?[1] Numquid, avariciae suae tantummodo consulentes, in distributione decimarum obliti sunt pauperum restaurationisque[d] ęcclesiarum, sicut modo — pro[e] dolor! — cernimus agi?[2] Canones enim sancti, ex quorum auctoritate exiguntur decimae, non solum decimas[f] dari, sed etiam inter varios iubent distribui, ut in urbibus quibuslibet et vicis xenodochia habeantur, ubi pauperes et peregrini[g] alantur. Sed tam sanctum, tam necessarium preceptum in plurimis locis non solum minime curatur, sed etiam pene ignoratur; nam solummodo illud legitur, quod episcopis decimae sint tribuendae. Quid vero exinde agendum sit, vel si quicquam aliud curandum sit circa monasteria, tam a clericis, — miserabile dictu! — quam a laicis destructa, circaque[h] iudicia christianae religionis[i] subversa, oblivioni seu negligentiae[k] commendatur. Unde vereor, ne de presentis temporis rectoribus, avaricia inexplebili corruptis, psalmista prophetizans dixerit: *Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in studiis suis.* (Ps. 13, 1.) Cum enim nihil dicatur[l] corruptum, nisi quod prius fuit integrum, rectores vel pastores quilibet[m] in hoc quidem dici possunt[n] integri, quia a[o] Deo sapientia omnimoda[p] sunt[q] ad iudicium verum faciendum instructi; ideo autem corrupti, quia non secundum

VII. *Prol.* 1. *2a. b. c. f.*

a) *bis scr., sed del. 2a.* b) habuerint 1, *corr.* c) eccl::: 1, *corr.* d) restaurationis(q; *postea, ut videtur, add.*)|quę *2a.* e) *m. al. corr.* proh *2a, et ita 2b. f.* f) dari dec. *2c.* g) peregrinos 1, *corr.* h) *ita recte codd.;* citraque *edd.* i) religiones *2f, corr.* k) *ita* 1; ignorantiae *rell.* l) *ita* 1; dicendum sit *rell.* m) *ita* 1; quique *rell.* n) *ita* 1. *2b*; fuisse *add. rell.* o) adeo sap. 1. *2c.* p) omnimodo *2c.* q) *ita recte* 1 (*cf. infra* iudicant); sunt *om. et* erant *ante* instructi *add. rell.*

1) *Cf. e. gr. epist. Gregorii II. (Bonif. ep.* 18, *p.* 267, *infra I,* 18*):* De reditu vero ecclesiae vel oblatione fidelium quattuor faciat portiones, quarum unam sibi ipse retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, tertiam pauperibus et peregrinis, quartam aecclesiasticis fabricis noverit reservandam; *U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I,* 1, 1895, *p.* 27 *sqq.* 241 *sq.* 2) *Agitur de lite inter archiepiscopos Moguntinos et abbates Fuldensem Hersfeldensemque de decimis Thuringicis habita. Cf. E. Ausfeld, 'Lambert von Hersfeld und der Zehntstreit',* 1879*; G. Meyer von Knonau, 'Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Heinrich IV.', tom. I,* 1890, *p.* 656 *sqq.*

datam sibi[a] sapientiam, sed iuxta lucri obtinendi quantitatem iudicant. Atque utinam ipsi pastores tantummodo dedignarentur[b] pauperibus decimas dividere et non alios quosdam — monachos[c] dico, apud quos paucos[d] aliqua adhuc huiusmodi cura exercetur, — prohiberent, moliti antiquae traditionis decimas ab eorum iure auferre! Cur igitur sanctus Bonifacius, cui Deus tantam in omni Germania potestatem contulit, ut, quovis vellet, ęcclesias cęnobiaque fundaret, sedes episcopales statueret parrochiasque earum divideret, non cuilibet loco, quem sibi specialiter elegit, possessiones et decimas aliquas donare potuit? Nonne per eandem auctoritatem, qua moderni pontifices militibus aliisque secularibus hominibus decimas dare solent, sanctus Bonifatius[e] monachis vel pauperibus erogare easdem potuit? Si reliqua eius statuta videntur sancta, si omnia, quae canonicis[f] distribuit, sunt laudanda, cur, queso, hoc[g] solum, quod monachis et pauperibus dedit, decernitur iniustum? Heu, heu, quod is[h], cui plurima divitibus dare licuit, licentiam dicitur non habere pauperibus vel pauca erogare! *Super hoc obstupescite caeli, orbis quoque terrarum et universi qui habitant in eo doleant, quia mundus iam*[i] *in maligno positus est*[k], adeo ut eis vivere invideat, illos extinguere studeat, qui ad hoc[l] specialiter electi et segregati sunt de mundo, ut maiori studio intercederent pro ipso.

Ierem. 2, 12. Ps. 23, 1. 1. Ioh. 5, 19.

Sed huius querimoniae interiectio iam finiatur et[m] ad id, unde recessimus, stilus revertatur. Dixi namque prius[1], quod et iterum dico, quia inter omnes literas, quas de sancto Bonifatio[n] habetis, epistolae illius mihi viderentur[o] precipuae. Unde, quascumque huic operi necessarias invenire potui, in unum colligere studui, sperans, aliquem emulum et tantae auctoritatis ignarum lectorem exinde posse aedificari. Proinde et vos, fratres Fuldenses, unice peto atque ammoneo easdem[p] epistolas intentione summa legere Deoque supplicare, ut per eius preces, a quo vel per quem scriptae sunt, quique, ut in eis legitur, sanctam ęcclesiam in Germania positam

VII. *Prol.* 1. *2a. b. c. f.*

a) *om. 2a.* b) dedignaretur *2a, corr.* c) monachus *2a, corr.* d) *ita* 1; *om. rell.* e) *ita 2c;* Bonifacius *rell.* f) distr. can. *2b.* g) solum hoc *2b.* h) his 1. i) *ita* 1. 3; in mal. iam *2b. c. f;* iam *om. 2a.* k) (est *om.*) ad? *2a.* l) adhuc *2c.* m) ut *2f.* n) *ita 2c;* Bonifacio *rell.* o) *ita* 1; pr. vid. (videntur *2c*) *rell.* p) *ita* 1; am(d)moneo ut easdem ep. i. s. legatis, Deo supplicantes *rell.*

1) *Supra p.* 113, 9.

maximo labore a pravis sacerdotibus quondam eripuit, nunc etiam a similium potestate vos locumque vestrum defendere[a] dignetur. Duos autem libellos, adiuvante Domino, tam de vita sancti viri quam de epistolis supra-5 dictis scribere gestio, in priori quidem reserans, quis fuerit quidque ante acceptam Mogontiacensis[b] ęcclesiae sedem in sancta ęcclesia laboraverit, in altero vero, quae postea usque ad finem vitae suae gloriosum egerit.

EXPLICIT[c] PROLOGUS.

10 Quis[d] sim, qui vobis fero munus tale laboris[e],
Vos quoniam scitis, nolite, precor, dare multis,
Ne persona mei vilis faciat mea sperni.
Sit magis hoc studium vobis deposcere Christum,
Ut sibimet placita maneant presentia scripta.

15 INCIPIT[f] LIBER PRIMUS[g] DE VITA ET VIRTUTIBUS[h] SANCTI[i] BONIFATII[k] MARTIRIS[l] ATQUE PONTIFICIS.

(1)[m]. Cum gens Anglorum[n] sacrae fidei iugo per sancti Gregorii papae apostolatum[1] subdita, eius suffragan-20 tibus meritis, in sanctorum virorum procreatione pre multis nationibus splendere cępisset multaque lumina sanctae ęcclesiae, quibus variae cordium obcecationes inlustrarentur, protulisset, inter huiusmodi lumina sanctum quoque Bonifatium[o] velut luciferum quendam cęteris syderi-25 bus clariorem huic mundo edere meruit. Qui[p] nimirum magna parentum sollicitudine nutritus, magnarum etiam virtutum per incrementa temporum amator est factus. Nam cum adhuc parvulus esset, si

Willibald. c. 1.

VII. *Prol. Cap.* 1. 1. *2a. b. c. f (ad l.* 10*).*

30 a) deffend. 1; descend. *2a, corr.* b) *ita 2b;* Mogonciac. *rell.* c) Finit pr. *2e;* E. pr. *om. 2a². d. f.* d) *versus post catalogum episc. Mogunt. Vitae subiunctum positi sunt* 1, *ante prologum Otlohi in calce compilationis Fuldensis (F) leguntur 2e, omissi sunt 2c.* e) *in* laboris *desinit 2f.* f) *praescr.* Incipit vita sancti Bonifacii archiepiscopi Moguntini *2b.* g) *ita* 1. *2a². e. 3b; om.* 3 *cum rell.* h) passione *2e.* i) *m.* 35 *al. suppl. 2a;* sanctissimi patris nostri B. *2d.* k) *ita h. l. 2a. c;* Bonifacii *rell.* l) *ita* 1. *2a, c;* B. archiepiscopi et martiris (Cristi etc. *add. 2d*) *2d.* 3. *3b;* episcopi *pro* m. a. p. *2a²;* B. archiepiscopi sociorumque eius, que gloriosa sollempnitas celebratur Non. Iunii *2e.* m) *capita ipse distinxi.* n) ang:lorum *2a.* o) *ita 2c;* Bonifac. *rell.: item deinceps.* p) Quibus *2c.*

40 1) *Wolfhardus monachus Haserensis Miracula Waldburgis (SS. XV,* 1, *p.* 539*) a similibus verbis exorsus est:* Igitur postquam felix gens Anglorum per apostolatum memorandi papae Gregorii — — pium nomen Christi et christianitatis coepit amplecti, *et q. s.*

Willibald. c. 1. quem forte clericum vel laicum verbi divini noticiam deferentem audire contigisset, mox, quantum aetatis suae teneritudo prevaluit, quid sibi suaeque qualitati exinde profectuosum foret, tractare cępit. Cumque ita meditatione diuturna sese ad superna erigeret, patri etiam ea quae animo gerebat revelavit et, ut[a] suae consuleret voluntati, rogavit. Audiens autem haec pater eius primum obstupuit, deinde eum increpans, nunc minis, nunc vero blandimentis ad secularis vitae[b] curam impellere[c] studuit. Ad haec etiam, ut eius animum adhuc tenerum[d] a[e] concepti perfectione propositi facilius declinaret, promisit se post vitae suae tempora eum et[f] prediorum et omnium rerum suarum heredem facturum. Preterea protestatus est, lubricae aetati humanaeque[g] fragilitati tolerabiliorem[h] esse activam vitam quam contemplativam, meliusque esse inter mediocres vel extremos regni caelestis cives quemlibet studiis facilioribus contubernium[i] quaerere, quam per maxima et pene inpossibilia perfectionis certamina incipere[k], deinde vero, dum ea nequit percurrere, in via deficere. Sed puer sanctus virtute divina iam plenus, quanto magis eum pater revocare ad secularia studebat, tanto constantius in inceptis perdurare et ad sacrarum noticiam literarum pertingere anhelabat. Unde miro divinae dispensationis iudicio factum est, ut[l] pater, qui solus erat inpedimento, repentina infirmitate correptus, pristinam mentis pertinaciam deponeret puerumque per[l] legatos idoneos ad monasterium, quod prisco nuncupatur vocabulo Adescancastre dirigeret, commendans eum Vulfhardo[m], venerabili eiusdem monasterii abbati; a quo protinus, sicut monasticae vitae ordo poscebat, benigne susceptus fratribusque commendatus, universa religionis munia, quae huiusmodi aetas permisit, bene cępit meliusque de die in diem conplevit.

ib. c. 2. (2). Postquam vero puericiae annos transcendit, in tantum se venerabilium institutis patrum et sacrae

VII. *Capp.* 1. 2. 1. *2a. b. c.*

a) *superscr.* 1. b) vita (*superscr.* curam) 1, *corr.* c) implere *2a, corr.;* implelere (?) *2c, corr.* d) terrenum 1. e) ten. accepti *corr.* ten. c̄cepti *2a.* f) et *om. 2c.* g) humanaque *pr. m.* 1. *2a.* h) convenientiorem 1. i) *in marg. suppl.* 1. k) *litteris nonnullis in textu erasis,* inc. d. vero *in marg. suppl.* 1. l) *superscr. 2c.* m) Wlfhardo 1; Wolfhardo *rell.*

lectionis subdidit exercitio, ut quibuslibet momentis augerentur in eo multarum insignia virtutum, impleretur- *Willibald. c. 2.*
que[a] in illo quod psalmista de quorundam profectu
testatur, dicens: *Ibunt de virtute in virtutem.* Denique *Ps. 83, 8.*
5 cum incessabili sanctarum scripturarum meditationi deditus omnem regularis vitae disciplinam sub
prefati[b] abbatis gubernatione per annos plures custodiret,
ibique tam pro desiderii sui quantitate quam
doctorum penuria in lectione divina satiari ne-
10 quiret, cum consensu abbatis fratrumque[c] suorum
ad monasterium, quod usque hodie dicitur[d] Nutscelle[e], pervenit et beatae memoriae Winberti abbatis, qui venerabiliter
eidem[f] monasterio tunc prefuit, magisterium elegit.
Ubi tandem[g] tam grammaticae artis metricaeque sub-
15 tilitatis quam spiritalis[h] intelligentiae desiderata eruditione potitus, adeo in hac pollere cępit, ut, eius
scientiae fama undique divulgata, ad ipsum etiam
alii causa[i] discendi confluerent. Verumtamen ex
tantae scientiae dono sese nullatenus extollebat, nullum
20 minoris ingenii spernebat, sed quanto maiori vel literatoriae intelligentiae vel aliarum virtutum excellentia a
Deo pre cęteris promovebatur, tanto humilior, tanto
devotior ad totius conpassionis et subiectionis studium
sentiebatur, recolens iugiter illud sapientis[k]: *Quanto* *Eccli. 3, 20.*
25 *magnus es, humilia te in omnibus.*

(3). Cum igitur eo quo[l] diximus nisu et
ipse alios humilitate ac subiectione preveniret et
illum alii, sapientiae eius rumore incitati vel ipsius
saluberrima doctrina instructi, mutuo honore prevenirent
30 ut patrem, universis in eius laudem conclamantibus atque
ad singulos ęcclesiastici ordinis gradus eum promoventibus, tandem ad sacerdotalis officii dignitatem triginta *Willibald. c. 3.*
aut eo amplius annos[m] habens eligitur. Suscepta vero
sacerdotii dignitate, qualem se exhibuerit in utriusque
35 hominis contritione, ut sacramenti caelestis dignus fieret
participatione, melius colligitur ex operum suorum testimonio quam ullo verborum indicio[n].

(4). Eodem vero tempore, regnante In Westsaxonum rege, nova quaedam seditio in partibus illis *ib. c. 4.*

40 VII. *Capp.* 2—4. 1. 2*a. b. c.*

a) impleturque 2*a, corr.* b) predicti 1. c) que *superscr.* 1; tumque *versu in. add., sed expunct.* 2*a.* d) *in marg. suppl.* 2*c.* e) Nuths(k *superscr.*)velle 1. f) eiusdem 1, *corr.* g) tantam tam 2*b.* h) *ita* 1; spiritualis *rell.* i) disc. c. 1. k) *ita* 1. 2*d.* 3. 3*a. b;* cuiusdam dictum *add.* 2*a. b. c. e.* l) quod 1. m) *superscr.* 2*c.*
45 n) iudicio *pr. m.* 2*a.*

Willibald. c. 4. exorta est, pro qua conpescenda statim predicti regis precepto primatumque suorum consilio synodale servorum Dei statuitur concilium. Quo[a] dum omnes convenirent et dissensionis exortae causam definirent[b], sapientibus quibusdam placuit, ut universa ibi definita[c] ad[d] archiepiscopi venerabilis Cantuariae[e] civitatis, qui dictus est Berhtwaldus[f], notitiam deferrent. Cui rei rex una cum omni clericorum atque laicorum multitudine consentiens[g], sciscitatus est, quis potissimum huius legationis delator esse potuisset. Tunc precipuus inter eos archimandrita Winberht[h], cuius superius mentionem fecimus[1], et Wintra, qui monasterio Tissesburg[i] dicto presidebat, et Beorwart[k], qui cęnobium, quod Glestingaburg[l] nuncupatur, regebat, necnon et alii multi venerabiles viri sanctum Bonifatium accitum adduxerunt ad regem, dicentes eum legationi tantae idoneum. Moxque, commissa a rege legationis eiusdem causa adhibitisque secum sociis, profectus est ad[m] Cent et archiepiscopo prenominato sapienter, quemadmodum edoctus erat, omnia per ordinem intimavit, et post non multos dies reversus, prefato regi ac predictis servis Dei ex legationis commissae responso strenue peracto magnum universis contulit gaudium. Qua de re nomen eius tam[n] apud seculares quam apud ęcclesiastici ordinis viros cęlebre[o] habebatur, adeo ut postmodum in eorum synodali sepissime peteretur interesse conventu[p].

(5). Sed quia mens eius iam[q] Deo dedita et ab omni humano favore fuerat sequestrata, cępit omni modo tractare, qualiter parentum affiniumque suorum consortia prorsus[r] relinquere et ad aliqua procul posita loca pro Christi nomine posset transmigrare[s]. Cumque haec diutissime[t] secum tractaret solertissimeque[u] deliberaret, tandem ad predicti abbatis noticiam detulit et eum[n] ad voluntatis suae consensum[v] magna precum instantia declinare studuit. Qui licet talia ammirans diu poscenti obstiterit licentiamque[u]

VII. *Capp.* 4. 5. 1. *2a. b. c.*

a) Quod *2a, corr.* b) diffin. *2b.* c) deffin. *2b.* d) *om. 2a.* e) Cantaurie *2c.* f) Berthwaldus (*2c*); Berthtuwaldus (in *superscr.*) n. *2a.* g) consentientes *2c.* h) *ita* 1. *2d;* Win:|berth *2a;* Winbreht *2b;* Winbret *2c.* i) *ita* 1; Tiessesburg *2a. b. c.* k) Beorwar *2c.* l) Glestiingaburg *2b.* m) (ad *om.*) Cantuariam *2b.* n) *superscr. 2c.* o) (cel. *superscr.*) habebant *2c.* p) *corr.* conventui *2b.* q) Deo iam *2a. c.* r) *ita* 1; *om. rell.* s) transmutare 1, *corr.* t) *ita* (1). 3; diutius *3a. b cum rell.* u) que *om. 2c.* v) *superscr.* 1.

1) *Supra p.* 119, 12.

huiusmodi negaverit, postremo tamen, providentia divina predestinante, convaluit sermo petentis et tantam abbatis fratrumque[a] suorum devotionem simul et curam adoptato itineri[b] habere meruit, ut ei neces-
5 saria quaeque pro viatico inpenderent variasque supplicationes cum lacrimis prolatas pro eo agerent, postulantes, ut bonus[c] angelus Domini comes[d] eius ubique esset eumque ad prospera cuncta dirigeret. Ad haec etiam duos fratres, quorum corporali spiritalique[e]
10 iuvamine sustentaretur, secum abire[f] permiserunt. Sicque utriusque hominis supplemento suffultus, prospero cursu profectus est pervenitque ad locum, qui antiquo Anglorum[g] et Saxonum vocabulo appellatur Lundenwic[h] ac, non multo transacto postliminio, transiit
15 ad Dorstet, ibique aliquandiu commoratus, debitas[i] Deo persolvit die noctuque[k] laudes. Sed quoniam per idem tempus hostilis dissensio exorta[l] inter Karolum[m] principem gloriosumque ducem Francorum et Ratbodum[n] regem Fresonum populos ex utraque parte perturbabat maximaque
20 pars ęcclesiarum Christi, quae Francorum prius in Fresia subiectae erant imperio, Ratbodi[o] persecutione incumbente, idolorum culturae lugubriter reddebatur, ideoque[p] vir Dei, perspecta tantae perversitatis mole, ex illis partibus discessit et pervenit ad Treht[q], ibique[r] etiam aliquantis
25 commoratis[s] diebus, advenientem regem Ratbodum[t] adlocutus est, obsecrans, ut a tanta iam pravitate quiesceret. Post haec vero, peragratis illius terrae partibus, sollicite exploravit, si alicubi in ea provincia predicationis sibi pateret locus; cumque diuturna inqui-
30 sitione intelligeret, se frustra ibidem predicando laboraturum, arida spiritali[u] fertilitate reliquerat[v] arva et ad natale solum transmigravit.

Willibald. c. 4. — *cf. Tob. 5, 27.*

(6). Interea accidit, ut monasterii sui pater, deposito carnis ergastulo, vitam presentem finiret.
35 Cuius obitu fratres nimium contristati, sed a beato viro spiritalibus[u] colloquiis laetificati[w] et, ut, regularis vitae normam conservantes, patrem quemlibet spiri-

Willibald. c. 5.

VII. *Capp.* 5. 6. 1. 2*a. b. c.*

a) que *superscr.* 2*c.* b) itinere 1. c) *ita* 1; ang. D. bonus *rell.* (ang. Dei b. *Vulg.*).
40 d) (eius ub. *superscr.*) comes 2*c.* e) *ita* 1; spiritual. *rell.* f) ire 1. g) angłorum 2*c.* h) *partim in litura* 2*a.* i) Deo deb. 2*b.* k) nocteque 2*a. c.* l) est *add., sed expunct.* 2*c.* m) Kalolum 1, *corr.* n) t *eras.* 2*b;* Rapodum 1. o) Rabodi 2*b;* Rapodi 1. p) que *eras.* 2*a.* q) Treth 1. 2*b (non 3).* r) que *superscr.* 2*a.* s) *ita* 1. 3. 3*a;* commoratus *rell.* t) Rabodum 2*b;* Rapodum 1. u) *ita* 1; spiritual.
45 *rell. et sic deinceps.* v) *ita* 1; arva reliquid(t) *rell.* w) edificati 1.

Willibald. c. 5. talem eligerent, instructi[a], omnimodis omnes ipsum sanctum, qui eo tempore Winfrid dicebatur, unice precabantur, ut pastoralem super eos suscipere[b] curam dignaretur. At ille altiora quaeque in animo gerens, non eorum preces ullo superbiae fastu despexit, sed quae intentio sua esset humiliter pandens, quod scilicet, despectis cunctis patriae facultatibus atque honoribus, pro Christi amore proque aliorum salute peregrinari vellet, cum omnium caritate atque[c] licentia fratrum[d] vota sua obtinuit. Et ut eisdem votis[e] maior auctoritas eveniret, adiit etiam ipsius loci episcopum venerandum nomine Danihelem[f], petens, quatenus eius benedictione et literis commendaticiis ad Romam profecturus uti mereretur. Quam petitionem episcopus[g] idem, nutu divino instinctus, benigne suscepit, efficaciter conplevit. Nam pastoris providi intentionem gerens, et bonae indolis virum nomine Stephanum[h] orbatae congregationi preesse fecit et hunc Dei famulum per longas peregrinationis vias ire volentem[i] ad loca desiderata cum literis dimisit.

(7). Tali igitur benedictione suscepta, protinus[k] valedicens fratribus, proficiscitur per longa terrarum spacia perque ignotas maris vias, donec collecta undique non modica multitudo servorum Dei, eodem spiritu ferventium, ad eum conveniret. Hii[l] ergo omnes unanimiter per singulos dies multas sanctorum ęcclesias adierunt, obsecrantes, ut, opitulante Deo, tutius Alpium iuga transcenderent Longobardorumque[m] ferocitatem[1] erga se leniorem sentirent[n]. Cumque universa ferocissimae gentis discrimina inlesi pertransirent atque limina beati Petri apostoli prospere adirent, statim debitas Christo grates persolvunt, ibique[o] abolitionem peccaminum atque itineris sui felicem exitum de-

VII. *Capp.* 6. 7. 1. 2*a. b. c.*

a) *ita* 1; omnimodo instr. *rell.* b) curam susc. 1. c) *ita* 1; et *rell.* d) *in marg. suppl.* 1. e) devotis 1, *corr.* f) Danielem 2*b. c.* g) idem ep. 2*b.* h) Stepanum 1. i) *ita* 1; cupientem *rell.* k) *superscr.* 1. l) *ita* 1. 2*c. d;* Hi 2*a. b.* m) Longabard. 2*a, corr.* n) *ita* 1; sentire mererentur *rell.* o) is (?) *add., sed eras.* 2*c.*

1) Humanitatem *Langobardorum,* ferocitatem *militum, scil. imperatoris Romani, Willibaldus (p.* 20, 25*) commemoravit, cuius verba Otloh non recte intellexit.*

Willibald. c. 5.

precantes, suffragia sperata invenerunt. Nam postquam sanctus vir venerabilem sedis apostolicae presulem nomine Gregorium, qui eiusdem nominis secundus tunc habebatur, allocutus, ei adventus sui causam manifestavit et, quali desiderio diutius desudasset, aperuit, mox idem presul hilari vultu intuitus in[a] eum, inquisivit, an literas ab episcopo suo commendaticias detulisset. At ille concitus cartam ex[b] more involutam proferens, dedit apostolico. Apostolicus vero, acceptis lectisque literis et conperto sancti viri desiderio, sedulum deinceps cum eo colloquium habuit, reverenterque eum ibi commorantem retinens, pro qualibuscumque sanctorum reliquiis postulabat, illi tradidit.

(8). Ad haec etiam committens ei in cunctis Germaniae populis curam predicandi, tradidit epistolam, cuius exemplar hic[c] inserere cupio[1]:

Epist. 12.

GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI BONIFATIO RELIGIOSO PRESBITERO.

Exigit manifestata[d] nobis religiosi propositi tui pie in Christo flagrantis intentio et[e] approbata sincerissima fidei tuae perlata relatio, ut ad dispensationem verbi divini, cuius per gratiam Dei curam gerimus, te comministro utamur. Experientes proinde, te ab infantia sacras literas didicisse profectusque indolem ad augmentum crediti[f] celitus talenti[g] prospectu divini timoris extendere, videlicet gratiam cognitionis caelestis oraculi in laborem salutiferae predicationis ad innotescendum gentibus incredulis mysterium fidei instanti conatu expendere, conletamur fidei tuae et adiutores effici cupimus gratiae prerogatae. Igitur quia premissi[h] conatus pium[i] affectum usque ad apostolicae sedis modesta provisione perduxisti consultum, ut, membrum ex membro proprii corporis caput requirens, motum mentis probares, capitisque arbitrio humiliter te summittens et eius directioni[k] iusto tramite properans, solidati[l] conpaginis plenitudo existas, ideo in nomine indivisibilis trinitatis per inconcussam auctoritatem beati Petri apostolorum principis, cuius doctrinae magisteriis[m] fungimur

VII. *Capp.* 7. 8. 1. 2*a. b. c.*

a) *om.* 2*b.* b) ex m. *versu ex. postea suppl.* 1. c) *ita recte* 1 *(cf. infra I,* 15. *II,* 18*);* tale invenitur *pro* hic *ins. c. rell.* d) manifesta 2*c.* e) *om.* 2*c.* f) pro *add., sed eras.* 2*a.* g) *m. al. corr.* talentum 1. h) premisi *pr. m.* 1. i) tuum 2*b, corr.* k) directione 1. l) soliditati 1. 2*a.* m) *ita* 1; magisterio *(corr. e* magistro 2*a) rell.*

1) *Jaffé n.* 12 *(p.* 62*); Dümmler n.* 12 *(p.* 258*).*

Epist. 12. *et locum sacrae sedis amministramus, modestiam tuae religionis instituimus atque precipimus, ut in verbo Dei — quo[a] igne salutifero, quem Dominus mittere[b] venit in terram, enitere videris — ad quascumque gentes infidelitatis errore detentas properare, Deo annuente, potueris, mysterium regni Dei per insinuationem nominis Christi domini Dei nostri veritatis suasione designes et per spiritum virtutis et dilectionis ac sobrietatis predicationem utriusque testamenti mentibus indoctis consona ratione transfundas. Disciplinam denique sacramenti, quam ad initiandos Deo previo credituros tenere studeas, ex formula officiorum sanctae nostrae apostolicae sedis, instructionis[c] tuae gratia prelibata, volumus ut intendas. Quod vero actioni susceptae tibi deesse perspexeris, nobis, ut valueris, intimare curabis. Bene vale. Data Idus Maii[d], imperante domno piissimo augusto Leone* a Deo coronato, anno III. imperii eius, indictione secunda.*

Willibald. c. 5. (9). His igitur literis acceptis a venerabili papa, profectus est inde ad Longobardorum regem Liutprandum, a quo honorifice susceptus, aliquandiu cum eo est[e] hospitatus. Profectus vero exinde, ardua et prerupta Alpium[f] iuga transcendit, incognitosque Bagoariorum[g] et Germaniae terminos perlustrans, in Turingiam[h] devenit, considerans et explorans in omnibus instar prudentissimae apis, ubi postmodum nectaream sanctae fidei dulcedinem colligere posset. Cumque per aliquot dies in Turingia commoraretur, interim omnes illius provinciae principes verbis spiritalibus[i] alloquens, ad sacrae fidei agnitionem totiusque[k] religionis tramitem incitavit. Sed et sacerdotes, quos sceleribus variis deditos comperit, sermonibus ęuangelicis ammonens, ad institutionis canonicae normam correxit.

(10). Interea vero, audito[l] Ratbodi[m] Fresonum regis morte, qui persecutionem magnam per idem[n] tempus in christianos exercuit, magno repletus gaudio, in Fresiam navigando devenit, ibique verbi divini semina spargens, plurimos ab errore ido-

*) II. *superscr.* 2*a*; secundo *add.* 2*a*[1. 1*] *(non* 2*a*[2]*)*.

VII. *Capp.* 8—10. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) sal. quo igne 1, *corr.*; igni 2*c*. b) v. m. 1. c) *ita* 1; institutionis *rell.* d) Mai. 2*a (pr. m.)*. *b*. e) hosp. est 2*b*. f) Al:pium (iuga *pr. m. in ras.*) 2*a*. g) *ita* 2*b*. *d*. 3; Baioar. 2*a*; Bauwariorum 2*c*; Ba:uarorum 1. h) During. 1; *item infra.* i) spiritual. *h. l. etiam* 1. k) que *om.* 2*c*. l) *ita* 2*a (pr. m.)*. *c*. *d*; audita 1. 2*b*. m) Rabodi 2*b*; Rapodi 1. n) diem (?) 2*a*, *corr.*

Willibald. c. 5.

latriae retraxit. Sub eodem quoque tempore per venerabilem Willibrordum Traiectensis ęcclesiae presulem bucina caelestis[a] doctrinae in Fresia insonuit. Cuius studio sanctus Dei[b] famulus Bonifatius omnimodo congaudens et adherens, per tres continuos annos laboravit cum illo tam in destruendis[c] fanis quam in construendis[d] ęcclesiis omnibusque negociis divinis. Unde factum est, ut, quia predictus pontifex[b] aetate iam decrepita gravatus, suggerentibus discipulis, solacium suae[e] senectuti providere cupiebat, hunc Dei famulum ad episcopalis regiminis suscipiendum gradum regendumque sibi commissum populum unice obsecraret. Sed ille talia humiliter respuens, minime se dignum esse episcopali gradu referebat, et ne[f] sibi in[g] annis adolescentiae adhuc constituto tantae dignitatis fastigium[h] imponeret, precibus omnimodis instabat, attestans etiam, quia iuxta canonicae institutionis precepta necdum quinquagesimi anni aetatem, qui huius gradus culmini[i] conveniret, pleniter reciperet. Predicto vero pontifice blandis illum verbis increpante et ad suscipiendum episcopatus ordinem instigante diversisque pro hac spirituali[k] contentione verbis invicem prolatis, hic Dei[l] sanctus in tanto agone positus, placidum tandem excusationis[m] sermonem protulit, dicens: 'Onus[n] regiminis, quod mihi indigno imponere cupis, sancte presul, suscipere non audeo, quia a beato Gregorio papa in Germaniam ob ęuangelizandi[o] causam directus sum, ipsiusque legationis gratia[p] in has barbaras nationes adveniens, sponte me tuae gubernationis imperio subieci. Tantum ergo mandatum preterire et aliud quodlibet negotium subire nullatenus presumo. Unde, pater venerande, obsecro, ut in illas regiones, ad quas a presule apostolico missus sum, cum tua gratia simul et licentia transire merear'. Haec audiens presul[q] sanctus, data benedictione, permisit eum abire.

(11). Ille vero exinde proficiscens, pervenit ad locum, cui nomen est Amanaburg, Deum ubique habens

VII. *Capp.* 10. 11. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) *in litura* 2*a*. b) *om.* 2*a*. c) instr. *corr.* in destr. 2*a*. d) instr. *corr.* in constr. 2*a*. e) sen. sue 1. f) *versu ex. postea suppl.* 1. g) inanis *corr.* in annis 1; ina:nis, *ras.* n 2*a*. h) fastidium 1. i) culminis 1, *corr.* k) *ita* 1; spirituali *rell.* l) *ita* 1; Dei *om.*, vir *post* sanctus *add.* 2*a*. *b*. *c*. m) *corr. ex* excusationes 2*c*, *ex* excusationē 2*b*. n) Om̄is reg. quid 2*a*, *corr.* o) euanglizandi graciam 1. p) causa 1. q) *ita* 1; sanctus Willibrordus *pro* pr. s. *rell.*

conviatorem[1], cuius etiam virtute atque protectione suffultus, quocumque perrexit, ubique sacrae doctrinae noticiam dilatavit. Cumque ingentem Domino populum in Fresia predicando acquireret, multique ab eius spiritali[a] doctrina educati, ad agnitionem veritatis pervenirent, adeo, ut supradictum locum, cui gemini preerant germani, Dietich[b] videlicet et Dierolf, domino Deo auxiliante, obtinens, collecta non pauca fratrum congregatione, monasterium construeret. Tunc etiam alias Germaniae partes predicandi causa adiit, Hessones videlicet[c] in Saxonum confinio[d] positos. Quos cum similiter a paganicae superstitionis cultu magna ex parte converteret multaque milia hominum baptismatis sacramento abluisset, misit quendam ex suis fidelem nomine Binnan ad Romam cum literis, denuntians venerando presuli apostolico universa, quae circa illum divina pietas egerit, quantaque multitudo hominum[e], sancti Spiritus gratia illustrata, regenerationis lavacrum ab eo susceperit. Sed et de rebus variis, quae ad cotidianam regulae ęcclesiasticae necessitatem populique noviter conversi curam pertinebant[f], prudenti interrogatione conscripsit. Predictus vero legatus cuncta sibi commissa fideliter conplens, apostolico presuli missas detulit literas, aliasque ab[g] illo super universis questionibus propositis continentes responsa magistro suo deferens, quantotius rediit.

Willibald. c. 6.

(12). Cum autem sanctus vir delatas legisset literas seque inter cętera invitatum ad Romam intellexisset, mox summum obędientiae gradum implere[h] contendens, clientum fratrumque circumseptus agmine, Italiae fines adiit. At, Romanae[i] urbis menibus conspectis[k], omnipotenti Deo condignas gratiarum laudes retulit seseque beatorum apostolorum patrocinio commendavit. Deinde, conperto sancti viri adventu, statim venerabilis papa Gregorius illum ad se invitavit et verbis familiaribus salutatum[l] honorifico xenodochio deputavit. Adveniente itaque[m] oportuno collocutionis

VII. *Capp.* 11. 12. 1. 2*a. b. c.*

a) *ita* 1; spirituali *rell.* b) *ita* 1. 2*e*; Dietih *rell.* c) scilicet 1. d) confiniū (?) 2*a*, *corr.* e) *om.* 2*b.* f) pertinebat 2*b.* g) de 2*c.* h) *ita* 1. 2*e*; (impl. *om.*) cont. (conscendens 2*b. d*) *rell.* i) Rome 1, *corr.* k) *ita* 1; inspectis *rell.* l) salutavit 2*c.* m) *ita* 1; vero *rell.*

1) *Comes itineris. Cangius.*

Willibald. c. 6.

eorum die, ad ęcclesiam beati Petri apostoli hic Dei famulus invitabatur[a]. Ubi cum se mutuis ac pacificis satiassent colloquiis, presul apostolicus illum de symbolo fideique catholicae traditione inquisivit. Ad haec vir Dei respondit, dicens: 'Quia, domne[b] apostolicę, inquisitioni[c] tantae in[d] communi sermone idoneus non sum respondere, quaeso, ut fidei, quam a me exigis, conscribendae tempus[e] mihi concedas sicque mutis tantum literis denudatam agnoscere valeas'. Quam petitionem benigne[f] suscipiens papa concessit, parvoque dehinc tempore transacto, vir Domini sanctae atque catholicae fidei sententiam omni convenientia[g] et eloquentia prolatam literis prefato pontifici[h] obtulit. At ille, lectis eisdem[i] literis, eum iuxta se consedere[k] fecit et, ut huiusmodi fidem constanter retineret, diligenter edoceret, ammonuit. Multa quoque de religione spiritalis[l] vitae cum illo conferens, ita ut interdum integrum pene diem colloquendo ducerent, ad extremum, quot populi[m] per devia idolatriae vel facinorum prius oberrantes[n] fidei documenta sua predicatione perciperent, sciscitatus est.

(13). Cumque apostolico de his omnibus satisfecisset respondendo, tunc ille intimavit sancto viro, quia episcopatus gradum sibi imponere voluisset, ut eo constantius errantes quoslibet corrigere et ad viam veritatis convertere posset, quo maiori auctoritate apostolicae dignitatis fulciretur, essetque cunctis tanto acceptior in predicandi officio, quanto plus claresceret, quia ad hoc a presule ordinatus esset apostolico. Quae omnia vir Dei sagaciter perpendens simulque cavens quod scriptum est: *Qui noluit benedictionem, et*[o] *elongabitur ab eo,* benedictionis tantae gratiam[p] non recusavit. Adveniente ergo ordinationis eius die, quae erat pridie Kalendarum Decembrium, hoc est in natali sancti Andreae[q] apostoli,

Ps. 108, 18.

VII. *Capp.* 12. 13. 1. 2*a. b. c.*

a) invitatur 2*b*. b) dñe 2*b cum Will.* c) *corr. ex* inquisitione 1. 2*a*. d) *superscr.* 1. e) *columna ex. m. al. add.* 1. f) *ita* 1; pet. cum papa ben. susciperet atque concederet, parvo dehinc *rell.* g) convenientiā 1, *corr.* h) *ita* 1; principi *rell.* i) eiusdem 2*a*, *corr.* k) considere *pr. m.* 2*a. b.* l) *m. al. corr.* spiritualis 1, *et ita rell.* m) *versu ex. om.* 2*c*. n) obsecrantes 1, *corr.* o) *ita* 1 *cum Vulg.; om. rell.* p) gratie 1, *corr.* q) Andere 2*c*.

conviatorem[1], cuius etiam virtute atque protectione suffultus, quocumque perrexit, ubique sacrae doctrinae noticiam dilatavit. *Willibald. c. 6.* Cumque ingentem Domino populum in Fresia predicando acquireret, multique ab eius spiritali[a] doctrina educati, ad agnitionem veritatis pervenirent, adeo, ut supradictum locum, cui gemini preerant germani, Dietich[b] videlicet et Dierolf, domino Deo auxiliante, obtinens, collecta non pauca fratrum congregatione, monasterium construeret. Tunc etiam alias Germaniae partes predicandi causa adiit, Hessones videlicet[c] in Saxonum confinio[d] positos. Quos cum similiter a paganicae superstitionis cultu magna ex parte converteret multaque milia hominum baptismatis sacramento abluisset, misit quendam ex suis fidelem nomine Binnan ad Romam cum literis, denuntians venerando presuli apostolico universa, quae circa illum divina pietas egerit, quantaque multitudo hominum[e], sancti Spiritus gratia illustrata, regenerationis lavacrum ab eo susceperit. Sed et de rebus variis, quae ad cotidianam regulae ęcclesiasticae necessitatem populique noviter conversi curam pertinebant[f], prudenti interrogatione conscripsit. Predictus vero legatus cuncta sibi commissa fideliter conplens, apostolico presuli missas detulit literas, aliasque ab[g] illo super universis questionibus propositis continentes responsa magistro suo deferens, quantotius rediit.

(12). Cum autem sanctus vir delatas legisset literas seque inter cętera invitatum ad Romam intellexisset, mox summum obędientiae gradum implere[h] contendens, clientum fratrumque circumseptus agmine, Italiae fines adiit. At, Romanae[i] urbis menibus conspectis[k], omnipotenti Deo condignas gratiarum laudes retulit seseque beatorum apostolorum patrocinio commendavit. Deinde, conperto sancti viri adventu, statim venerabilis papa Gregorius illum ad se invitavit et verbis familiaribus salutatum[l] honorifico xenodochio deputavit. Adveniente itaque[m] oportuno collocutionis

VII. *Capp.* 11. 12. 1. *2a. b. c.*

a) *ita* 1; spirituali *rell.* b) *ita* 1. *2e*; Dietih *rell.* c) scilicet 1. d) confiniū (?) *2a, corr.* e) *om. 2b.* f) pertinebat *2b.* g) de *2e.* h) *ita* 1. *2e*; (impl. *om.*) cont. (conscendens *2b. d*) *rell.* i) Rome 1, *corr.* k) *ita* 1; inspectis *rell.* l) salutavit *2e.* m) *ita* 1; vero *rell.*

1) *Comes itineris. Cangius.*

eorum die, ad ęcclesiam beati Petri apostoli hic Dei famulus invitabatur[a]. Ubi cum se mutuis ac pacificis satiassent colloquiis, presul apostolicus illum de symbolo fideique catholicae traditione inquisivit. 5 Ad haec vir Dei respondit, dicens: 'Quia, domne[b] apostolicę, inquisitioni[c] tantae in[d] communi sermone idoneus non sum respondere, quaeso, ut fidei, quam a me exigis, conscribendae tempus[e] mihi concedas sicque mutis tantum literis denu- 10 datam agnoscere valeas'. Quam petitionem benigne[f] suscipiens papa concessit, parvoque dehinc tempore transacto, vir Domini sanctae atque catholicae fidei sententiam omni convenientia[g] et eloquentia prolatam 15 literis prefato pontifici[h] obtulit. At ille, lectis eisdem[i] literis, eum iuxta se consedere[k] fecit et, ut huiusmodi fidem constanter retineret, diligenter edoceret, ammonuit. Multa quoque de religione spiritalis[l] vitae cum illo conferens, 20 ita ut interdum integrum pene diem colloquendo ducerent, ad extremum, quot populi[m] per devia idolatriae vel facinorum prius oberrantes[n] fidei documenta sua predicatione perciperent, sciscitatus est.

Willibald. c. 6.

(13). Cumque apostolico de his omnibus 25 satisfecisset respondendo, tunc ille intimavit sancto viro, quia episcopatus gradum sibi imponere voluisset, ut eo constantius errantes quoslibet corrigere et ad viam veritatis convertere posset, quo maiori auctoritate apostolicae dignitatis fulciretur, esset- 30 que cunctis tanto acceptior in predicandi officio, quanto plus claresceret, quia ad hoc a presule ordinatus esset apostolico. Quae omnia vir Dei sagaciter perpendens simulque cavens quod scriptum est: *Qui noluit benedictionem, et*[o] *elongabitur ab eo,* benedictionis tantae 35 gratiam[p] non recusavit. Adveniente ergo ordinationis eius die, quae erat pridie Kalendarum Decembrium, hoc est in natali sancti Andreae[q] apostoli,

Ps. 108, 18.

VII. *Capp.* 12. 13. 1. 2*a. b. c.*

a) invitatur 2*b*. b) dñe 2*b cum Will.* c) *corr. ex* inquisitione 1. 2*a*. d) *superscr.* 1. 40 e) *columna ex. m. al. add.* 1. f) *ita* 1; pet. cum papa ben. susciperet atque concederet, parvo dehinc *rell.* g) convenientiā 1, *corr.* h) *ita* 1; principi *rell.* i) eiusdem 2*a*, *corr.* k) considere *pr. m.* 2*a. b.* l) *m. al. corr.* spiritualis 1, *et ita rell.* m) *versu ex. om.* 2*c*. n) obsecrantes 1, *corr.* o) *ita* 1 *cum Vulg.; om. rell.* p) gratie 1, *corr.* q) Andere 2*c*.

Willibald. c. 6.

imposuit ei venerabilis papa et episcopatus ordinem et alterius nominis, quod est Bonifatius, dignitatem; nam antea Winfrid[a] dicebatur[1].

(14). Deinde, ut eum ad obędientiam sibi successoribusque suis exhibendam necnon ad omnem sacrae fidei traditionem observandam artius constringeret, exegit et accepit ab eo iuramentum, quod scilicet in antiquis exemplaribus invenitur ita scriptum[*, 2]:

Epist. 16.

In nomine domini Dei salvatoris nostri Iesu Christi, imperante domno Leone a[b] Deo coronato magno imperatore, anno VII.[3] post consulatum eius, sed et Constantini magni imperatoris eius filii anno quarto, indictione VI. Promitto ego Bonifatius Dei[c] gratia episcopus, tibi, beate Petre apostolorum princeps, vicarioque tuo, beato Gregorio papae, et successoribus eius per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, trinitatem inseparabilem et hoc sacratissimum corpus tuum, me[d] omnem fidem et puritatem sanctae fidei catholicae exhibere[e] et in unitate eiusdem fidei, Deo operante[f], persistere, in qua[g] omnis christianorum salus esse sine dubio conprobatur; nullo modo me contra unitatem communis et universalis ęcclesiae, suadente quopiam, consentire, sed, ut dixi, fidem et[h] puritatem meam atque concursum tibi[i] et utilitatibus tuae[k] ęcclesiae, cui a domino Deo potestas ligandi solvendique data est, et[l] predicto vicario tuo atque successoribus eius per omnia exhibere; sed et, si cognovero antistites[m] contra instituta antiqua sanctorum patrum conversari, cum eis nullam habere communionem aut coniunctionem: sed magis, si valuero prohibere, prohibeam; si minus, nec[n] fideliter, statim domno[o] meo apostolico renuntiabo. Quod si, quod absit, contra huius promissionis meae seriem aliquid facere quolibet modo seu ingenio vel occasione temptavero, reus inveniar[p] in aeterno iudicio, ultionem Annaniae[q] et Saphirae incurram, qui vobis etiam de rebus propriis fraudem facere presumpserunt.

*) Professio sancti Bonifatii *add.* 2c.

VII. *Capp.* 13. 14. 1. 2*a. b. c.*

a) Winfridus 1. b) *ita* 1; a Deo cor. *om. rell.* c) gr. Dei 2*b cum Epist.* d) *superscr.* 1. e) exhabere 2*a, corr.;* exhiberi 2*b.* f) cooperante 1. g) *ita* 1; quo *rell.* h) *superscr.* 2*a.* i) *in ras.* 2*b.* k) ęccl. tuae 2*b.* l) ut 2*c, corr.; folio ex. om.* 2*b.* m) *corr. ex* antistes 2*a. c.* n) *ita codd.; corr.* hec 2*c*; ne *Epist.* o) dño 1. 2*b.* p) et *add.* 2*b.* q) *ita* 2*a;* Anani(a)e *rell.*

1) *Supra p.* 122, 2. 2) *Jaffé n.* 17 *(p.* 76*); Dümmler n.* 16 *(p.* 265*).* 3) *Numerus Otlohi cum epistulis duabus subsequentibus (n.* 17. 18*) convenit, sed qui extant codices epistularum iusiurandum (n.* 16*) anno* VI. *attribuunt neque* VII.

Hoc autem indiculum sacramenti ego Bonifatius[a] *exiguus episcopus manu propria scripsi, atque ponens supra*[b] *sacratissimum corpus sancti Petri, ita ut prescriptum est, Deo teste et iudice, feci sacramentum, quod et conservare promitto.* *Epist.* 16.

(15). Postquam igitur huiusmodi promissionem iurando coram Gregorio papa peregit, tunc et ipse eum in omnibus adiuvare, preferre et venerari studuit. Nam libellum, in quo sacratissima ęcclesiasticae institutionis iura, pontificalibus digesta conventibus, habebantur, ei donavit, precipiens, ut tam clerus quam cęteri populi suo regimini subiciendi institutis talibus erudirentur. Sed et familiaritatem sedis apostolicae sibi omnibusque sibi[c] subiectis perenniter reservandam privilegio confirmavit, sicque eum[d], literis transmissis, non solum Karolo duci glorioso, qui per idem tempus Francorum regnum gubernabat, sed etiam universis ęcclesiasticis viris principibusque in Germania constitutis muniendum commendavit. Literarum autem[e] tunc missarum exemplaria, quia locus presens exigit[f], ut inserantur, hic iam inserere cupimus, primum quidem, quae ad Karolum ducem, deinde vero[g], quae ad cęteros principes directae sunt, ponentes. *Willibald. c.* 6.

(16). *DOMNO*[h. 1] *GLORIOSO FILIO KAROLO DUCI GREGORIUS PAPA.* *Epist.* 20.

Conperientes, te, in Christo dilectissime, religiosae mentis affectum gerere in multis oportunitatibus, debito salutis premisso, notum facimus Deo dilectae tuae[i] *dignitati, presentem fratrem Bonifatium, fide et moribus approbatum, a nobis episcopum consecratum atque institutionibus sanctae sedis apostolicae, cui Deo auctore presidemus, ęcclesiae generali sollicitudine informatum, ad predicandum plebibus Germaniae gentis ac diversis in orientali Reni fluminis parte consistentibus, gentilitatis errore detentis vel adhuc*[k] *incipientibus, multis adhuc ignorantiae obscuritatibus pre-*

VII. *Capp.* 14—16. 1. *2a. b. c.*

a) *ita* (1). 2*c*; Bonifac. 2*a. b.* b) super 1. c) *om.* 2*c.* d) cum 2*c.* e) *versu ex. om.* 2*b.* f) ex *e corr.* 1. g) *superscr.* 1. h) ::: Dño, *ras.* Con 2*c.* i) dign. tuae 2*b.* k) *ita* 1; adhuc inc. m. *om. rell.*

1) *Jaffé n.* 21 *(p.* 81*)*; *Dümmler n.* 20 *(p.* 269*)*. *Hanc epistulam unus Otloh servavit.*

Epist. 20. *peditis, necessario destinare. Pro quibus eum gloriosae benivolentiae tuae omnimodo commendamus, ut eum in*[a] *omnibus necessitatibus adiuvetis et contra quoslibet adversarios, quibus in Domino prevaletis, instantissime*[b] *defendatis, certissime retinentes, Deo vos exhibere, quaecumque huic promptissimo impenderitis favore, qui, sanctis apostolis suis ad lucem gentium destinatis, suscipientibus eos se suscipiendum predixit.* (*cf. Matth.* 10, 40.) *Quorum institutionibus per nos informatus premissus antistes in sorte predicationis*[1] *procedit.*

Epist. 17. (17). *GREGORIUS*[2] *EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, UNIVERSIS REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS FRATRIBUS, COEPISCOPIS, RELIGIOSIS PRESBITERIS SEU*[c] *DIACONIBUS, GLORIOSIS DUCIBUS, MAGNIFICIS CASTALDIS*[d]*, COMITIBUS ETIAM VEL CUNCTIS CHRISTIANIS DEUM TIMENTIBUS.*

Sollicitudinem nimiam gerentes pro speculatione credita, quia in[e] *umbra mortis aliquas gentes in Germaniae partibus vel plaga orientali Reni fluminis, antiquo hoste suadente, errare, quasi sub religione christiana idolorum culturae eos servire cognovimus, aliquos vero, qui necdum cognitionem Dei habentes nec baptismatis sacri unda sunt loti, sed comparatione brutorum animalium pagani factorem non recognoscunt, necessario*[f] *pro utrorumque inluminatione ad predicandum rectae fidei verbum harum literarum portitorem Bonifatium, reverentissimum fratrem nostrum, episcopum* a d *easdem partes dirigere studuimus, ut et illis predicando verbum salutis vitam provideat sempiternam et, si quos forte*[g] *vel ubicumque a rectae fidei tramite* d e v i a s s e *cognoverit aut astutia diabolica suasos erroneos repererit*[h]*, corrigat atque sui educatione*[i] *ad portum reportet*[k] *salutis eosque ex apostolicae sedis huius doctrina informet et in eadem catholica fide permanere instituat.*

Cui hortamur ob amorem domini nostri Iesu Christi et apostolorum eius reverentiam ut in omnibus solatia e x h i b e a t i s, *eumque in nomine Iesu Christi recipiatis, ut scriptum est de suis discipulis:* Qui vos recipit, me recipit; *providentes insuper necessaria itineris eius comitesque tribuentes, cibum etiam ac*

VII. *Capp.* 16. 17. 1. 2*a. b. c.*

a) *om.* 2*c.* b) inst. def. *m. al. in marg. suppl.* 1. c) pr., subdiaconibus 2*a.* d) castallis *pr. m.* 2*c.* e) in u. m. al. g. *om.* 2*b.* f) *om.* 2*b.* g) ibi *add.* 2*b.* h) reperit 2*c.* i) eductione 2*c.* k) *ita* 1; restituat *rell.*

1) *Cf. infra p.* 132, 30. 2) *Jaffé n.* 18 *(p.* 77*); Dümmler n.* 17 *(p.* 266*).*

potum vel si quid eguerit largientes, ut uno labore et socia Epist. 17.
voluntate opus sibi creditum pietatis et negocium salutis, annuente Deo, perficiatur atque premium laboris percipere mereamini, deque conversione[a] *errantium merces vobis asscribatur in caelis.* 5 *Si quis itaque huic Dei*[b] *famulo ad inluminationem gentium ab hac apostolica atque catholica Dei ęcclesia destinato assensum vel concursum prebuerit, exorantibus*[c] *apostolorum principibus, consortium mereatur sanctorum martyrum Christi Iesu. Si quis vero, quod non optamus, adversari eius labori*[d] *conatus fuerit* 10 *aut contrarius extiterit ministerio sibi credito successorumque*[e] *eius in eundem laborem intrantium, ex sententia divina anathematis vinculo ligatus, perpetuae damnationi subiaceat. Data Kal. Decemb., imperante domno*[f] *piissimo augusto Leone a*[g] *Deo coronato imperii eius anno septimo, sed et Constantini imperatoris, eius filii, anno quarto, indictione VI.* 15

(18). *GREGORIUS*[1] *EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, CLERO, ORDINI*[h] *ET PLEBI, DILECTISSIMIS FILIIS IN DOMINO SALUTEM.* Epist. 13.

Probabilibus desideriis nihil tarditatis prestantes, fratrem 20 *iam*[i] *et coepiscopum nostrum Bonifatium vobis*[k] *ordinavimus sacerdotem. Cui dedimus in mandatis, ne umquam ordinationes presumat inlicitas, ne bigamum aut qui virginem non est sortitus uxorem neque inliteratum vel in qualibet corporis parte viciatum aut ex penitente vel curiae aut*[l] *cuilibet conditioni obnoxium* 25 *notatumque ad sacros ordines permittat accedere; sed*[m] *si quos huiusmodi forte*[n] *repererit, non audeat promovere*[2]*, quia aliqui eorum Manichei, aliqui rebaptizati sepius sunt probati. Ministeria atque ornatum ęcclesiae, vel*[l] *quicquid illud est in patrimonio eiusdem, non minuere studeat, sed augere. De reditu vero* 30 *ęcclesiae vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones: quarum unam sibi ipse retineat, alteram clericis pro officiorum sedulitate distribuat, terciam pauperibus et peregrinis, quartam ęcclesiasticis fabricis*[o] *noverit reservandam, de quibus divino erit redditurus iudicio rationem. Ordinationes vero presbiterorum seu diaconorum*

35 VII. *Capp.* 17. 18. 1. 2*a. b. c.*

a) conversatione (*ras.* sa 2*a*) 2*a. c.* b) fam. Dei 2*c.* c) exortantibus 1. d) labore 2*c, corr.* e) que *om.* 2*c.* f) dño 2*b.* g) *ita* 1; a Deo cor. *om. rell.* h) *ita* 1; *om. rell.* i) etiam 1, *corr.*; et *om.* 2*c.* k) ord. vobis 2*c.* l) *superscr.* 2*a.* m) et *add.* (1). 3. n) *ita* 1; *om. rell.* o) *versu ex. postea suppl.* 1.

40 1) *Jaffé n.* 19 *(p. 79); Dümmler n.* 18 *(p. 267).* 2) *Sequuntur verba ab Otloho praetermissa:* Afros passim ad aecclesiasticos ordines praetendentes nulla ratione suscipiat.

Epist. 18. *non nisi quarti*[a], *septimi et decimi mensis ieiuniis, sed et in*[b] *ingressu quadragesimali atque medio vespere sabbati sacro noverit cẹlebrandas. Sancti autem baptismi sacramentum non nisi in paschali festivitate et pentecoste noverit esse prebendum, exceptis his qui*[c], *mortis urgente periculo, ne in aeternum pereant, talibus oportet remediis subvenire*[d]. *Huic ergo sedis nostrae precepta servanti devotis animis obsequi vos oportet, ut inreprehensibile placidumque fiat corpus ẹcclesiae per Christum dominum nostrum. Deus*[e] *incolomes vos custodiat, dilectissimi filii.*

(19). Has quidem duas suprascriptas epistolas communiter omnibus principibus in Germania constitutis[f]**, duas vero sequentes specialiter Turingis principibus misit predictus papa.**

Epist. 19. *VIRIS*[1] *MAGNIFICIS ASOLFO*[g], *GODOLAO, WILARIO*[h], *CUNTHARIO*[i], *ALBOLDO ET OMNIBUS DEO DILECTIS TURINGIS, FIDELIBUS CHRISTIANIS GREGORIUS PAPA.*

Insinuatam vobis[k] *magnificae in*[l] *Christo fidei vestrae constantiam agnoscentes, quod paganis compellentibus*[m] *vos ad idola colenda fide plena responderitis*[n], *magis velle feliciter mori quam fidem semel in Christo acceptam aliquatenus violare, repleti nimia exultatione grates debitas persolvimus Deo nostro et redemptori, bonorum omnium largitori, cuius gratia comitante, vos ad meliora et potiora optamus proficere et ad confirmandum fidei vestrae propositum sanctae sedis*[o] *apostolicae religiosis mentibus adherere, et prout*[p] *opus poposcerit sacrae religionis, a memorata sancta sede apostolica, spiritali*[q] *omnium fidelium matre, solatium quaerere, sicut decet filios coheredes regni. Ministerio quoque presentis fratris karissimi Bonifatii, quem ad vos episcopum consecratum in sorte predicationis destinavimus, apostolicis institutionibus informatum ad instruendam fidem vestram, in omnibus volumus et hortamur obedientes ei consentire ad complementum in Domino vestrae salvationis.*

VII. *Capp.* 18. 19. 1. *2a. b. c.*

a) et *add.* 2*b.* b) *om.* (1). 2*c.* 3. c) quibus (1). 3. d) subveniri 2*b.* e) Deus inc. vos cust. *versu ex. in marg. suppl.*, dil. f. *om.* 2*c.* f) consti::tutis 1; constitut' 2*a, corr.* g) Asolvo 2*b. c.* h) Willario 1. i) *ita rell.*; Gunthario 2*a. a*²; Gundhareo *Epist.* k) *ita codd.* l) *ita* 1; (in Chr. *om.*) fidei (vestrae *om.*) *rell.* m) vos comp. 2*b.* n) responderetis 2*c.* o) *corr.* sedi 2*b.* p) ut 2*a.* q) *ita* 1; spirituali *rell.*

1) *Jaffé n.* 20 *(p.* 80*)*; *Dümmler n.* 19 *(p.* 268*).*

(20). *GREGORIUS*[1] *SERVUS SERVORUM DEI UNIVERSO POPULO TURINGORUM.* Epist. 25.

Dominus Iesus Christus, filius Dei, Deus verus, qui de caelo descendit, homo factus est, pro nobis pati et crucifigi 5 *dignatus est et sepultus tercia die resurrexit a mortuis et ascendit in caelum, discipulis etiam suis sanctis ait:* **Euntes**[a] **docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti,** *ipse in se credentibus vitam aeternam promisit. Cupientes ergo vos in perpetuum nobiscum gaudere, ubi finis* 10 *nullus est nec tribulatio nec aliqua amaritudo, sed gloria sempiterna, ideo fratrem nostrum sanctissimum Bonifatium episcopum ad vos direximus, ut vos debeat baptizare et fidem Christi docere et ab errore ad viam salutis*[b] *deducere, ut salutem habeatis et vitam sempiternam. Sed vos ei in omnibus obędite et sicut* 15 *patrem vestrum illum honorate et ad eius doctrinam corda vestra inclinate, quia illum non pro lucro aliquo temporali conquirendo*[c] *direximus, sed pro lucro animarum vestrarum ad vos eum misimus. Diligite ergo Deum et in nomine eius baptismum suscipite, quia dominus Deus noster, quod oculus hominis num-* 20 *quam*[d] *vidit nec in cor hominis ascendit, preparavit*[e] *diligentibus se. Iam recedite a malis operibus et agite*[f] *bene; non adoretis idola nec immoletis carnes, quia Deus non recipit ista, sed in omnibus, secundum quod vos frater noster Bonifatius docuerit, observate et agite, et salvi eritis et filii vestri in sempiternum.* 25 *Facite ergo et domum, ubi debeat ipse pater vester episcopus*[g] *habitare et ęcclesias, ubi debeatis orare, ut Deus vobis indulgeat peccata vestra et donet vobis vitam perpetuam.*

(21). *GREGORIUS*[2] *PAPA UNIVERSO POPULO PROVINCIAE ALTSAXONUM.* Epist. 21.

30 *Sapientibus et insipientibus debitor sum, fratres karissimi, ideoque volens vos scire, qualem sollicitudinem habeam pro vobis et pro his, qui verbum exhortationis fidei Iesu Christi domini*[h] *nostri susceperunt et qui adhuc suscepturi sunt, ut consolentur corda vestra instructa in caritate et in omni plenitudine sapien-*

35 **VII.** ***Capp.* 20. 21. 1. 2*a. b. c.***

a) Euntes — Sp. sancti *om.* 2*b*. b) salutaris (?) 1, *corr.* c) *ita* 1; acquir. *rell.* d) non 2*c*. e) Deus *add.* (1). 3. f) bene ag. 2*a*. g) *ita* 1; *om. rell.* h) Dei *add.* 1.

1) *Jaffé n.* 26 *(p.* 87*)*; *Dümmler n.* 25 *(p.* 274*)*. 2) *Jaffé n.* 22 40 *(p.* 81*)*; *Dümmler n.* 21 *(p.* 269*)*.

Epist. 21. *tiae, annuntio vobis, quoniam prope est regnum Dei, ut nemo vos amplius decipiat in sublimitate verborum, aut in quocumque metallo salutem vestram quaeratis, adorantes idola manu facta, aurea, argentea, aerea, lapidea vel de quacumque materia facta, quae falsidica nomina a paganis antiquitus quasi dii*[a] *vocati*[b] *sunt, in quibus demones habitare noscuntur,* quoniam omnes Dii gentium, *ut ait scriptura,* demonia sunt, Dominus[c] autem noster caelos fecit. *Quicumque autem in vobis susceperunt Christum Iesum*[d] *dominum nostrum, in ipso ambulent* radicati et superaedificati et confirmati[e] fide, abundantes[f] in gratiarum actione. *Videte, ne quis vos amplius decipiat per philosophiam et inanem fallaciam. Astutiores enim sunt filii tenebrarum quam filii lucis. Discedite ab idolorum cultura et accedite et adorate dominum Deum nostrum,* qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt, *et vultus vestri non erubescent. Unus enim Dominus hominum, volucrum, quadrupedum et piscium, qui est benedictus in secula seculorum. Expoliate ergo veterem hominem et induite Christum novum, deponentes iram, indignationem, maliciam, blasphemiam; turpem quoque sermonem nolite de ore vestro producere*[g]. *Iam enim advesperascit dies seculi, et appropinquat tempus tenebrarum. Ideoque nolite esse ociosi, sed potius operamini opus*[h] *bonum, ut Christus habitet in vobis, et* quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum, *respuentes gentilitatis sectam, scientes, vos Dominum habere in caelis. Orationi instantes, ad ipsum Dominum cor erigite,* quoniam magnus est dominus Deus[i] noster et laudabilis nimis et terribilis super omnes deos; qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis pervenire. *Hoc etiam commoneo, fratres, ut, quicumque ex vobis voluerit ad Christum converti, nullo modo eum prohibeatis neque*[k] *vim ei faciatis sculptilia adorare. Ministrum quoque et conservum in Domino, quem misi ad vos, Bonifatium fratrem ac coepiscopum*[l] *meum, ad hoc ipsum, ut cognoscat, quae circa vos sunt, et consoletur corda vestra cum exhortationis verbo, in Christo Iesu domino nostro suscipite, ut a*[m] *diabolica fraude liberati mereamini adoptionis filiis aggregari**.

Willibald. c. 6. (22). Tantarum[n] itaque literarum auctoritate suffultus, sanctus presul Bonifatius proficisci-

*) et in sanctorum sorte connumerari *add.* 2*e*.

VII. *Capp.* 21. 22. 1. 2*a. b. c.*

a) *in marg. suppl.* 2*a*. b) *ita* 1; facti *rell.* c) *ita* 1; Deus *rell.* d) *om.* 2*b*. e) *ita* 1; in *add. rell.* f) ambulantes 2*b*. g) *ita* 1 *(sed* ducere *in ras.)*; proferre *rell.* h) *in ras.* 1. i) *om.* 2*a. b. c.* k) *ita* 1; nec *rell.* l) : : | coepisc., *ras.* co 2*a*. m) ad (?) 2*a*, *corr.* n) Tantum 2*a*, *corr.*

Willibald. c. 6.

tur in Germaniam, veniensque ad prefatum principem Karolum, literas ei Romani pontificis detulit, seseque illius dominio atque patrocinio subiciens, cum consensu eius[a] in Hessorum[b] metas, quibus et antea predicare cęperat[c], perrexit. Illuc ergo adveniens, reperit plures ex eis, relicta christianae religionis cultura, variis erroribus implicatos. Alii namque lignis et fontibus clam vel aperte sacrificabant, alii vero aruspicia et divinationes, prestigia et incantationes exercebant. Quidam autem alia nefanda[d] quaedam sacrilegia intendebant, pauci vero in via veritatis, quam semel acceperant, perstiterunt. Quorum etiam consilio arborem quandam mirae magnitudinis, quae prisco paganorum vocabulo appellabatur arbor Iovis, in loco qui dicitur Gesmere[e], servis Dei secum[f] astantibus, succidere temptavit. Ad eiusdem autem arboris incisionem magna paganorum multitudo concurrit[g], cupientes in sanctum virum, velut inimicum Deorum suorum, inter ipsa incisionis opera irruere et interficere. Sed dum arbor eadem paululum incideretur, mox, quasi divino nutu agitata[h], in[i] quatuor partes disrupta est. Quo viso, pagani, qui illuc perversa[k] mente convenerunt[l], abicientes omnem maliciam benedicentesque Deo, crediderunt. Tunc sanctus presul, consilio inito cum fratribus, ex illa ingentis arboris mole oratorium construxit hocque in honore sancti Petri apostoli dedicavit.

(23). His ita peractis, ad Turingiam quoque profectus est illiusque populi principes magna ex parte a christiana religione deficientes corrigere studuit. Postquam enim religiosorum ducum dominatio in eis cessavit, cessare etiam christianae religionis intentio[m] cępit, falsique quidam[n] christiani, quorum nomina sunt Dorhtwin[o] et Bertheri, Eanberht et Hunred, inter eos hospitantes, maximam hereticae pravitatis introduxe-

VII. *Capp.* 22. 23. 1. 2*a. b. c.*

a) *om.* 2*c.* b) Hessonum 2*b.* c) predicaverat, perr. 1. d) qu(a)edam nefanda (*corr. e* naf. 2*a*) 2*a. b. c.* e) Geismere 2*a.* f) *versu ex. om.* 2*c.* g) currit 1. h) agnita 2*c.* i) *superscr.* 2*a.* k) *ita* 1; mente perv. *rell.* l) convenerant 2*b.* m) cepit int. 1, *corr.* n) chr. qu. 2*b*; qu. christiane 2*a*, *corr.* o) Dorhtwim 1; Dortwin 2*b.*

Willibald. c. 6. runt sectam. Qui scilicet fornicatores et adulteri cum validissimum adversus hominem Dei excitarent conflictum, veris verborum oppositionibus confutati, dignam reconpensationis sortiti sunt sententiam: nam excommunicati et expulsi sunt de ęcclesia. Cum autem predicationis eius fama undique emanaret credentiumque multitudo excrevisset, ęcclesiae instaurantur, monasteria aedificantur. Tunc etiam, congregata servorum Dei multitudine, constructum est monasterium in loco qui dicitur Ordorf[a] sub honore sancti Michahelis archangeli. Qui scilicet omnes apostolico more viventes, labore proprio victum vestitumque acquisierunt.

(24). Cur autem in honore sancti Michahelis[b] constructum fuerit idem monasterium, breviter[c] dicendum. *Vita Mogunt. c. 5.* Nam cum sanctus Bonifatius predicando et[d] baptizando in Turingia transiret et prope flumen, cui nomen est Oraha[1], tentoriis fixis pernoctaret, tunc per totam noctem lux magna de caelo sese protendens locum, ubi manebat episcopus, circumfulsit[e]. In qua etiam luce sanctus Michahel[f] archangelus adveniens episcopo apparuit, eumque[g] alloquens, in Domino confortavit. Mane itaque facto, laudans[h] et benedicens Deum, ibidem missarum sollemnia cęlebravit. Deinde in eodem loco prandium sibi parari precipiens, sed a ministro suo audiens, cibum quo vesci posset se non habere, respondit: 'Nonne[i] qui multitudinem populi in deserto XL annis manna de caelo missa[k] potuit pascere, mihi indigno servulo suo non[l] prevalet ad unius diei refectionem ęscam impendere?' Haec cum dixisset, mensam[m] sibi apponere precepit. Interea[n] quaedam avis advolans, piscem[2] talem, qui[o] ad illius diei refectionem sufficeret, attulit et ante mensam pro-

VII. *Capp.* 23. 24. 1. 2*a. b. c.*

a) Ordorfr *(sic)* 2*b*. b) Michaelis *h. l.* 2*a*. c) est *add.* 2*c*, *m. al. add.* 2*b*. d) *versu ex. postea suppl.* 1. e) *ita* 1. 3; circumdedit 2*a. b. c.* f) Michael 2*a*. g) que *om.* 2*c*. h) Deum *add., sed del.* 2*a*. i) Numquid 1. k) misso 1. 2*b*. l) *om.* 2*b*. m) *ita* 2*a. b. c;* ut mensa (mensam ut 1, *corr.*) sibi apponeretur 1. 3. n) *ita* 1. 3; vero *add. rell.* o) que 1.

1) *Ohre rivus ex silva Thuringica decurrens et in Apfelstedt fl. influens.*
2) Truttam *auctor Moguntinus.*

iecit. Q u o v i s o, sanct u s p r e s u l Deo gratias retulit, p i s c e m q u e[a] a l l a t u m c i t o p r e p a r a r i[b] i u s s i t. Illo vero preparato et comeso, reliquias in flumen proici precepit[c]. Exinde[d] ceptum carpens iter 5 et Turingiam peragrans, diligenter investigavit, cuius ille[e] locus esset, ubi visio[f] tanta sibi apparuit. Compertoque, quod Hugo, qui dicebatur senior, illius loci possessor esset, peciit ab eo, ut sibi dare dignaretur. At ille petita annuens, primus omnium Turingorum[g] 10 hereditatem suam tradidit venerando[h] presuli. Deinde vero Albolt[1] aliique plures contigua predicto loco predia tradiderunt. His igitur adeptis[i], sanctus Bonifatius rediens in eodem loco frutecta extirpare terramque incolere iussit et, iacto fundamento, ęcclesiam construi 15 fecit[2]. Haec autem in libro quodam antiquo scripta reperiens[3], ideo inserere decrevi, ut, agnita causa, unde monasterium predictum constructum fuerit, et ipse locus et fundator eius angelica visitatione[4] digni sub veneratione maiori habeantur.

20 (25). Predicans ergo et baptizans sanctus presul Bonifatius in Turingorum et[k] Hessorum regionibus, perspexit messem quidem esse[l] multam ibi, sed operarios paucos[5] ad copiosam multitudinem credentium instruendam. Unde in provinciam patriamque suam mittens, 25 exinde tam feminas quam viros religiosos scientiaque varia imbutos plures venire fecit[6] suique[m] laboris onus

cf. Matth. 9, 37.

VII. *Capp.* 24. 25. 1. *2a. b. c.*

a) que *versu ex. om.* 2*b*. b) preparare *pr. m.* 2*b*. c) iussit 2*b*. d) *ita* 1. 3; Exin 2*a. b. c.* e) locus ille 2*c*. f) viso *pr. m.* 2*a*; (vis *in ras.*)io 2*b*. g) *m. rec.* 30 *corr.* Turingiorum 1. h) sancto *add.* 2*c*. i) acceptis 2*b*. k) *m. al. suppl.* 2*a*. l) *ita* (1). 3; multam esse ibi 2*a. b*; ibi esse multam 2*c*. m) *ita* 1. 3; suique — divisit *om.* 2*a. b. c. d. e.*

1) *Epistula Gregorii II. a.* 722/23. *data (Bonif. epist.* 19, *p.* 268*) et aliis Thuringis et* Alvoldo (Alboldo *Otloh supra I,* 19) *inscripta est.* 35 2) *E Vita Moguntina c.* 5: quia et locum et ęcclesiam in honore sancti angeli illic dedicavit. 3) *Cum Vitam Moguntinam (c.* 5*) ab Otloho in hoc capite exscriptam esse mihi persuasum sit, etiam haec verba ad eandem rettulerim, ita ut Otloh aut de libri aetate erraverit aut vocabulum 'antiquus' sensu satis lato pro spatio aliquot decenniorum* 40 *acceperit. Auctor Moguntinus neque Ohrdruf monasterium neque fluvii nomen attulit neque Thuringorum illorum aut donationis praediorum meminit.* 4) *V. Mogunt. c.* 5 *(p.* 96, 24*):* a n g e l i c a v i s i t a t i o n e — — perfrui meruit. 5) *Cf. supra p.* 33, 16. 6) *Willibaldus c.* 6 *(p.* 34*) 'eruditorum virorum', auctor Moguntinus c.* 3

inter eos divisit. Inter quos erant precipui viri[a] quidem Burghardus[b, 1] et Lullus, Willibalt[c] et Wunnebalt[d], frater eius[2], Witta[3] et Gregorius[4]; feminae vero religiosae, matertera scilicet sancti Lulli[e] nomine Chunihilt[f, 5] et filia eius Berhtgit[g, 6], Chunitrud[h] et Tecla[i, 7], Lioba[k] et Waltpurgis[l, 8], soror Willibaldi[m] et Wunnebaldi[n]. Sed Chunihilt et filia eius Berhtgit[o], valde eruditae in liberali[p] scientia, in Turingorum regione constituebantur magistrae; Chunitrud in Bagoariam[q] destinata est, ut verbi divini semina ibidem spargeret; Teclam[r] vero iuxta fluvium Moin in locis Kizzingun[s] et Ohsnofurt[t, 9] nuncupatis[u] collocavit; Liobam quoque ad Biscofesheim[v], ut illic multitudini virginum congregatae preesset, constituit.

Vita Mogunt. c. 3.

Willibald. c. 6.

(26). Cumque multa milia hominum, tam per se quam per suos provinciales ad fidem sacram perducta, baptismatis unda diluisset, iam defuncto beatae memoriae Gregorio secundo, sedis apostolicae presule et tercio Gregorio eandem sedem obtinente, iterum beatus Bonifatius Romam legatos misit, qui apud presulem predictum prioris

VII. *Capp.* 25. 26. 1. 2*a. b. c.*

a) *ita* 1; qu. viri 3; quidem *om. rell.* b) *ita* 2*a;* Burchardus et L. (L. et B. 2*b*) *rell.* c) Willibolt 2*a.* d) *ita* 1; Wunnibalt 2*e.* 3; Wnnebalt 2*b. c. d;* Wnnibolt 2*a.* e) Lulii *corr.* Lullii 1. f) Chumhilt *h. l.* 1; Cunihilt 2*b, ut infra.* g) *ita* 2*b. c. d;* Berthgit 2*a. e;* Berahtgit 1; Berathgit 3. h) Cunitrud 2*b, ut infra.* i) et *add.* 2*b.* k) *ita rell.;* Lieba *h. l.* 2*e.* l) Waltburgis 2*b;* Walburgis 1 *(non* 3*).* m) *ita (corr. e* Willibalti 1*)* 1. 2*e.* 3; Wilī 2*a. b. c.* n) *ita* 1; Wunnibaldi 2*e;* Wunibaldi 3; Wnneƀ 2*c;* Wnniƀ 2*a;* Wnū 2*b.* o) *ita* 2*a. b;* Berthgit 2*e;* Berahtgit 1; Berathgit 3; Berhthilt 2*c.* p) libra.li 1. 2*b (pr. m.).* q) *ita* 1 *(superscr.* in Bawariam). 2*b.* 3; Bagoriam *(sic)* 2*c;* Baioariam 2*a.* r) *ita* 2*b. e;* Tecla *rell.* s) *ita* 1; Kizzinga 2*a. b. c. d. e;* Kihhingen 3. t) *ita* 2*a. c. d;* Ohsnofuret 2*b;* Ohsnosfurt 1; Ohsenfurt 2*e.* u) n. coll. *in marg. suppl.* 1. v) sh *in litura* 2*a.*

(p. 95*) 'feminarum religiosarum' meminerunt, qui e Britannia (Moguntinus l. l.:* de sua provincia*) profecti Bonifatio subvenissent.* 1) *Burchardum Anglosaxonem fuisse, biographus eius prior (SS. XV,* 47*) primus rettulit, ut videtur, recte; cf. Holder-Egger ib. n.* 7; *J. Hefner, 'Das Leben des hl. Burchard' ('Archiv des Histor. Vereins von Unterfranken' XLV,* 1903*), p.* 18 *sqq.* 2) *Abbas Heidenheimensis.* 3) *Episcopus Buraburgensis.* 4) *Abbas Traiectensis non e Britannia, sed 'de nobili stirpe Francorum' oriundus erat (V. Gregorii auct. Liudgero c.* 1, *SS. XV,* 66*).* 5) *Bonifatius epistulam (n.* 67, *p.* 335*)* Leobgythae et Teclae necnon et Cynehildae (Cunihildae *codices* 1. 2) *inscripsit.* 6) Berthgyth *quaedam Baldhardo fratri trans mare posito epistulas duas scripsit (Bonif. epist.* 147. 148, *p.* 428 *sqq.), rogans, ut ante obitum ipsam visitaret. Cf. Hahn, 'Bonifaz und Lul' p.* 138. 7) *De qua cf. supra p.* 95, *n.* 4. 8) *Abbatissa Heidenheimensis.* 9) *Ochsenfurt oppidum ad Moenum fl. in Franconia inferiore.*

amiciciae fędera renovantes, omnem familiaritatis gratiam, quam ab antecessore suo habuisset, expeterent omnemque subiectionem apostolicae sedi debitam a se promitterent, conversionem quoque plurimorum in Germania habitantium intimarent[1]. Postquam vero legati supradicti[a] Romam venientes, venerabili papae talia denuntiabant, statim Deo gratias retulit. Deinde non solum omnia familiaritatis et amiciciae iura[b] a sancto Bonifatio postulata promisit, sed etiam ea[c] quae minime petiit, id est[d] archiepiscopatus pallium, direxit. *Willibald. c. 6.*

(27). Epistolam quoque[e] continentem diversa, pro quibus interrogatus fuerat, presuli sancto remisit[e]; cuius exemplar hic subsequenter inseretur[f, 2].

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO COEPISCOPO, AD INLUMINATIONEM GENTIS[g] GERMANIAE VEL CIRCUMQUAQUE IN UMBRA MORTIS MORANTIBUS GENTIBUS, IN ERRORE CONSTITUTIS, AB HAC APOSTOLICA SEDE DIRECTO, GREGORIUS SERVUS[h] SERVORUM DEI. *Epist. 28.*

Magna nos habuit gratulatio, lectis sanctissimae fraternitatis tuae literis, cum in eis, relecta serie, fuisset repertum, domini nostri Iesu Christi gratia plurimos te a gentilitate et errore ad verae fidei agnitionem convertisse; quod, quia[i] divina institutione docemur in parabolis, cui quinque talenta credita fuerant, alia quinque fuisse lucratum, in talis commercii lucro cum tota plaudemus ęcclesia. Hinc iure tibi sacri pallii direximus munus, quod beati Petri apostoli auctoritate suscipiens induaris, atque inter archiepiscopos unus Deo auctore precipimus ut censearis. Qualiter autem eo utaris, ex mandato apostolico informatus cognosce. Itaque dum missarum sollemnia geris vel episcopum te contigerit consecrare, illo tantummodo[k] tempore eo utaris.

Quia vero turbas Domini gratia in eisdem partibus ad rectam fidem asseruisti conversos[l] ideoque nequire te occurrere omnibus ea[m] quae salutis sunt inpendere aut intimare, cum iam longe lateque gratia Christi eius fides in illis partibus[n] propa-

VII. *Capp.* 26. 27. 1. 2*a*, *b*, *c*.

a) *ita* (1). 3; *om. rell.* b) *corr.* una 2*b*. c) *om.* 2*a*; *superscr.* 2*c*. d) idē 2*a*. e) quoque — remisit *in marg. suppl.* 1. f) inseritur (?) *corr.* insertur 2*b*. g) *om.* 1. h) *om.* 2*a*. i) Quodque div. 2*c*. k) *in ras.* 2*b*. l) *ita codd.* m) *ita* 1; *om. rell.* n) *ita* (1). 3; *om. rell.*

1) *Cf. infra l.* 23. 2) *Jaffé n.* 28 (*p.* 91); *Dümmler n.* 28 (*p.* 278).

Epist. 28. *getur, precipimus, ut iuxta sacrorum canonum statuta, ubi*[a] *multitudo excrevit fidelium, ex vigore apostolicae sedis debeas ordinare episcopos, pia tamen contemplatione, ut non vilescat dignitas*[b] *episcopatus.*

Presbiterum namque, quem preterito asseruisti anno ad nos venisse, nostroque iudicio fuisse a suis nefariis absolutum actionibus[c] *credas, neque nobis confessionem aliquam fecit nec a nobis, ut suos expleat libitus, absolutus est. Sed si eum errori deditum repereris, hunc apostolicae sedis vigore ut*[d] *iuxta sanctorum canonum censuram corrigas precipimus*[e] *et emendes, vel si quos forsan*[f] *tales*[g] *inveneris. Ille enim veniens: 'Presbyter sum', ait et commendaticias ad*[h] *filium nostrum Karolum*[i] *literas expetiit. Nullam illi*[k] *aliam concessimus licentiam; quem vitari, si prave conversatur, cum reliquis volumus.*

Eosdemque, quos a paganis baptizatos esse asseruisti, si ita habetur, ut denuo baptizes in nomine[l] *trinitatis, mandamus.*

Inter cętera agrestem caballum[m] *aliquantos comedere adiunxisti, plerosque et domesticum. Hoc nequaquam fieri deinceps, sanctissime, sinas*[n]*, frater, sed quibus potueris, Christo iuvante, modis, per omnia conpesce et dignam eis impone paenitentiam; inmundum enim est atque execrabile.*

Pro obeuntibus quoque, consuluisti, si liceat oblationes offerri. Sancta sic tenet ęcclesia, ut quisque pro suis mortuis vere christianis offerat oblationes, atque presbiter eorum faciat memoriam. Et quamvis omnes peccatis subiaceamus[o]*, congruit tamen, ut sacerdos non nisi pro mortuis catholicis memoriam faciat et intercedat. Non enim pro impiis, quamvis christiani*[p] *fuerint, tale quid agere licebit.*

Eos etiam, qui se dubitant fuisse baptizatos vel qui a presbitero Iovi mactante et immolaticias carnes vescente baptizati sunt, ut baptizentur, precipimus.

Progeniem suam unumquemque usque ad septimam generationem observare decernimus; et, si valueris, devitandum doce, ne, cui uxor obierit, amplius quam duabus debeat copulari.

De his vero dicimus[q]*, qui patrem vel matrem vel fratrem aut*[r] *sororem occiderint, ut toto vitae suae tempore corpus dominicum non suscipiant, nisi*[s] *suo exitu pro viatico. Abs-*

VII. *Cap.* 27. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) ibi 1, *corr.* b) *in marg. suppl.* 1. c) ne *m. rec. add.* 1. d) et 2*a*. e) *ita* 1; et em. pr. *rell.* f) forsitan 2*c*. g) *superscr.* 1. h) litteras ad f. n. K. 2*c*. i) Kalolum 1, *corr.* k) aliam illi lic. conc. 2*c*. l) *ita* 1; sanctae *add. rell.* m) cavallum 1. n) *ita pr. m.* 2*c cum Epist.*; fr. sinas *rell.* o) subiacemus 2*c*. p) *corr. e* christiane 2*a*, *e* christianis 2*b*. q) *ita* 1. 3; dic. *post* occiderint *ponunt rell.* r) occ. aut sor. 1 *(non 3)*. s) in *add.* 2*a*. *b*. *c*.

tineant etiam se a carnis commessatione[a] *et potu vini, donec advixerint; ieiunent secunda*[b], *quarta et sexta feria, ut sic deflentes possint diluere commissum scelus.* (Epist. 28.)

Hoc quoque inter alia crimina agi in partibus illis 5 *dixisti, quod quidam ex fidelibus ad immolandum paganis sua venundent mancipia. Quod ut magnopere corrigere debeas, frater, commonemus, nec sinas*[c] *fieri ultra; scelus enim est et impietas. Eis ergo, qui hoc perpetrati sunt*[d], *similem homicidae indices paenitentiam.*

10 *At quoties episcopum consecraveris, duo vel tres conveniant tecum episcopi, ut Deo sit*[e] *gratum quod geritur, et eis convenientibus ipsisque presentibus, consecres. Haec te*[f], *karissime*[g] *frater, diligenter observare volumus et studio pietatis ceptum negotium salutis exequi, ut de lucro apportato valeas a domino* 15 *Deo nostro mercedem percipere in aeterna beatitudine. Privilegium vero iuxta quod petisti facientes, his iunctum direximus, optantes, te domini Dei nostri presidio de conversione errantium plenissimum apportare lucrum. Deus te incolomem custodiat, reverentissime frater.*

20 (28). Redeuntes igitur nuntii et gratiosa presulis apostolici dona scriptaque reportantes, letissimum efficiunt sanctum Bonifatium. Unde et debitas Deo laudes gratiasque agens, duas mox ęcclesias Domino[h] con- (Willibald. c. 6.) 25 struxit, unam quidem in[i] Frideslar[k], quam in honore sancti Petri principis apostolorum consecravit, alteram vero in Hamanaburg[l], quam in honore sancti Michahelis archangeli dedicavit. Duo quoque[m] monasteriola duobus[n] subiunxit ęcclesiis hisque non minimam Deo servientium 30 contionem subrogavit, ubi hucusque laudis et servitutis divinae[o] officia peraguntur. Quae postquam gesta sunt, sanctus Bonifatius Bagoariorum[p] terras, quibus per idem tempus Hugbertus dux preerat, adiit, predicationisque studium 35 apud eos diligentissime exercens, tanto divinae emulationis zelo armatus est, ut quendam scismaticum, heretica pravitate plenum, nomine Ermwolfum[q] iuxta canonum

VII. *Capp.* 27. 28. 1. 2*a. b. c.*

a) *corr.* comestione 1, *et ita Epist.*; comes(s)atione 2*a. b. c.* b) et *add.* 2*c. e cum* 40 *Epist.* c) sines 1, *corr.* d) *ita* 1; perpetraverunt *rell.* e) gr. sit 2*c.* f) *in marg. suppl.* 1. g) *ita* 1. 3; fr. kar. 2*a. b. c.* h) *om.* 2*a. b. c.* i) *om.* 2*c.* k) Friteslar 2*b.* l) *ita* 1. 3*c*; Hamanabureh 3; Amanaburg *rell.* m) *om.* 1. n) *ita* 1. 2*a* (*pr. m.*), *c*; duabus 2*b et m. al.* 2*a.* o) divina (off. *in ras.*) 2*b.* p) *ita* 2*c.* 3; Baioar. 2*a. b*; Bawar. 1. q) o *corr. e* n 2*a.*

Willibald. c. 6. decreta dampnasset atque ab ęcclesia expulisset. His peractis, rursum ad eos, qui sub suae gubernationis diocesi commorabantur[a], remeavit, circuiens ubique et instaurans, quae cura poposcit ęcclesiarum.

ib. c. 7. (29). Eo etiam tempore Romam ire decrevit, tam[b] pro[c] hoc, ut apostolici patris, cuius faciem necdum agnoverat, salubri frueretur agnitione, simul et colloquio, quam ut se sanctorum apostolorum aliorumque sanctorum in urbe Romana quiescentium orationibus commendaret. Profectus ergo illuc, multa comitante turba Francorum et Bagoariorum[d] necnon ex Brittania[e] venientium, presentatusque apostolico, benigne susceptus est ab eo, tantaque a cunctis Romanis veneratione habebatur, ut multi ad salutarem eius doctrinam confluerent illumque diu secum retinerent. Post haec vero, cum remeare decerneret, muneribus et reliquiis sanctorum, pro quibuscumque petiit, datis, honorifice ditatus est a presule apostolico.

(30). Ad[f] haec etiam ei[g] epistolas quasdam episcopis, abbatibus atque principibus cunctis in Germania constitutis transmittendas[h] dedit. Quarum exemplaria subsequenter[i] hic inserentur.

Epist. 42. *GREGORIUS[1] EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTISSIMIS NOBIS OMNIBUS EPISCOPIS, VENERABILIBUS PRESBITERIS, RELIGIOSIS ABBATIBUS OMNIUM PROVINCIARUM.*

Domino cooperante et sermonem confirmante, presens sanctissimus vir[b] Bonifatius, frater ac[k] coepiscopus noster, a decessore nostro sanctae recordationis Gregorio presule in Germaniae partes missus predicare verbum Dei, post multum temporis orationis causa liminibus sacris beatorum apostolorum Petri ac[l] Pauli presentandus advenit. Qui, perfecta oratione, ad acceptum laborem, angelo Domini preveniente, a nobis est absolutus. Cui

VII. *Capp.* 28—30. 1. 2*a. b. c.*

a) *in marg. suppl.* 1. b) *superscr.* 2*c.* c) *ita* 1. 2*a*². *d. e.* 3; per 2*b. c*; propter 2*a.* d) *ita* 2*c.* 3; Baioar. 2*a. b*; Bawar. 1. e) *ita* 2*a*; Brittannia 1. 2*b. c.* f) Ad haec *om.* 2*b.* g) *ita* 1. 3; *om. rell.* (*cf. n.* h). h) ei *add.* 2*a. b. c.* i) *m. al. suppl.* 1. k) et 2*c.* l) *ita* 1. 3; et *rell.*

1) *Jaffé n.* 35 (*p.* 100); *Dümmler n.* 42 (*p.* 290).

vestri omnium dilectio seu reverentia et religiositas propter Christi amorem iuvamina inpendere dignetur, dum[a] *et agnoscitis, quae dominus noster Iesus Christus promisit, dicens:* Qui suscipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet, et qui suscipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. *Et si forsan quis ex vestris ministris sese ipso*[b] *sanctissimo viro in ministerio exhortationis sanctae catholicaeque fidei adiungere voluerit, nullo modo prohibeatis, karissimi; sed magis*[c] *concursum prebete et ex vestro ovili adiutores ei tribuite, qui possint per Dei gratiam sufficienter gentibus ministrare verbum predicationis, ut omnipotenti Deo nostro*[d] *animas lucrifaciant, ut*[e] *et vestra communitas boni operis portionem sortiatur atque illi mereantur dominicam vocem audire: Vos, qui reliquistis omnia et secuti estis me, centuplum accipietis et vitam aeternam possidebitis.* (Epist. 42.)

(31). *GREGORIUS*[1] *PAPA UNIVERSIS OPTIMATIBUS ET POPULO PROVINCIARUM GERMANIAE, TURINGIS ET HESSIS, BORTHARIS*[f] *ET NISTRESIS*[g], *WEDREVIS ET LOGNAIS*[h], *SUDUODIS*[i] *ET GRABFELDIS VEL*[k] *OMNIBUS IN ORIENTALI PLAGA CONSTITUTIS.* (Epist. 43.)

Quoniam decessor noster sanctae recordationis Gregorius presul, nutu divino motus, ad faciendam Deo plebem perfectam[l] *presentium portitorem literarum Bonifatium, reverentissimum fratrem nostrum ac coepiscopum, ordinans, ad vos usque destinavit eumque regulam et normam apostolicae et catholicae fidei Romanae*[m], *cui auctore Deo deservimus, ęcclesiae edocens direxit, et post temporum spacia orationis causa ad limina beatorum apostolorum sese presentavit et, quae ad salutem animarum pertinent, a nobis exposcit*[n] *inbui: nos, Deo favente, ut sacra docet scriptura, eum educantes, ad vos, karissimi, remeandum absolvimus, hortantes vos*[o] *in Domino, ut digne suscipiatis ab eo verbum exhortationis et episcopos vel presbiteros, quos ipse ordinaverit per apostolicam sibi datam auctoritatem, in ęcclesiae ministerio recipiatis. Et*[p] *quos forsan deviantes invenerit a rectae fidei tramite seu canonica doctrina, eosque prohibuerit, a*

VII. *Capp.* 30. 31. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) *om.* 2*b*. b) *ita* 2*a*; ipsi *rell.* c) *m. al. in marg. suppl.* 1. d) *ita* 1. 3; *om. rell.* e) et ut 1. 3. f) Portharis 1. g) Nestresis, Wedevis (*corr.* Wedrevis, *om.* et), L. 2*c*. h) nai *in ras.* 2*a*. i) Suduosis (1). 2*c*. 3. k) et 2*b*. *c*. l) *versu ex. postea suppl.* 2*a*. m) *ita* (*sed* eccl.) 1. 3; Romanae — ęcclesiae *om. rell.* n) *ita* 1. 3; poscit *rell.* o) *om.* 2*c*. p) *ita* 1; si *add. rell.*

1) *Jaffé n.* 36 *(p.* 101*)*; *Dümmler n.* 43 *(p.* 291*)*.

Epist. 43. *vobis nullo modo impediatur; et quod eis inpositum fuerit*[a], *obediendo propter Deum suscipiant. Nam qui temerator extiterit ad obediendum, sibimet ipsi damnationem acquirit. Vos autem, karissimi, qui in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis, abstinete*[b] *ab omni cultu paganorum, non tantum vosmet ipsos corrigentes, sed et subditos vestros. Divinos autem vel sortilogos et*[c] *sacrificia mortuorum seu lucorum vel fontium auguria vel filacteria et incantatores et maleficos et observationes sacrilegas, quae in vestris finibus fieri solebant, omnino respuentes atque abicientes, tota mentis intentione ad*[d] *Deum convertimini; ipsum timete, adorate et honorificate, sanctorum memoriis communicantes, ut ait apostolus. Si enim fides vestra iuxta Domini nostri dicta fuerit sicut granum*[e] *sinapis, dicetis monti huic*[f], *et transfertur*[g]. *Ipse*[h] *enim Dominus et salvator noster in suo sacro eloquio docet, dicens:* Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota[i] anima tua et ex tota virtute tua; *et iterum:* Qui me[e] confessus fuerit coram hominibus, et ego confitebor eum coram patre meo, qui in caelis est. *Item alibi promittit, dicens:* Quodcumque petieritis[k] patrem in nomine meo, fiet vobis; *et iterum*[l]*:* Petite et accipietis, quaerite[i] et invenietis, pulsate et aperietur vobis; omnis enim qui petit accipit, et qui quaerit invenit, et pulsanti aperietur. *Et vos, karissimi, facite fructus*[m] *dignos, ut in die adventus domini nostri Iesu Christi sidereas mereamini*[n] *adipisci mansiones. Bene*[o] *valete.*

Epist. 44. (32). *DILECTISSIMIS*[1] *NOBIS EPISCOPIS IN PROVINCIA BAGOARIAE*[p] *ET ALAMANNIAE*[q] *CONSTITUTIS, WIGO*[r], *LIUDONI, RŎDOLTO*[s] *ET VIVILO*[t] *SEU*[u] *ADDE GREGORIUS PAPA.*

Catholica et sanctorum patrum auctoritas iubet, ut bis in anno pro salute populi christiani seu exhortatione[v] *adoptionis filiorum synodalia debeant cęlebrari et*[w] *causarum canonicarum*

VII. *Capp.* 31. 32. 1. 2*a. b. c.*

a) imposuerit 1, *corr.;* inp. f. ad obediendum 2*b*. b) *om.* 2*b*. c) vel 2*c*. d) adm̄ 1. e) *superscr.* 2*c*. f) Transfer *add.* 2*a. b. c. d. e;* Tollere et mittere in mare *(cf. Luc.* 17, 6*) add.* 1. 3; *et haec et illa apud Otlohum deerant aeque atque in cod.* 4 *epistularum* (transi hinc *cod.* 1 *iuxta Matth.* 17, 19). g) transferetur 2*a*. h) *ita* 1. 3; Item ipse Dom. *rell.* i) *om.* 1. k) patrem pet. 1 *(non* 3*)*. l) *ita* 1. 3; *om. rell.* m) fructos 2*b. c (corr.)*. n) adip. mer. 2*a. b.* o) B. val. *om.* 2*a. b. c.* p) *ita* 2*c. d.* 3; Baioar. 2*a. b. e cum Epist.;* Bawarie 1. q) Alęmanniae 2*a;* Alemannie 1. r) *ita* 1; Wigoni 2*a. b. d;* Wigone 2*c. e.* s) Rŭdolfo 1. t) Wulo *(sic)* 1. u) seuadde 1; seuaddoe 2*c*. v) adhort. 2*b*. w) *ita* 1 *cum Epist.;* ut *rell.*

1) *Jaffé n.* 37 *(p.* 103*); Dümmler n.* 44 *(p.* 292*).*

Epist. 44.

examinatio provenire possit atque, *ut necessitas uniuscuiusque poposcerit, pia educatio* agatur. *Unde secundum apostoli doctrinam ammoneo et hortor vos, karissimi, per misericordiam Dei, ut digne ambuletis vocatione qua*[a] *vocati estis, ut ministerium vestrum perfectum sit coram Deo. Oportunum namque est, vos nosse fratrem ac coepiscopum nostrum, presentem Bonifatium*[b], *nostram agentem vicem, cum digno et debito honore pro Christi nomine suscipere*[c]. *Et ministerium ęcclesiasticum cum fide catholica secundum morem*[d] *et normam sanctae catholicae et apostolicae Dei ęcclesiae, qua, misericordia Dei preveniente, preesse videmur, sicut apostolica auctoritate a nobis destinatus est, ab eo suscipientes dignanter teneatis et gentilitatis ritum et doctrinam vel venientium Brittonum*[e] *vel falsorum sacerdotum* et *hereticorum, aut undecumque sint, renuentes ac prohibentes abiciatis*[f]. *Et ut populum vobis a Deo commissum piis ammonitionibus edoceatis et a sacrificiis mortuorum omnino* abstineatis, *et iuxta quod fueritis a predicto nostro consacerdote edocti, ita catholicam et apostolicam doctrinam tenentes, domino Deo salvatori nostro*[g] *place*atis. *Et in quo vobis loco ad cęlebranda concilia*[h] *convenire mandaverit, sive iuxta Danubium sive in civitate Augusta vel ubicumque indicaverit, pro nomine Christi parati esse inveniamini, quatenus cognoscamus per eius mandatum de vestro conventu, ut in die adventus Christi Iesu cum fructu boni operis ante eius tribunal adsistere mereamini, dicentes:* Ecce nos et pueri, quos dedisti nobis, Domine! non perdidimus ex eis quemquam, *ut et vos dominicam vocem audire mereamini, dicentem:* Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.

Willibald. c. 7.

(33). Acceptis igitur talibus epistolis sanctus Bonifatius a Roma discessit, Italiamque perveniens, Ticinae urbis ingressus est menia et apud Liutbrandum[i] Longobardorum regem aliquandiu commorabatur. Inde vero digrediens, terras Bagoariorum[k] ab Ótilone[l] duce invitatus visitavit mansitque apud eos diebus multis, verbum Dei predicans veraeque fidei sacramenta illic renovans. Inter quae etiam destructores quosdam ęcclesiarum populique seductores abigebat, quorum alii falso se episcopatus gradu pretulerunt, alii vero presbiteratus officio se deputa-

VII. *Capp.* 32. 33. 1. *2a. b. c.*

a) quo *2a, corr.* b) *ita h. l. 2b. c;* Bonifac. 1. *2a.* c) suscipite *2b.* d) moram 1. e) Britonum 1. f) abicietis 1, *corr.* g) *om. 2b.* h) consilia (1). 3. i) *ita 2a;* Liutprandum *rell.* k) *ita 2c.* 3; Baioar. *2a. b;* Bawar. 1. l) Otilone *corr.* Utilone *2b.*

Willibald. c. 7.

runt[a], alii etiam alia[b] innumerabilia perversitatis figmenta sequentes, magna ex parte populum seduxerunt. Sed sanctus presul cum tantam sacerdotum fallaciam atque maliciam aliter non posse prohiberi conspiceret, provinciam Bagoariae[c], Ŏtilone[d] duce consentiente, in quatuor divisit parrochias tresque magnarum virtutum viros eis prefecit[e], quos ordinatione facta in episcopalem gradum sublimavit. Quorum primus nomine[f] Iohannes in oppido quod dicitur Salzburg cathedram episcopalem suscepit; secundus Erinbertus[g] in Frisingensi ęcclesia regimen pontificale subiit; tercius Gowibolt[h] in Ratisponensi civitate, quae metropolis Bagoariae[c] est, pontifex constituitur. Vivalus vero, a presule apostolico iam ordinatus[1], Pataviensi ęcclesiae prelatus est; sed eius parrochia, quae quarta erat, a sancto Bonifatio sicut cęterae dividebatur. His[i] ergo pontificibus constitutis et, quaecumque tunc corrigenda erant in Bagoaria[c], correctis, ad proprias rediit ęcclesias.

(34). Post non multum vero temporis omnia, quae tunc in Bagoaria[c] corrigendo gessit, literis transmissis, presuli apostolico denuntiavit. At ille gesta eius laudans, remisit huiusmodi scripta[2].

Epist. 45.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO COEPISCOPO GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI.

Doctoris omnium[k] *gentium egregii et beati Pauli apostoli vox est, dicentis:* Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. *Agnoscentes itaque in syllabis fraternitatis tuae, quia de Germaniae gentibus, quas sua pietate Deus noster de potestate*[l] *paganorum liberavit et ad centum milia animas in sinu sanctae*[m] *matris ęcclesiae tuo conamine et Karoli principis Francorum*

VII. *Capp.* 33. 34. 1. 2*a. b. c.*

a) deputaverunt 2*b*. b) *om.* (1). 3. c) *ita* 2*c*. 3; Baioar. 2*a. b*; Bawar. 1. d) ab Utilone 2*b*. e) *ita* 1. 3; pretulit 2*a. b. c*; praesedere fecit *Willib.* f) *om.* 2*c*. g) *ita rell.*; Ermbertus 2*b. d*; Erbertus 2*c*. h) *ita* 1. 2*a. b*. 3; Govibolt 2*d*; Gaibalt 2*c. e cum Willib.* i) Hiis igitur p. 1. k) *ita* 1; *om. rell.* l) paganismo *pro* pot. pag. 2*b*. m) *superscr.* 2*c*.

1) *Cf. litteras Gregorii III.* (*infra p.* 147, 10). 2) *Jaffé n.* 38 (*p.* 104); *Dümmler n.* 45 (*p.* 293).

aggregare dignatus est, sed et in Bagoariorum[a] *provincia, quae* Epist. 45.
a te acta sunt, agnoscentes, datori omnium[b] *bonorum, domino Deo nostro*[c], *extensis ad caelum manibus, gratias retulimus, qui ianuam misericordiae et*[d] *pietatis in illis partibus Hesperiis ad cognoscendam viam salutis aperuit et misit angelum suum, qui preparavit viam tuam ante te.*

Igitur, quia indicasti, perrexisse te ad gentem Bagoariorum[a] *et invenisse eos extra ordinem ęcclesiasticum viventes, dum episcopos non habebant in provincia nisi unum nomine Vivilum*[e], *quem nos paulo ante ordinavimus, et quia cum assensu Ôtilonis ducis eorundem Bagoariorum*[a] *seu optimatum provinciae illius tres alios ordinasses*[f] *episcopos et in quatuor partes illam divisisti*[g], *id est*[h] *quatuor parrochias, ut unusquisque episcopus suam habeat parrochiam*[i], *bene et satis prudenter peregisti, frater, quoniam apostolicam preceptionem ex nostra vice implesti et, sicut tibi precepimus, ita*[k] *egisti. Itaque non desinas, frater reverentissime, docere eos sanctam catholicam et apostolicam Romanae sedis traditionem, ut inluminentur rudes et viam salutis teneant, per quam possint ad aeterna premia pervenire.*

Presbiteros vero, quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint viri illi, a quibus sint[l] *ordinati, et dubium est, eos episcopos fuisse, qui eos ordinaverunt, si bonae actionis et catholici viri sunt ipsi presbiteri et in ministerio Christi omnique lege sancta educati, ab episcopo suo benedictionem presbiteratus suscipiant et consecrentur et sic ministerio sacro fungantur.*

Illi vero, qui baptizati sunt per diversitatem et declinationem linguarum gentilitatis, si tamen in nomine sanctae trinitatis baptizati sunt, oportet eos[m] *per manus impositionem et sacri crismatis confirmari.*

Nam Vivilus[n] *episcopus a nobis est ordinatus. Hic si aliquid excedit extra canonicam regulam, doce et corrige eum iuxta Romanae ęcclesiae traditionem, quam a nobis accepisti. De concilio vero, ut iuxta ripam Danubii debeas cęlebrare nostra vice, precipimus fraternitati tuae apostolica auctoritate te*[o] *ibidem presentari; et, in*[p] *quantum Dominus*[q] *tibi vires dederit, predicare verbum salutis non cesses, ut religio christiana in nomine Domini crescat et multiplicetur.*

VII. *Cap.* 34. 1. 2*a. b. c.*

a) *ita* 2*c.* 3; Baioar. 2*a. b cum Epist.;* Bawar. 1. b) *superscr.* 2*c.* c) *om.* 2*b.* d) et piet. *om.* 1 *(non 3).* e) *ita* 2*a. b;* Vivalum 1. 2*c;* Vivilo *Epist.* f) ordinasse 2*b.* g) dividisti 2*c;* diviseris 2*b.* h) *ita* 1; in *add. rell.* i) & *add., sed del.* 1. k) & *add., sed eras.* 2*a.* l) *corr. e* sunt 2*a, et ita Epist.* m) eo 2*b.* n) *ita* 2*a. b;* Vivalus 1. 2*c;* Vivilo *Epist.* o) *om.* 1. p) *om.* 2*c.* q) *ita* 2*a.* 3; D. vires tibi 1; tibi D. vires 2*b. c.*

Epist. 45. *Nec enim habebis licentiam*[a], *frater, pro incepti laboris utilitate in uno morari loco; sed, confirmatis cordibus fratrum et omnium fidelium, qui rarescunt in illis Hesperiis partibus, ubi tibi Dominus aperuerit viam salutis, predicare non desistas et, ubi locum inveneris necessarium*[b], *secundum canonicam regulam episcopos ordina ex nostra vice et*[c] *apostolicam atque canonicam traditionem eos tenere edoce. Ex hoc enim magnum mercedis premium tibi preparabis, quoniam omnipotenti Deo nostro facies*[d] *plebem perfectam. Non pigeat*[e], *dilectissime frater, itinera carpere*[f] *aspera et diversa, ut christiana fides longe lateque tuo conamine extendatur. Scriptum namque est:* Arta et angusta via est, quae ducit ad vitam. *Operare itaque, frater, bonum opus, quod cępisti, ut in die Christi Iesu merearis dicere, inter*[g] *cetum sanctorum patrum assistens:* Ecce ego et pueri[h], quos dedisti mihi! non[i] perdidi ex eis quemquam; *et iterum:* Domine, V talenta mihi[k] tradidisti; ecce alia V superlucratus sum! *ut subsequenter merearis vocem*[l] *Domini audire, dicentis:* Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium domini tui!

Deus te incolomem custodiat, reverentissime frater.

Data IIII. Kal. Novemb., imperante domno[m] *piissimo augusto*[n] *Leone, imperii eius anno XXIII, sed et Constantini imperatoris eius*[o] *filii anno XX, indictione VIII.*

Willibald. c. 7. **(35). Per idem tempus, Karolo[p] duce glorioso temporalis vitae cursum consummante, filii eius Karlomannus[q] et Pippinus[r] in patris successerunt imperium. Sed quia ad nutum Karlomanni, qui maioris aetatis[s] erat, omnia paterni regni iura disponebantur, hunc sanctus Bonifatius adiens presulisque apostolici scripta deferens, omnimodo poposcit, ut christianae[t] religionis culturam, quam pater eius promptissimo animo cępit et excoluit, ipse quoque pro Dei amore suique regni[u] stabilitate necnon pro communi omnium sibi subiectorum[v] salute eodem animo excoleret. His ille precibus[1] quasi divino affatu[w] com-**

VII. *Capp.* 34. 35. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) fr. lic. 1 *(non 3)*. b) *ita* 1; *om. rell.* c) *om.* 2*a*. d) facias 2*a*; facis 2*c*. e) te *add.* 2*b*. f) capere 2*a*. *b*. *c*. g) *ita* 1; inter — assistens *om. rell.* h) mei *add.* 2*b cum Vulg.* i) non perd. — tradid. mihi *in marg. inferiore suppl.* 2*a*. k) *ita* 1; tr. m. *rell. cum Vulg.* l) *ita* 1; audire v. D. *rell.* m) dño 2*b*. n) Leone aug. 2*c*. o) f. eius 2*b*. p) Kalolo 1, *corr.* q) videlicet *m. al. superscr.* 1. r) Pipinus 1. 2*b*. *c*. s) erat etatis 2*c*. t) christianam 1. u) stab. regni 2*c*. v) commissorum 2*b*. w) afflatu 1.

1) *Willibald. c.* 7 *(p.* 40, 2*):* suggerente sancto Bonifatio *(cf. c.* 8, *p.* 43, 23*). Cf. Hauck I*[3], 519, *n*. 1.

punctus, omnes sub imperio suo degentes, laicos simul et clericos, a religione christiana deviantes tam regali quam canonica auctoritate ad viam iusticiae revocare studuit. Precipiebat enim, ut, conventu synodali habito, ibi omnia iuxta canonum decreta corrigerentur. Cuius nimirum conventus synodalis statuta, quia non solum secularibus, sed etiam ęcclesiasticis rectoribus emendationem[a] magnam ferre videntur, prout in antiquis exemplaribus scripta invenimus, hic ponere volumus. Sic enim scripta inveniuntur[1]. *cf. Willibald. c. 7.*

(36). *In nomine domini nostri Iesu Christi ego*[b] *Karlmannus*[c] *dux et princeps Francorum anno ab incarnatione Domini DCCXLII, XI.*[d] *Kal. Maii cum consilio servorum Dei et optimatum meorum episcopos, qui in regno meo sunt, cum presbiteris ad concilium et synodum pro timore Christi congregavi, id est Bonifatium archiepiscopum, Burghardum*[e] *et Reginfridum, Wittanum*[f] *et Willibaldum*[g]*, Dadanum et Addanum cum presbiteris eorum, ut mihi consilium dedissent*[h]*, quomodo lex Dei et christiana religio recuperetur*[i]*, quae in diebus preteritorum principum dissipata corruit, et qualiter populus christianus ad salutem animae pervenire possit et*[k] *per falsos sacerdotes deceptus non pereat*[k]. *Epist. 56.*

Itaque per consilium sacerdotum religiosorum et optimatum meorum ordinavimus per civitates episcopos et constituimus super eos archiepiscopum Bonifatium, qui est[l] *missus sancti Petri. Statuimus quoque per annos singulos synodum congregari*[m]*, ut nobis presentibus canonum decreta et ęcclesiae iura restaurentur*[n] *et religio christiana emendetur.*

Fraudatas[o] *pecunias ęcclesiarum ęcclesiis restituimus et reddidimus*[p]*; falsos presbiteros et adulteros vel fornicatores diaconos et clericos de pecuniis ęcclesiarum abstulimus et degradavimus et ad pęnitentiam coegimus.*

Servos Dei per omnia omnibus[q] *armaturam portare vel pugnare aut in exercitum et in hostem pergere omnino prohibuimus, nisi illos tantummodo, qui propter divinum mysterium, missarum*[r] *scilicet sollemnia adimplenda et sanctorum patrocinia,*

VII. *Capp.* 35. 36. 1. 2*a, b, c.*

a) *ita* 1; (a)edificationem m. conferre posse vid. *rell.* b) *om.* 2*c.* c) *ita pr. m.* 1 *cum Epist.*; Karlomannus *rell.* d) undecima Kalendas Mai 2*b.* e) *ita* 2*a*; Burchardum *rell.* f) Witanum (1). 3. g) Williboldum 2*a.* h) darent 2*b.* i) recuperatur 1, *corr.* k) *ita* 1; possit, qui per f. s. hucusque deceptus est. Itaque *rell.* l) m. est 2*c.* m) congregare 2*c cum Epist.* n) restaurarentur 1, *corr.* o) fraudata 1, *corr.* p) reddimus 2*c.* q) aliquam *pro* omnibus 1. r) *om.* 1.

1) *Jaffé n.* 47 *(p.* 127*); Dümmler n.* 56 *(p.* 309*); Boretius, MG. Capitularia I,* 24, *n.* 10. 11*; Werminghoff, MG. Concilia II, p.* 1—7.

Epist. 56. *ad hoc electi sunt, id est unum vel duos episcopos cum capellanis presbiteris princeps secum habeat, et unusquisque prefectus unum presbiterum, qui hominibus peccata confitentibus indicare*[a] *pęnitentiam possit. Necnon et illas venationes et silvaticas vagationes cum canibus omnibus servis Dei interdiximus, et ut accipitres et valcones*[b] *non habeant.*

Decrevimus quoque, ut iuxta sanctorum[c] *canones unusquisque presbiter in parrochia habitans episcopo*[d] *subiectus sit illi, in cuius parrochia habitat, et semper in quadragesima rationem et ordinem ministerii sui*[e] *sive de baptismo sive de fide catholica sive de precibus et ordine missarum episcopo reddat et ostendat; et quandocumque iure canonico episcopus circueat*[f] *ad confirmandos*[g] *populos, presbiter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione et adiutorio*[h] *populi, qui ibi confirmari debet, et in cęna Domini semper novum crisma accipiat ab episcopo, et ut episcopus sit testis castitatis et vitae et fidei et*[i] *doctrinae illius.*

Statuimus, ut secundum canonicam cautelam omnes undecumque venientes ignotos episcopos vel presbiteros ante probationem synodalem in ęcclesiasticum ministerium non admittantur.

Decrevimus, ut secundum canones unusquisque episcopus in sua parrochia sollicitudinem gerat, adiuvante gravione, qui defensor ęcclesiae eius est, ut[k] *populus Dei paganias non faciat, sed ut*[l] *omnes spurcicias gentilitatis abiciat sive sacrificia mortuorum seu*[m] *sortilegos*[n] *vel divinos sive filacteria et auguria sive incantationes sive*[o] *hostias immolaticias, quas stulti homines iuxta ęcclesias ritu pagano*[p] *faciunt sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum, Deum et sanctos suos*[q] *ad iracundiam provocantes*[1].

Statuimus similiter, ut post hanc synodum, quae fuit XI. Kal. Maii[r]*, quisquis servorum Dei vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit, in carcere pęnitentiam faciat in pane et aqua. Et si ordinatus presbiter fecerit, duos annos in carcere permaneat, antea flagellatus. Si autem clericus vel*[s]

VII. *Cap.* 36. 1. *2a. b. c.*

a) *m. al. corr.* indicere *2a. c, et ita 2b.* b) *ita* 1. *2b. c;* falcones *2a.* c) sanctos *2b.* d) *ita* 1; subi. sit illi ep. *rell.* e) *versu ex. postea suppl. 2a.* f) *m. al. corr.* circumeat *2a, et ita Epist.* g) confirmandum 1, *corr.* h) (pop. *superscr.*) adiut. *2c.* i) f. doctrineque *2b.* k) ne, *om.* non *2b.* l) *ita* 1; *om. rell.* m) sive *2b cum Epist.* n) *ita fortasse pr. m.* 1 *cum Epist.;* sortilogos *rell.* o) *ita* 1; vel *rell.* p) paganorum *2b.* q) eius *2b.* r) Mai *2b.* s) vel mon. *desunt, c.* 10 *litteris erasis, 2a (adsunt 2a*[1. 1*. 1**]); tantummodo *pro* vel m. *2a*[2].

1) *Otloh enuntiatum insequens* (sive illos sacrilegos ignes — diligenter prohibeant) *praetermisit.*

monachus in hoc peccatum inciderit, post terciam verberationem in carcerem missus, unum[a] *annum ibi pęnitentiam agat. Similiter*[b] *et nonnae velatae eadem penitentia teneantur, et radantur omnes capilli capitis eius*[b].

Decrevimus[c] *quoque, ut presbiteri vel diaconi non sagis laicorum more, sed casulis utantur ritu servorum Dei, et nullus in sua*[d] *domo mulierem habitare*[e] *permittat; et ut monachi et ancillae Dei monasteriales iuxta regulam sancti Benedicti vivere et*[f] *vitam propriam gubernare studeant.*

Statuimus[1] *quoque cum consilio servorum Dei et populi christiani propter inminentia bella et persecutiones multarum gentium, quae in circuitu nostro sunt, ut sub precario et*[g] *censu aliquam partem ęcclesialis pecuniae in adiutorium exercitus nostri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, ea conditione, ut annis singulis de unaquaque casata*[h] *solidus, id est XII denarii, ad ęcclesiam vel monasterium reddatur, eo modo, ut si moriatur ille, cui pecunia commendata fuit, ęcclesia cum propria pecunia revestita sit, et iterum, si necessitas cogat, ut princeps iubeat, precarium renovetur et rescribatur*[i] *novum et omnino reservetur, ut ęcclesiae vel monasteria penuriam et*[k] *paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario prestita sit*[l]*; sed*[m] *si paupertas cogat ęcclesiae, domui Dei reddatur integra possessio*[m].

Similiter precipimus, ut iuxta decreta canonum adulteria et incesta matrimonia prohibeantur et emendentur episcoporum iudicio, et ut mancipia christiana paganis non tradantur[2].

(37). **Tantae igitur religionis statuta a principibus neophitis tunc facta si conparentur legibus his, quae modo a quibusdam rectoribus nostris a puericia usque in senectam in omni disciplina christiana instructis proferuntur, facile potest agnosci, quantum perfectiores fuerint illi neophiti istis patribus doctissimis, qui non solum apud reges et principes pro**[n] **locorum sanctorum utilitate**[o] **intercedere**[p] **neglegunt, sed etiam ipsi loca**

VII. *Capp.* 36. 37. 1. 2*a. b. c.*

a) annum unum 2*b.* b) *ita* 1. 3; Similiter — eius *om. rell.* c) Decretum quoque est ut 2*b.* d) *ita* 1; d. sua *rell.* e) perm. hab. 2*c.* f) *ita* 1; et v. pr. gub. *om. rell.* g) *ita* 1; et *om.* 3; et censu *om. rell.* h) casa 2*c.* i) *ita* 1. 3; scribatur *rell.* k) *ita* 1; pen. paupertatemque *rell.* l) est (1). 3. m) *ita* 1. 3 (*ubi* integra reddatur); sed — possessio *om. rell.* n) *in litura* 2*a.* o) *m. al. corr.* utilitatem 2*a.* p) *ita* 1. 3; *om. rell.*

1) *Otloh initium et capitula priora synodi Liftinensis* (Modo autem — et nonnae) *omisit, ea de causa, ut videtur, quod similia iam in statutis ab ipso allatis leguntur.* 2) *Caput ultimum ab Otloho item praetermissum est.*

sancta sibi commissa omnimodo destruunt. O mores pravi cunctis omnino dolendi, o miseranda nimis morum mutatio talis, cum pueri senibus, caeci videntibus, imperiti peritis, laici clericis religiosiores inveniuntur! Quondam namque in provinciis multis, ubi, sanctae ęcclesiae vinea noviter plantata, necdum vel notitia fructuum spiritalium[a] ad omnes pervenit, a pluribus[b] secularibus viris dicebatur: 'Quoniam pro fragilitate nostra a consuetis mundi deliciis penitus continere[c] nos nequimus, saltim vel alios continentes ad servitium Dei congregantes, illos nostris[d] corporalibus subsidiis pascamus, ut et[e] ipsi orationibus suis aliisque spiritalibus[f] studiis nos pascant, ne pereamus'. Nunc autem, cum omnium virtutum scientia et[g] experientia aliqua et in[e] libris prolata pene ad omnium noticiam pervenit nullusque christianorum dicere potest: *Quia nemo nos conduxit,* (*Matth.* 20, 7.) tam clerici quam laici plurimi dicere solent[h]: 'Quid prosunt tot cęnobia vel tanta monachorum agmina? Multo enim melius esset, ut predia, quibus idem monachi inutiliter[i] saginantur, servitio nostro prestarentur'. Haec quidem multi verbis, sed multo plures operum suorum attestatione ita[k] esse fatentur, quasi malicia et inreligiositas eorum a Domino minus puniatur, si nullus monachus vel religiosus in hoc[l] seculo inveniatur.

(38). At Karlmanno[m] prefato longe alia mens erat. Qui, licet ante sancti Bonifatii predicationem de religione christiana parum quid noverit, eo tamen ammonente[n] et exhortante, citius in timore et amore Dei ita perfectus esse cępit, ut humana simul et divina prudenter disponeret nihilque secularia iura sine divini[o] amministratione servitii, ad quod cęnobialis[p] monasticaque congregatio[q] deputatur, proficere crederet[r]. Similiter et Karolus Magnus, filius scilicet fratris sui Pippini[s] supradicti, qui a Roma usque in Fresiam, ab Ungaria[t] usque ad[u] Brittaniam[v] omnia regna suo[w] subegit imperio, cum contra eadem decertaret, non aliter victoriam se posse adipisci credidit, nisi interim

VII. *Capp.* 37. 38. 1. 2*a. b. c.*

a) *ita* 1; spiritualium *rell.* b) *ita* 1; plurimis *rell.* c) *ita* 1; nos cont. *rell.* d) *om.* 2*c.* e) *om.* 1. f) *ita* 1; spiritualibus *rell.* g) *superscr.* 2*c.* h) solentur 2*b*, *corr.* i) *m. al. (?) postea suppl.* 1. k) ita esse *m. al. superscr.* 2*b.* l) *superscr.* 2*b.* m) *ita pr. m.* 1; Karlomanno *rell.* n) animo mente 1, *corr.* o) divine 1, *corr.* p) cenobiale 1, *corr.* q) *ita* 1; dep. congr. *rell.* r) *ita* 1; sciret *rell.* s) Pipini 2*b.* t) Ungariā 1, *corr.* u) *ita* 1; in 2*a. b*; *om.* 2*c.* v) Britaniam 1; Brittanniam 2*b. c.* w) subegit suo 2*b.*

omnia cęnobia in eisdem regnis iam constructa supplemento aliquo adiuvaret. Si quis in his dubitet, legat inprimis sua gesta; deinde circueat monasteria, quae sub tempore suo fundata habuit Italia vel Gallia sive 5 Germania, et inveniet ea aliqua Karoli largitate sublimata, quaedam quidem privilegio libertatis, quaedam vero prediorum donis, nisi forte ex subsequentibus regibus seu episcopis sint ablata. Multi namque reges, eiusdem Karoli successores, licet in preclaris moribus 10 ac studiis pluribus effulserint[a], in hoc tamen nimis deliquerunt[b], quod monasteria nonnulla vel ipsi tam inmensa obsequii sui exactione quam prediorum ablatione destruxerunt vel episcopis seu etiam laicis quibusdam nihil minus quam monasticam religionem curantibus 15 destruenda tradiderunt. At Karolus noster non solum haec minime fecisse refertur[c], sed etiam econtra quaedam cenobia[d] ad episcopatum pertinentia, prediis duplicibus redditis, cum consilio[e] communi ab episcopali ditione absolvit libertateque regali sublimavit, sicut[f] 20 sancti Heimerammi[g] cęnobium[h, 1], prenoscens, ut reor, prophetiae spiritu, — quod et nos cernimus et anteriores nostri iam diu impletum viderunt, — loca sancta, quae necessariis omnibus sufficienter erant redimita a suis institutoribus, tradita vero episcopis et in penuriam[i] 25 maximam et in destructionem totius disciplinae regularis ventura fore. Sed hoc nequaquam idcirco dico, quod omnia cęnobia episcopis subiecta destructa sciam, sed partem maximam. Quod tamen eo magis dolendum et miserandum videtur, quo minus ab ignorantibus legis 30 divinae precepta, sed a doctissimis agitur, qui, commissa sibi destruentes cenobia, non solum ipsi peccant, sed etiam laicos peccare faciunt in eadem destructione.

VII. *Cap.* 38. 1. 2*a. b. c.*

a) ef *in ras.* 1. b) deliquerint 1, *corr.;* dereliquerunt 2*a*, *corr.* c) fertur (1). 3. 35 d) *ita* 1; loca *rell.* e) conmuni cons. 2*c*. f) sicut s. Heim. cen. *om.* 3 *(non* 1. 2*d)*. g) *ita* 2*c;* Emmerammi *rell.* h) cenobii 1. i) max. pen. 2*c*.

1) *Monasterium S. Emmerammi liberum et in sola 'potestate imperatorum sive regum' esse ut demonstraretur, charta confirmationis Karoli M. conficta est (Mühlbacher, Reg. I*², *n.* 352*), ipsumque Otlohum fraudis* 40 *auctorem fuisse statuit J. Lechner, 'Zu den falschen Exemtionsprivilegien für St. Emmeram' ('N. Arch.' XXV,* 627 *sqq.); cf. Krusch, SS. R. Merov. IV,* 453, *n.* 4. *Potestatem episcoporum Ratisbonensium Otloh etiam in Vita Wolfkangi c.* 15 *(SS. IV,* 532*) abusivam vocaverat; cf. eiusdem librum Visionum c.* 10 *(ib. XI,* 382*).*

Quis enim laicorum non putat[a] sibi iam[b] licere, quicquid clericos cernit facere?[1] Unde in his omnibus Karolum proponere possumus ad exemplum. Sicut enim (Eccli. 44, 20.) inter reges, successores videlicet suos, *non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi*, ita nullus eorum post eum tanta gloria tantaque potentia potitus (ib. 39, 13.) est in hoc seculo, meritoque de illo dicitur: *Non recedet memoria eius, et nomen eius requiretur a generatione in generationem.*

(39). Quia igitur occasio se talis prebuit, ut commemorantes, quanta religio sub antiquis principibus quantave[c] fuerit destructio religionis[d] eiusdem sub modernis, per huiusmodi opposita, quibus quid sit melius declaratur, aliquos etiam incitaremus ad[e] meliora, nemo, precor, haec indigna lectu et auditu decernat, sed[b] potius attendens, si in tanta destructione reus existat, peniteri et emendare studeat,

dum veniae tempus, Domino[f] prestante, tenemus,

ne forte, preoccupati die mortis, quaeramus spacium pęnitentiae et invenire non possimus. Sed de his satis dictum; revertamur iam[g] ad incepti sermonis[h] exordium.

(40). Cum ergo Karlmanni[i] precepto sanctique Bonifatii consilio synodalis conventus haberetur, multi ibi non solum clerici quilibet heretica pravitate decepti ab ęcclesiae communione expellebantur, sed etiam episcopi, qui pro aliqua capitalis criminis macula diffamati fuerant[k], deponebantur. Erroris autem totius, qui tunc in Germania excreverat[l], maximi[m] fuerant[n] auctores duo heretici, quorum unus Clemens, alter vero Eldebertus[o] dicebatur[2]. De quibus postmodum, cum epistolas ad Zachariam papam missas proferre cęperimus, dicetur congruentius; in his enim omnis eorum mortifera heresis replicatur[3]. Quidam etiam episcopus nomine Gewiliob[p],

VII. *Capp.* 38—40. 1. 2*a. b. c.*

a) putet 2*b*. b) *om.* 2*c*. c) *ita* (1). 3; quantaque *rell.* d) *ita* 1. 3; ei. rel. *rell.* e) *superscr.* 2*b*. f) tenemus D. pr. 2*b*. g) *ita* 1(?). 3; *om. rell.* h) operis 2*b*. i) *ita pr. m.* 1; Karlomanni *rell.* k) erant 1. 3. l) exercuerat 2*c*. m) maxime 2*b*. n) fuerunt 2*a. b. c.* o) *ita* 2*b. c. e.* 3; Edeb. 2*d*; Aldeb. 1. 2*a*. p) *ita* 2*a*. a^{1*}. a^{1**}. a^{2} *cum auctario Ekkehardi Erphesfurtensi (cf. epist. Bonif.* 60: Geolcobo*)*; Gewilieb 1. 2*b. d.* 3; Gebilieb 2*e*; Gemvilieb 2*c*; Gewelib *Vita Moguntina.*

1) *Cf. e. gr. ea quae Otloh in Libro Manuali c.* 1 *(Migne CXLVI,* 246 *sq.) de destructione coenobiorum scripsit.* 2) *Cf. Willibald. c.* 7 *(supra p.* 40*).* 3) *Infra lib. II,* 4. 7. 8. 10.

Mogontiae[a] civitati prelatus, tunc deponebatur. Cur autem depositus fuerit, hic subsequenter enarrabo.

(41). In illis namque temporibus Saxones devastabant Turingiam regionem[b]. Quam ob rem populi eiusdem regionis[c], confugientes ad supradictum principem Karlmannum[d, 1], quaerebant ab eo auxilium. Qui mox pro eorum ereptione exercitum misit, in quo simul Geroldus Mogontiacensis[e] tunc[f] episcopus, pater scilicet[b] prefati Gewiliobis[g], iussus transivit[h]. Cumque congressio facta fuisset bellantium et invicem semet ferientium, Geroldus episcopus interfectus ibi inter alios occubuit. Deinde filius[i] eius Gewiliob[k], adhuc laicus in palatio constitutus, pro sedando patris dolore clericatus officio promovebatur et ad regendam ęcclesiam Mogontiacensem[l] post obitum patris subrogabatur. Post non multum vero temporis iterum Karlmannus[m, 2], exercitu congregato, contra Saxones perrexit secumque eundem[n] Gewilioben[o] duxit. Considentibus autem utriusque[p] populi exercitibus cis citraque ripam fluminis Wisaraha, precepit Gewiliob[k] puerum suum inter hostes pergere illicque nomen eius[q], qui patrem suum occiderat, diligenter inquirere. Cumque puero iussa explenti responderetur a quodam, proxime illum adesse, quem quaereret: 'Rogate', inquit, 'eum huc venire quantotius, quia secum[r] sermocinari senior appetit meus[s]'. Quo veniente et utrimque alterius[t] adventu denuntiato, mox preparatis equis ab utroque itur; et in medio amne occurrentibus atque colloquentibus, ait[u] Gewiliob[k] episcopus:

'Accipe iam ferrum, quo patrem vindico carum'.
Haec igitur dicens, gladio mox perfodit illum.

Vita Mogunt. c. 1.

VII. *Capp.* 40. 41. 1. *2a. b. c.*

a) Mogonciae 2*a*; Magontie 2*c*. b) *ita* 1. 3; *om. rell.* c) *ita* 1. 3; provinciae *rell.* d) *ita pr. m.* 1; Karlomannum *rell.* e) *ita 2b*; Mogonciacensis 1; Mogoncianensis 2*a*; Magontiensis 2*c*. f) ep. tunc 1, *corr.* g) *ita* 2*a*. *a*1*. 1**. 2; Gewiliebis 2*b. c.* 3; Gewilebis 1; Gebilibis 2*c*. h) *ita* 3; tran:sivit 1; perrexit *rell.* i) G. f. eius 2*c*; eius *m. al. superscr.* 2*a*. k) *ita* 2*a*; Gewilieb 1. 2*b. c.* 3. l) *ita* 1; Mogoncianensem *corr.* Mogonciacensem 2*a*; Magontiac. 2*c*; Mogonciensem 2*b*. m) *ita pr. m.* 1; Karlomanus *corr.* Karlomannus 2*a*, *et ita rell.* n) *om.* 2*c*. o) *ita* 2*a*; Gewilieben 1. 2*c*. 3; Gewiliebem 2*b*. p) utrisque 2*a*, *corr.* q) *m. al. in marg. suppl.* 1. r) senior m. app. serm. secum 2*c*. s) m̄s 2*a*. t) adv. alt. 1. u) *ita* 1. 3; coll., G. ep. clam ferens gladium ait: Acc. 2*a. b. c.*

1) Karolum *Vita Moguntina c.* 1. 2) Cum venerando Karolo *Vita Moguntina*.

Vita Mogunt. c. 1. Qui statim corruens ex equo, in flumine exalavit spiritum. Cumque sui talia agnoscerent[a], ab omnibus clamabatur[b]; utrimque consertis cuneis summopere[c] dimicabatur. Superatisque Saxonibus, Karlmannus[d.1] cum suis ad propria remeavit, nemine id quod factum est a Gewiliobe[e] in homicidii crimen inputante[f]. Unde et reversus solito episcopales sibi vendicavit usus.

(42). At sanctus presul Bonifatius inter cętera correctionis colloquia haec pariter in conventu synodali protulit, attestans, nullum homicidii reatu pollutum debere episcopali sacerdotio fungi. Ad haec etiam ei obiecit, propriis se oculis perspexisse illum cum avibus canibusque iocantem[2], quod episcopo nullatenus* liceret[3]. Audiens autem haec Gewiliob[g] sentiensque[h], se[i] nullo modo contra stimulum vel secularis potentiae seu auctoritatis canonicae, quae mediante sancto Bonifatio in omnes coram positos deferebatur, calcitrare[k] posse, iudicio consensit communi depositusque est ab ordine episcopali. Quo deposito, statim sanctus Bonifatius a supradictis principibus, Karlmanno[d] videlicet et Pippino[l] fratre eius, ęcclesiae Mogontiacensi[m] preficitur. Et ut[n] eius dignitas eminentior foret, decreverunt idem principes ęcclesiam Mogontiacensem[m], quae prius alteri subiecta erat[4], metropolim omnium in Germania positarum ęcclesiarum

cf. Act. 9, 5.

*) secundum canonum scita facere *add.* 2*e*.

VII. *Capp.* 41. 42 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) agnosceret 2*c*; cognosc. 1. b) ac *add.* 2*b*. c) sumopere *corr.* summo opere 2*c*. d) *ita pr. m.* 1; Karlomann. *rell.* e) *ita* 2*a*; Gewiliebe 1. 2*c*. 3; Gewiliebo 2*b*. f) *ita* 1. 3; deputante *rell.* g) *ita* 2*a*; Gewilieb 1. 2*b*. *c*. 3. h) *om.* 2*b*. i) *versu ex. om.* 1. k) calcitare 2*a*; recalcitrare 2*b*. l) Pipino (1). 2*b*. *c*. m) Mogoncianens. *corr.* Mogonciacens. 2*a*, *et ita (2b)*. n) *superscr.* 1.

1) Karolus *Vita Moguntina.* 2) *Ib. c.* 1 *(p.* 91, 8*):* cum herodiis et canibus per semet ipsum iocabatur. 3) *Cf. Capitulare a.* 742. *c.* 2 *(MG. Epist. III,* 310*; Capitul. I,* 25*; supra p.* 150, 4*):* Necnon et illas venationes et silvaticas vagationes cum canibus omnibus servis Dei interdiximus; similiter, ut acceptores et walcones non habeant. 4) Quae prius Wormatiensi subiecta erat, *habent excerpta c.* 40—42, *quae Auctario Ekkehardi Erphesfurtensi saec. XII. medio inserta sunt (SS. III,* 35*; Holder-Egger, Monumenta Erphesfurtensia p.* 27*), primumque eodem saeculo ineunte in Gestis Treverorum c.* 25 *(SS. VIII,* 162*) traditum est, ecclesiae Wormatiensi dignitatem metropolitanam fuisse. Cf. versus a monacho Kirschgartensi allatos (Boos, Monumenta Wormatiensia p.* 11*); Rettberg I,* 636 *sq.*

efficere[1], moxque legatione facta, illud[a] a presule apostolico impetravere[2]. *Vita Mogunt. c. 1.*

(43). Tali ergo auctoritate suffultus, sanctus Bonifatius cępit undique quasi novus archimandrita quae[b] divina sunt plantare, diabolica vero extirpare, cęnobia ęcclesiasque aedificare, pastores cautissimos ęcclesiis eisdem preponere. Nam preter multos, quos antea[c] constituit episcopos, in quibus erant venerabiles viri *ib. c. 4.* Willibaldus[d] et Burghardus[e], quorum priorem in loco Eihstat[f] nuncupato episcopum, alium vero in urbe quae Wirziburg[g] dicitur episcopum constituit, tunc vero[h] Gregorium ad Trieht[i] episcopali ordine consecratum[k] direxit[3], Lullum etiam[l] in Mogontia[m] ipse adhuc vivens sibi subrogavit episcopum[4].

(44). Multa quidem et alia tunc ab eo gesta sunt in Germania, quae in epistolis tantummodo inveniuntur scripta. Unde libet inserere epistolas easdem vel ab[n] eo ad Zachariam papam, qui per idem tempus sedem apostolicam gubernabat, vel ab eodem Zacharia ad illum seu pro illo ad quoslibet Germaniae principes transmissas, quas undecumque colligere possumus[o]. Nam illas, quas ad gentis suae populos, id est Anglos[p], transmisit, pretermittere volumus, ne legentibus aliquod tedium conferre[q] videamur cum[r] alienis, maxime cum nobis sufficiant nostra. Nostra autem dico, quae pro patribus nostris, Germanis[s] scilicet, salvandis scripsit vel ab ullo scripta[t] recepit. In quibus nimirum epistolis maxime potest agnosci, quantam curam et disciplinam, quantam paternitatem[u] et pietatem habuerit circa omnes

VII. *Capp.* 42—44. 1. 2*a. b. c.*

a) *in litura* 2*a.* b) q;, *loco supra* q *raso,* 1. c) ante constituerat 2*b.* d) Williboldus 2*a.* e) *ita* 2*a*; Burchardus *rell.* f) *ita* 2*c*; Eihstâ 1; Eichstat 2*b*; Eistat 2*a.* g) *ita scripsi;* Wirciburg 2*a*; Wirciburc 2*b*; Wirzburg 1; Wurzeburg 2*c.* h) *ita* (1). 3; quippe *rell.* i) *ita* 2*b. c.* 3*c*; Trihet 1; Trieth 2*e.* 3; Treth 2*a.* k) dir. cons. 1, *corr.* l) autem 2*a. b. c.* m) Mogoncia 2*a*; Magontia 2*b.* n) *ita* 1. 3; vel a sancto Bonifatio (Bonifacio 2*a. b*) ad Z. 2*a. b. c.* o) potuerimus 2*b.* p) angłos 2*a, corr.* q) inferre 2*b.* r) cum al. *om.* 1. 3. s) Germanie 2*b.* t) sunt (?) *add., sed eras.* 1. u) paupertatem 2*b.*

1) *Hac Otlohi expositione is nititur qui 'Carolomanni et Pipini edictum' insulsum de depositione Gervilionis episcopi et dignitate metropolitana ecclesiae Moguntinae attributa confinxit (Goldast, Collectio constitutionum imperialium I,* 1613, *p.* 15 *sq.; Mühlbacher, Reg. I*², *n.* 52*).* 2) *Cf. epist. Bonif.* 88 *(p.* 373*), infra II,* 14. 3) *Gregorius minime episcopus consecratus est, sed monasterio S. Martini Traiectensi abbas praesidens post mortem Bonifatii dioecesim regebat (cf. Holder-Egger, SS. XV, p.* 75, *n.* 2*). Abbas vivo Bonifatio factus est; cf. epist.* 92 *(p.* 378*).* 4) *Willibald. c.* 8 *(p.* 45*); Vita Moguntina c.* 7 *(p.* 98*).*

cf. 1. Cor. 4, 14. 15. ęcclesiae[a] sanctae filios, quos ipse per ęuangelium genuit, ib. 9, 22. quodque iuxta apostolum omnibus omnia factus sit, ut omnes lucrifaceret. Unde confidenter dico, quia, quicumque filiorum eius, Germanorum videlicet, agnito tanti patris labore vel ex[b] scriptis vel vulgaribus dictis, non eum quantacumque prevalet veneratione amplectitur, in honore quem parentibus exhibere iubemur negligens invenitur. Quodsi negligentia peccatum est et omne[c] peccatum punitur, negligentia ergo simul[d] punienda Hebr. 12, 9. creditur. Ad haec etiam, si iuxta apostolum *patres carnis nostrae habuimus eruditores et reverebamur, nonne multo magis obtemperabimus patri[e] spirituum?* Pater namque spiritalis[f] non solum Deus omnipotens dicitur[g], sed etiam omnes, quorum doctrina et exemplis ad agnitionem veritatis instruimur, ad stabilitatem religionis incitamur. Sicut et[b] Abraham ob fidei obędientiaeque cf. Rom. 4, 11. suae meritum cunctis imitandum pater omnium dictus est in[h] Christo credentium, haud aliter sanctus presul Bonifatius omnium Germaniae incolarum pater dici potest pro eo, quod illos verbo sanctae[i] predicationis primitus Christo genuit, exemplis confirmavit, postremo cf. Ioh. 15, 13. animam quoque suam pro ipsis posuit, qua caritate nemo maiorem valet exhibere. Quae cum sit bonorum omnium origo et finis, nos etiam[k] in hac terminum ponamus libelli presentis,

quatenus, ad tempus cessante labore legendi,
lector et auditor vires possint reparare.

EXPLICIT LIBER PRIMUS[l].

INCIPIT LIBER[m] SECUNDUS[n].

In priori[o] quidem libello, prout ingenioli nostri parvitas permisit[1] utque scriptorum antiquorum testificatio edocuit, de conversatione et peregrinatione nec-

VII. *Cap.* 44. *Prol.* 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) *ita* 1; s. ę(e)ccl. *rell.* b) *om.* 2*c.* c) *ita* 1; pecc. omne *rell.* d) *postea suppl.* 1. e) *superscr.* 1. f) *ita* 1; spiritualis *rell.* g) *om.* 1 *(non* 3*)*. h) *om.* 1. 3. i) *ita* 1. 3; *om. rell.* k) quoque 1. 3. l) de sancti Bonifacii virtutibus *add.* 1; *subscr. om.* 2*d.* m) *om.* 1. 2*a*². *b.* n) de virtutibus beatissimi patris nostri (sancti *pro* b. p. n. 3) Bonifacii archiepiscopi et martiris *add.* 2*d.* 3; de passione sancti Bonifacii archiepiscopi et sociorum eius et de translacione corporis in Fuldensem ecclesiam *add.* 2*e.* o) *ita* 1. 3; precedenti *rell.*

1) *Iisdem verbis:* prout ingenioli mei parvitas permisit, *Otloh in prologo Vitae Wolfkangi (SS. IV,* 525*) usus est.*

non predicatione sancti patris nostri Bonifatii diximus. Iam vero[a] libet, ut, donante Deo, possumus[b], in hoc libello sequenti pandere, quantum post acceptum Mogonciacensis[c] ęcclesiae presulatum pro sancta ęcclesia 5 laboraverit contra hereticos vel falsos christianos certando, qualique[d] exitu[e] felicem passionis suae palmam conpleverit. Sed illud superius cum epistolis tantummodo explanandum est, quia in his sufficienter et evidenter scriptum invenitur. Nec decet, ut pretermittentes 10 ea, quae satis prudenti apertaque ratione prolata sunt, alia quasi meliora componamus, cum huiusmodi vitium nec in ipsis secularibus literis, nedum[f] in sacris, agi conveniat. His igitur prelibatis, nunc ad ipsas quas promisimus epistolas scribendas transeamus, ponentes 15 inprimis illam, quam et primo ad Zachariam papam direxit epistolam. Quae licet ante synodum suprascriptam directa fuerit, tamen, quia ad sequentium epistolarum relationem ex parte respicit et sub unius presulis[g] tempore haec omnesque quae subsequentur 20 scriptae sunt, nos quoque simul scribere decrevimus.

(1). *DOMNO*[h, 1] *CARISSIMO, SUMMI*[i] *PONTIFICATUS INFULA PREDITO, VIRO APOSTOLICO ZACHARIAE BONIFATIUS*[k] *SERVUS SERVORUM DEI.* *Epist.* 50.

Confitemur, domine pater, quia per nuntios referentes, quod 25 *venerandae memoriae apostolatus vestri precessor Gregorius, ergastulo corporeo absolutus, ad Dominum migravit, quod*[l] *maiorem laeticiam et*[m] *maius gaudium nobis non audivimus, — et expansis ad ethera palmis, Deo gratias egimus*[n], *— quam quod clementem paternitatem vestram altissimus arbiter canonica iura regere et* 30 *apostolicae sedis gubernacula gubernare*[o] *concessit. Ergo non aliter, quam ut ante vestigia*[p] *vestra geniculantes, intimis flagitamus precibus, ut, sicut precessorum*[q] *vestrorum pro auctoritate sancti Petri servi subditi*[r] *et subditi discipuli fuimus, sic et vestrae pietatis servi obędientes, subditi sub iure canonico, fieri mereamur,*

35 VII. *Prol. Cap.* 1. 1. 2*a. b. c.*

a) *om.* 1. 3. b) *corr.* possimus 2*c*, *et ita* 1. c) *ita h. l. rell.*; Mogocianensis *(sic)* 2*a*, *corr.* d) qualicumque 2*a*, *corr.* e) fel. exitu 1. f) necdum 1. g) *ita* 1. 3; papae *rell.* h) Domino (1). i) summo 2*b*. k) *ita* 2*c*; Zacha(rie Bonif *pr. m. in ras.*)acius 2*b*; Bonifacius 1. 2*a*. l) q̈: 1. m) *ita* 1. 3; et m. g. nobis *om.* 2*a. b. c.* 40 n) agimus 2*a*, *corr.* o) *ita* 1; tenere *rell.* p) *m. al. in marg. suppl.* 2*b*. q) predecessorum 2*b*. r) *ita (corr. e* subsiti ? 2*a) codd.*; devoti *Epist.*

1) *Jaffé n.* 42 *(p.* 111*)*; *Dümmler n.* 50 *(p.* 299*)*.

Epist. 50. *optantes catholicam fidem et unitatem Romanae ęcclesiae servare. Et quantoscumque audientes vel discipulos in ista legatione mihi donaverit Deus, ad*[a] *obędientiam apostolicae sedis invitare et inclinare non cesso.*

Necesse quoque habemus indicare paternitati vestrae, quia, per Dei gratiam Germaniae populis aliquantulum perculsis vel correctis, tres ordinavimus episcopos et provinciam in tres parrochias discrevimus, et illa tria oppida sive urbes, in quibus constituti et ordinati sunt, scriptis auctoritatis vestrae confirmari[b] *et stabiliri precantes desideramus. Unam esse sedem episcopatus decrevimus in castello quod dicitur Wirziburg*[c] *et alteram in oppido quod nominatur Buraburg*[d]*, terciam in loco qui dicitur Erpesfurt*[e]*, qui*[f] *fuit olim urbs paganorum rusticorum*[g]*. Haec tria loca propria carta*[h] *auctoritate apostolatus vestri roborari et confirmari diligenter postulamus, ut, si Dominus voluerit, per auctoritatem et preceptum sancti Petri iussionibus apostolicis fundatae et stabilitae sint tres in Germania episcopales sedes, et ut presentes vel futurae generationes non presumant vel parrochias*[i] *corrumpere vel violare preceptum apostolicae sedis.*

Notum similiter sit paternitati vestrae, quod Karlomannus[k] *dux Francorum me*[l] *accersitum ad se rogavit, ut in parte regni Francorum*[l]*, quae in sua est potestate, faciam synodum congregari, et promisit, se de ęcclesiastica religione, quae iam longo tempore, id est non minus quam per sexaginta vel septuaginta annos, calcata et dissipata fuit, aliquid corrigere et emendare velle. Quapropter, si hoc, Deo inspirante, veraciter implere voluerit, consilium et preceptum vestrae auctoritatis*[m] *habere debeo. Franci enim, ut seniores dicunt, plus quam per tempus octoginta annorum synodum non fecerunt nec archiepiscopum habuerunt nec ęcclesiae canonica iura alicubi fundabant vel renovabant. Modo autem maxima*[n] *ex parte civitates et episcopales sedes traditae sunt laicis cupidis ad possidendum vel clericis scortatoribus et publicanis seculariter ad*[o] *perfruendum*[p]*. Nam si per verbum vestrum hoc negocium, duce rogante supradicto, amovere et corrigere debeo, preceptum et iudicium apostolicae sedis cum canonicis ęcclesiasticis presto habere cupio.*

Si[q] *invenero inter illos diacones quos nominant, qui, a puericia sua semper in stupris, semper in adulteriis et in omnibus*

VII. *Cap.* 1. 1. 2*a. b. c.*

a) *om.* 2*c.* b) stab. et conf. 2*c.* c) *ita scripsi;* Wirciburg 2*a*; Wirzburg 1; Wirzeburg 2*c*; Wurciburc 2*b*; Wirzaburg *Epist.* d) Buraburc 2*b*; Buriburg 2*a.* e) Erpersfurt 1. f) que 2*b.* g) *ita* 1. 3; *om.* 2*a. b. c.* h) *om.* 2*a. b. c.* i) eorum *add.* 1. k) Kallomannus (?) 1, *corr.* l) me — Francorum *in marg. inferiore suppl.* 2*c.* m) auctoritates 2*a, corr.* n) maxi||im(a *corr. ex* e) 1. o) *om.* 1. p) possidendum 2*b.* q) *in ras.* 2*a.*

semper spurciciis[a] vitam ducentes, sub tali testimonio venerunt Epist. 50.
ad diaconatum et modo in diaconatu, concubinas IIII vel V vel plures noctu in lecto habentes, ęuangelium tamen legere et diaconos[b] se nominare nec erubescunt nec metuunt, et sic in talibus incestis ad ordinem presbiteratus venientes, in hisdem[c] peccatis perdurant et, peccata peccatis adicientes, dicunt, se pro populo posse intercedere et sacras oblationes offerre, novissime, quod peius[d] est, sub talibus testimoniis per gradus singulos ascendentes, ordinantur[e] et nominantur episcopi, — si, inquam, tales invenero inter illos, rogo, ut habeam preceptum et[f] conscriptum auctoritatis vestrae, quid de talibus diffiniatis[g], et[h] per responsum apostolicum convincantur et arguantur peccatores. Inveniuntur etiam quidam[i] inter eos episcopi, qui, licet se fornicarios vel[k] adulteros dicant non esse, sunt tamen ebriosi vel venatores et pugnant in exercitu armati et effundebant[l] propria manu sanguinem hominum sive paganorum sive[m] christianorum. Et quia servus et legatus apostolicae sedis esse dinoscor, unum sit verbum et meum hic et vestrum ibi, si[n] contingat, ut ad iudicium auctoritatis vestrae pariter missos dirigamus.

Preterea de una re et consilium quaerere[o] et licentiam petere necesse habeo, eo quod venerandae memoriae precessor[p] vester, sicut audistis, in presentia vestra mihi precepit, ut presbiterum post[q] obitum meum, Deo volente, in ęcclesiastico ministerio heredem et successorem constituere deberem, et hoc mihi, si Dei voluntas est, placet. Sed modo dubito et nescio, si fieri possit, quia postea frater illius avunculum[r] ducis Francorum occidit, et adhuc ignoramus, qualiter ista discordia pacificari et finiri valeat. Sed obsecro, ut auctoritatis vestrae licentia sit, cum consilio[s] servorum Dei de ista electione facere, quod nobis in commune pro Deo[t] et pro ęcclesiae utilitate vel fructu spiritali[u] et defensione religionis optimum esse videatur, ut consensum vestrum habeam de hoc facere, quod optimum esse[f] mihi inspirare dignetur Deus; quia hoc non videtur posse fieri, si[v] contrarius princeps fuerit.

Preterea quaerere et interrogare paternitatis vestrae consilium debeo de quadam confusione, quae nuper ad nos veniens mentem nostram conturbavit et sacerdotibus ęcclesiarum verecundiam incutiebat. Nam laicus quidam magnae personae ad nos veniens

VII. *Cap.* 1. 1. 2*a. b. c.*

a) spurticiis 1; spurciis *pr. m.* 2*c*. b) diacones 2*c*. c) *corr.* eisdem 2*b*. d) pecus 1, *corr.* e) *om.* 1. f) *om.* 2*a. b. c.* g) defin. 2*a. b. c.* h) ut 2*b*. i) *in marg. suppl.* 1. k) et 2*b*. l) effundunt 2*b*. m) seu 2*b*. n) sic 2*a*, *corr.* o) : : quaerere 1. p) *m. al. corr.* predecessor 2*c*. q) ante 2*a. b. c.* r) avinculum 2*a*, *corr.* s) consilium 1. t) Deo et pro *om.* 2*a. b. c.* u) spirituali 2*a. b. c.* v) sicut (?) 2*a*, *corr.*

Epist. 50. *dicebat, sibi ab apostolicae sedis pontifice sanctae memoriae Gregorio datam fuisse licentiam, ut in matrimonium acciperet viduam avunculi*[a] *sui; quae et ipsa fuit uxor consobrini sui et ipsa illo vivente discessit ab eo et isti viro, qui nunc eam accipere desiderans affirmat sibi licentiam datam*[b]*, in tertia generatione propinqua illius*[c] *esse dinoscitur. Haec*[d] *etiam votum castitatis Deo*[e] *vovens velata fuit et iterum, abiecto velamine, maritata. Tale enim matrimonium supradictus homo sibi*[f] *ab apostolica sede affirmat esse concessum. Quod non estimamus verum, quia synodus et ęcclesia, in qua natus et nutritus fui*[g]*, id est in*[h] *transmarina Saxonia*[i] *Lundunensis*[k] *synodus*[l]*, — inprimis a discipulis sancti Gregorii, id est Augustino, Laurentio, Iusto, Mellito archiepiscopo constituta et ordinata fuit, — talem copulam et matrimonium maximum scelus et*[m] *incestum et horribile flagitium ex auctoritate sanctae scripturae iudicabant*[n]*. Quapropter paternitas vestra huius rei veritatem nobis indicare non dedignetur, ut ęcclesiae sacerdotibus vel populo christiano inde scandala et scismata vel*[o] *novi errores non oriantur*[p] *et*[q] *concrescant, quia carnales homines et idiotae, Alemanni vel Bagoarii*[r] *vel*[s] *Franci, si*[t] *iuxta Romanam urbem aliquid facere viderint ex his peccatis, quae nos prohibemus, licitum et*[u] *concessum a sacerdotibus esse putant et nobis improperium deputant, sibi*[v] *vero scandalum vitae accipiunt. Sicut affirmant, se vidisse annis singulis*[w] *in Romana urbe et iuxta ęcclesiam sancti Petri in die vel nocte, quando Kalendae Ianuarii intrant, paganorum consuetudine choros ducere per plateas et acclamationes et cantationes sacrilegas*[x] *facere et nullum de domo sua vel ignem vel ferramentum vel aliquid commodi vicino suo prestare velle. Dicunt quoque, se vidisse ibi mulieres pagano ritu filacteria et ligaturas et*[c] *in brachiis et cruribus ligatas habere et publice ad vendendum venales aliis offerre*[y]*. Quae omnia, eo quod ibi a carnalibus et insipientibus*[z] *videntur, nobis*[a] *hic*[b] *improperium et impedimentum predicationis et*[c] *doctrinae perficiunt*[d]*. De talibus ait apostolus, increpans:* Dies observatis et tempora; timeo, ne sine causa laboraverim in vobis. *Et*

VII. *Cap.* 1. 1. *2a. b. c.*

a) avinculi *2a, corr.* b) que *add.* 2b. c) *om.* 2a. b. c. d) Hic *2a, corr.* e) vovens Deo *2b, corr.* f) *in litura 2a.* g) fuit 1, *corr.* h) *om.* 2c. i) Saxania *2a, corr.* k) Lundinensis 2c. l) quae *versu ex. postea suppl.* 2a. m) et inc. *om.* 2a. b. c. n) iudicabi *2a, corr.* o) vel n. err. *om.* 2a. b. c. p) orantur 1, *corr.* q) et concr. *om.* 2a. b. c. r) *ita* 2c; Baioarii 2a. b; Bawarii 1. s) seu 2b. t) *in ras.* 2a. u) *ita* 1. 3; et conc. a sac. *om.* 2a. b. c. v) sibi — accipiunt *pr. m. in marg. suppl.* 1. w) *versu ex. in marg. suppl.* 2a; *om.* 2b. x) f. sacr. 1. y) offerri 2a. c. z) insipientes *2a, corr.* a) *om.* 2b. c. b) *superscr.* 2c. c) et doctr. *om.* 2b. d) efficiunt 2a. b. c.

sanctus Augustinus dixit[a]: Qui divinationibus et aruspiciis[*, b] vel filacteriis et aliis[c] quibuslibet auguriis[d] crediderit, etsi ieiunet, etsi[e] oret, etsi iugiter ad ęcclesiam currat, etsi largas elemosinas faciat, etsi corpusculum[f] suum in omni afflictione cruciaverit, nihil ei proderit, quamdiu sacrilegia illa non reliquerit. *Nam si istas paganias ibi paternitas vestra in Romana urbe prohibuerit, et sibi mercedem et nobis maximum profectum in doctrina ęcclesiastica acquiret*[g]. *Epist. 50.*

Episcopi quoque et presbiteri generis Francorum, qui fuerunt[h] *adulteri vel fornicatores acerrimi, quos in gradu episcopatus vel presbiterii fornicationum filii nati*[i] *arguunt, redeuntes ab*[d] *apostolica sede, dicunt, sibi Romanum pontificem licentiam dedisse ministerium episcopale in ęcclesia usurpare*[k]. *Contra quos contendimus, quia apostolicam sedem contra decreta canonum nequaquam audivimus*[k*] *iudicasse.*

Haec omnia, domine karissime, propterea nota[l] *vobis fecimus, ut vestrae auctoritatis responsum talibus dare possimus, ut per cautelam vestrae doctrinae oves ęcclesiae non seducantur, sed lupi rapaces convicti et superati pereant.*

Interea munuscula parva vobis[m] *direximus, non quia digna sint paternitati vestrae, sed pro indicio caritatis et*[n] *obędientiae devotionis, id est villosam unam et argenti et*[o] *auri tantillum. Dextera Domini protegente, incolomem valere et in Christo proficere beatitudinem vestram in longitudine*[p] *dierum optamus.*

Te Deus altithronus sancta conservet in[q] *aede*
Sedis apostolicae rectorem tempore longo,
Melliflua gratum populis doctrina per orbem,
Perficiatque Deo dignum pia gratia Christi.
Splendida percipiat florens sua[r] *gaudia mater,*
Atque domus Domini laetetur prole fecunda.

*) Auruspicium dicitur, quod aliquis in aura futura putat se predicere vel divinare, *m. saec. XV. add.* 1.

VII. *Cap.* 1. 1, 2*a. b. c.*

a) dicit 2*b*. b) *ita 2a. b. e;* auruspiciis 1. 2*c. d;* aruspicibus *Epist.* c) *om.* 2*a. b. c.* d) *om.* 1. e) et 2*a. b. c.* f) corpus 2*c*. g) acquirit 2*a*. h) fuerant 2*b*. i) arg. nati 2*b*, *corr.* k) Hec omnia, domine karissime *(v. l. 16) add., sed del.* 1. k*) audimus 2*c*. l) vobis nota 2*a. b. c.* m) dir. vobis 2*c*. n) *om.* 1. *(2a).* o) *vox dubia in litura* 2*c*. p) longitudinē 2*b*, *corr.* q) inde *corr.* in aede 2*a*. r) *m. al. superscr.* 2*c*.

Epist. 51. (2). *REVERENTISSIMO*[1] *ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO EPISCOPO ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI.*

Susceptis sanctissimae fraternitatis tuae literis per Denehardum presbiterum tuum, quia te sospitem, ut semper cupimus, esse cognovimus, omnipotenti ac misericordissimo Deo nostro magnas retulimus grates, qui tibi in omnibus bonis prosperari dignatur. Magnam enim cordibus nostris infundis laeticiam, quotiens[a] *nobis sanctitatis tuae scripta mittuntur, quando reperimus, quae ad salutem respiciant*[b] *animarum, cum cottidie in gremio sanctae matris ęcclesiae per tuam predicationem novi populi adduntur.*

Ubi et tres episcopos per loca singula secundum seriem syllabarum tuarum te ordinasse[c] *cognovimus, qui eidem*[d] *populo, quem sibi dominus Deus noster per tuam sanctitatem aggregare dignatus est, preesse debeant. Et petisti, ut per auctoritatem nostrae*[e] *sedis episcopales*[f] *ibidem*[g] *sedes firmentur. Sed tua sancta*[h] *fraternitas pertractet mature et subtili consideratione discernat, si expedit*[i] *aut si loca aut populorum turbae talia esse probantur, ut episcopos habere mereantur. Meminis enim, karissime, quid*[k] *in sacris canonibus precipimur observare, ut minime in villulas vel in modicas civitates episcopos ordinemus, ne vilescat nomen episcopi. Sed nos, tuis sincerissimis atque dilectis*[l] *syllabis provocati, quae poposcisti*[m]*, absque mora concedimus. Et statuimus per apostolicam auctoritatem, episcopales esse illic sedes et per successionem episcopos teneri, qui populis presint atque verbum predicationis subiectis insinuent, id*[n] *est in castello*[o] *quod dicitur Wirziburg*[p] *et alteram*[q] *in oppido quod nominatur Buraburg*[r]*, terciam*[s] *in loco qui*[t] *dicitur Erpesfurt*[u]*, ita ut nulli post haec liceat ea, quae a nobis sancita sunt, aliquo*[v] *modo violare, et auctoritate beati Petri*[w] *apostoli firma esse decrevimus.*

De eo autem, quod nobis intimasti, quod[x] *te Karlomannus filius noster apud*[y] *se rogavit accedere*[z]*, ut in parte Francorum*

VII. *Cap.* 2. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) quoties 2*a*. *b*. *c*. b) an. resp. 2*c*; respiciunt an. 1. c) ordinare 2*a*, *corr.* d) eiusdem 2*c*. e) nostram 1. f) ł (*i. e.* vel) *add., sed eras.* 2*a*. g) eidem *pro* ib. 1; eidem *post* ib. *add., sed expunct.* 2*a*. h) sanctitas 2*b*, *corr.* i) expediat 2*b*. k) quod 2*a*. *c*; (quod in sa *in ras.*)cris 2*b*. l) dilectissimis 2*b*. m) poposcistis 2*c*; a *versu ex. add., sed eras.* 2*b*. n) unam quidem *pro* id est 2*a*. *b*. *c*. o) castellum 1. p) *ita scripsi;* Wirceburg 2*a*; Wirzburg 1; Wurciburc 2*b*; Wurzburg 2*c*; Wirzaburg *Epist.* q) alterum 1. r) Buraburc 2*b*; Buriburg 2*a*. *a*². s) tercium 2*b*; vero *add.* 2*a*. *b*. *c*. t) ꝗ (*i. e.* quod) 1. u) Erpesfort 2*a*. v) al. m. *om.* 2*a*. *b*. *c*. w) *superscr.* 1. x) quia 2*a*. *b*. *c*. y) apud se *om.* 2*a*. *b*. *c*. z) *om.* 2*a*. *b*. *c*.

1) *Jaffé n.* 43 (*p.* 116); *Dümmler n.* 51 (*p.* 302).

in sua ditione constituta synodum cęlebrares, eo quod omnis Epist. 51.
ęcclesiastica regula s e u *disciplina ab eadem provincia*[a] *funditus abolita est, quod*[b] *nimis merendum est, quod per*[c] *spacia*[d] *temporum ibidem synodus sacerdotum minime cęlebraretur*[e], *unde*
5 *neque quid sit sacerdotium ab eis, qui se sacerdotes esse*[f] *existimant, cognoscitur; sed dum, iuvante Deo, quae a*[g] *prefato filio nostro promissa sunt, ad effectum perducta fuerint, tuaque fraternitas memorato concilio consederit cum eodem excellentissimo viro, si quos repererit*[h] *episcopos, presbiteros aut diaconos contra*
10 *canones vel statuta patrum excessisse, — id est in adulterio, vel si plures uxores habuerunt*[i] *aut si sanguinem christianorum sive paganorum effuderunt vel etiam aliis capitulis*[k], *quibus* c a n o n e s *obviasse reperit*[l] *tua sanctitas, — nulla ratione apostolica auctoritate permittat*[m] *sacerdotio fungi, quia tales a suo tantum*
15 *ore* f a l s o[n] *nominantur sacerdotes et deteriores secularibus esse noscuntur, qui se neque a fornicationibus neque a nefariis*[o] *matrimoniis abstinent neque ab* h u m a n i[p] *sanguinis effusione manus servant innoxias. Aut quid inde sentiunt, dicente* D o m i n o: **Sacerdotes mei semel nubant,** *et apostolus:* **Unius uxoris virum,**
20 *et*[q] *cętera? Et hoc ante susceptum sacerdotium uti licitum est; nam a die suscepti sacerdotii etiam ab ipso proprio coniugio prohibendi sunt. Quomodo se*[r] *sacerdotio fungi considerant, qui talibus sceleribus involuti esse monstrantur*[s], *ut neque seculares fideles his facinoribus obvolutos optemus? Quomodo non per-*
25 *timescunt divina mysteria contingere? Aut quomodo ad orandum pro peccatis populi accedere*[t] *presumunt, dum sacri canones neque purum*[u] *clericum, cui sacerdotium non est, secundis*[v] *copulari nuptiis precipiunt*[w]*? Isti enim*[x] *e contrario, — non solum, quia*[y] *post susceptum sacerdotium se abstinere nolunt ab una uxore,*
30 *immo luxuriae* d e d i t i *peiora* s e c u l a r i b u s *scelera committunt, ut plures uxores habere presumant*[z], *quibus neque unam concessum est post susceptum ministerium* a t t r e c t a r e; *sed et ista parvi pendentes atque Deum ad iracundiam provocantes, — maiora committunt facinora, dum propiis manibus christianos atque*
35 *paganos necant, et fit, ut, qui*[a] *in*[b] *remissionem peccatorum*[c] *debuerunt lavacrum regenerationis impendere* e t *Christi sacramenta*

VII. *Cap.* 2. 1. 2*a. b. c.*

a) *versu ex. om.* 2*b*. b) *eras.* 1; *om.* 2*a. b. c.* c) *m. al. superscr.* 2*c.* d) tanta *add.* 2*a. b. c.* e) celebretur *pr. m.* 2*c.* f) *versu ex. om.* 1. g) *superscr.* 2*a.*
40 h) tua sanctitas *add.* 2*b*. i) habuerint — effuderint 2*b*. k) capitalibus vit(c)iis (criminibus 2*b*) quibus 2*a. b. c.* l) repereris (tua s. *om.*) 2*b*; *cf. n.* h. m) permittas 1. n) falso::: (*ras.* ore) 1. o) nefandis 2*b*. p) humanam 1, *corr.* q) et c. *om.* 2*b*. r) *om.* 2*c*. s) *in ras.* 2*b*. t) pr. acc. 1, *corr.* u) pu:rum, *ras.* e 2*a.* v) secundum 2*a*, *corr.* w) permittunt 2*a. b. c.* x) *bis scr., sed eras.* 1;
45 vero 2*a. b. c.* y) *om.* 2*a. b. c.* z) presumunt 1. a) quorum *pro* quibus *Ep.* b) *superscr.* 2*c*. c) peccatorem 2*c*.

Epist. 51. *donare*[a], *ne in aeternum perirent, eorundem sacrilegis manibus extinguantur. Quis enim, sapiens habens*[b] *cor, eos aestimet*[c] *sacerdotes, qui neque a fornicationibus abstinent neque ab effusione sanguinum*[d] *manus servant innoxias? Quisve*[e] *eorum sacrificiis Deum esse credit*[f] *placatum*[g], *dicente propheta:* **Virum sanguinum et dolosum abhominabitur Dominus?** *Istos ergo, ut premisi, nec sacerdotio fungi patiaris neque divina contingere mysteria, commonemus*[h]. *Quicquid vero aliud, ut*[i] *dictum est, eos contra ęcclesiasticam regulam excessisse*[k] *repereris*[l], *canones sive instituta patrum pre manibus habeto et, sicut in eis edoctus fueris, discerne.*

Quod autem tibi successorem constituere[m] *petisti, ut, te vivente, in tuo loco eligatur episcopus, hoc nulla ratione concedi*[n] *patimur, quia contra omnem ęcclesiasticam regulam esse monstratur; sed volumus, ut tibi ministret et sit in ęuangelio Christi*[o] *adiutor, dicente apostolo:* **Si**[p] **quis bene ministraverit, gradum sibi bonum acquiret.** *Nimis enim reprehensibile ac detestabile esse manifestum est, ut, te vivente, tibi*[q] *alium substituamus. Sed hoc ammonemus, ut, quamdiu te divina*[r] *iusserit clementia superesse, sine intermissione orare studeas, ut tibi Deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis*[s] *et populum, quem ad suam gratiam per tuae sanctitatis industriam vocare*[t] *voluit, inreprehensibiliter regere*[t*] *atque ad viam vitae perducere valeat. Nam quomodo haec quae poposcisti, si etiam voluerimus, concedere possumus, dum nos fragiles homines, sub conditione mortis constituti, ignoremus, quid superventura pariat dies, et quis e nobis prior de presenti seculo migret? Sin autem et*[h] *eundem divina voluerit clementia post tui diem*[u] *transitus superesse, si eum aptum*[v] *agnoveris et in*[w] *tua voluntate fuerit*[x] *definitum, ea hora, qua te de presenti seculo migraturum cognoveris, presentibus*[y] *cunctis tibi successorem designa, ut huc veniat ordinandus. Quod nulli alii concedi patimur.*

De illo vero, qui viduam avunculi sui, quae et ipsa fuit uxor consobrini sui, — et sacrum velamen habere monstrata est et a beatae memoriae precessore[z] *nostro sibi licentiam concessam*[a] *esse divulgavit, ut eam*[h] *in perniciosum matrimonium assumere*

VII. *Cap.* 2. 1. *2a. b. c.*

a) aliis *add.* 2*a. b. c.* b) hab. cor *om.* 2*a. b. c.* c) existimet 2*a.* d) eff. humani (s *add., sed eras.* 2*b*) sanguinis 2*a. b. c.* e) Qui sue 2*a, corr.* f) *m. al. corr.* credat 2*b.* g) placitum 1, *corr.* h) *om.* 2*a. b. c.* i) ut d. est *om.* 2*a. b. c.* k) *superscr.* 1. l) *corr.* reperis 1; repperis (i *corr. ex* e 2*c*) 2*a. c.* m) constitui 2*b.* n) *om.* 2*c.* o) *m. al. superscr.* 2*c.* p) *in marg. suppl.* 1. q) alium tibi 2*c.* r) iuss. div. cl. 1; div. (iuss. clemen *versu ex. m. al. in ras.*)tia 2*c.* s) placibilis 1. 2*a.* t) *bis scr., sed eras.* 2*b.* t*) valeat *add.* (1). u) die tr. 1; tr. diem 2*a. b. c.* v) esse *add.* 2*b.* w) *superscr.* 2*c.* x) voluerit 2*a, corr.* y) tibi *add., sed del.* 1. z) *m. al. corr.* predecess. 2*c.* a) esse conc. 2*b.*

debuisset, — absit hoc, ut decessor[a] *noster ista preciperet. Nec enim* Epist. 51. *ab hac apostolica sede illa diriguntur*[b]*, quae contraria esse patrum sive canonum institutis probentur*[c]*. Ammonere et increpare eos, frater karissime, ne cesses, quatenus a tam scelesto recedant*[d] *matrimonio, ut*[e] *non in aeternum pereant. Reminiscantur enim*[f]*, se Christi sanguine esse redemptos, et non sponte se contradant diabolicae potestati, sed magis omnipotenti Deo et Christo filio eius, Spiritui quoque*[g] *sancto, in cuius nomine ab illius antiqui hostis erepti sunt*[h] *potestate. Labora ergo*[i]*, sanctissime*[k] *frater, in eis, quia scriptum cognoscis:* Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte et suorum operit multitudinem peccatorum. *Nam*[l] *et nos ei pro hoc commonitoria scripta direximus.*

De Kalendis vero Ianuarii vel cęteris auguriis, filacteriis et incantationibus vel aliis diversis observationibus, quae gentili more observari dixisti apud beatum Petrum apostolum vel in urbe Roma, haec et nobis et omnibus christianis detestabilia et perniciosa esse iudicamus, dicente Domino: Non augurabimini[m] vel[n] certe non observabitis. *Et iterum scriptura dicit:* Non sit[n*] auguria in Israel nec observatio[o] in domo Iacob. *Ita*[p] *et a nobis cavendum esse censemus, ut nullis auguriis vel observationibus attendamus, quia omnia haec abscisa esse a patribus edocti sumus. Sed quia per instigationem diaboli iterum pullulabant, a die, qua nos iussit divina clementia, quamquam inmeriti existamus, apostoli vicem gerere, ilico omnia haec amputavimus. Pari etenim modo volumus tuam sanctitatem populis sibi subiectis predicare. Nam et sanctae recordationis prodecessoris*[q] *atque nutritoris nostri domni*[r] *Gregorii papae constitutione omnia haec pie atque fideliter amputata sunt et alia quam plura, quae*[s]*, diabolo suggerente, pullulabant in Christi ovili.*

De sacerdotibus vero illis[t]*, qui falsa*[u] *opinantur, qui etiam adulteri et fornicatores*[v] *probantur et sibi ab apostolica sede indultum esse testantur, hoc*[w] *nulla ratione credat sancta*[x] *tua fraternitas; sed similiter in eis canonicam exerce vindictam, quemadmodum de his, quibus superius a nobis edoctus monstraris. Non enim aliud te agere volumus, preter quod sacri precipiunt canones, vel etiam ab hac apostolica sede instructus esse dinosceris.*

VII. *Cap.* 2. 1. *2a. b. c.*

a) *m. al. corr.* predecess. *2c.* b) permittuntur *2a. b. c.* c) prohibentur 1, *corr.* d) matr. rec. *2c.* e) ne in *2a. b. c.* f) ergo *2a. b. c.* g) Spirituique sancto *2a. b. c.* h) *m. al. superscr. 2c.* i) igitur *2a. b. c.* k) carissime *2b.* l) Nos quoque ei *2a. b. c.* m) *corr.* auguriabimini *2a, et ita 2b. c.* n) vel c. n. obs. *om. 2a. b. c.* n*) sint *2a. b. c.* o) observationes *2b.* p) Igitur *2b. c.* q) *ita* 1. *2a. c (pr. m.)*; predec. *2d. e (pluribus immutatis)*; *om. 2b.* r) domini *2c.* s) a *add. 2c.* t) falsis *2a. b. c.* u) *corr.* falsi *2c.* v) esse *add. 2a. b. c.* w) *om. 2b.* x) s. tua fr. *in ras.* 1; s. fr. tua *2a. b. c.*

Epist. 51. *Tuae quoque sanctitatis petitionem implevimus, mittentes tribus episcopis tuis singulas*[a] *confirmationis epistolas, quas per sanctitatis tuae manus eis largiri volumus. Et Karlomanno filio nostro alia scripta direximus, ut adminicula quibus indiges adimplere festinet.*

Iam, frater karissime, de omnibus superius comprehensis capitulis, ut Dominus donavit, respondimus ad amputanda omnia diabolicae fraudis scandala. Tua vero sancta fraternitas, si quid de cętero evenerit, ut sacri docent canones, studeat emendare in plebibus sibi a Deo commissis. Non enim aliud nobis convenit predicare, preter quod a sanctis patribus sumus edocti. Si vero novi[b] *aliquid, inimici astutia agente, acciderit, quod tua sancta fraternitas minime per canonum instituta discernere possit, hoc*[c] *nobis non pigeat insinuare, quatenus, Deo iuvante, quaeque*[d] *ad emendationem novae plebis esse possunt, tibi absque tarditate respondere curemus. Cognoscat ergo tua sancta fraternitas, ita dilectionem tuam habere*[e] *in nostris precordiis, ut te presentialiter cottidie videre desideremus, et ita te in nostro consortio habere ut ministrum Dei et dispensatorem ęcclesiarum Christi.*

Confortare itaque in Domino, frater karissime, et esto robustus et labora[f] *in opere, ad quod te divina voluit clementia vocare. Magna enim te spes remunerationis expectat, quam promisit Deus diligentibus se. Et nos, licet peccatores existamus, tamen Dei nostri inmensam clementiam non cessamus exorare, ut, qui cępit in vobis, perficiat opus bonum usque in finem. Et beatus Petrus apostolorum princeps cooperetur tibi in omnibus bonis, qui ei parere desideras. Deus te incolomem custodiat, sanctissime frater.*

Data Kal. April., imperante domno piissimo augusto Constantino a[g] *Deo coronato anno XXIIII.*[h] *imperii eius, indictione undecima.*

Epist. 68. (3). *REVERENTISSIMO*[1] *ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO*[i] *COEPISCOPO ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI.*

Virgilius et Sydonius[k] *religiosi viri apud Bagoariorum*[l] *provinciam degentes, suis nos literis visitantes, intimaverunt,*

VII. *Capp.* 2. 3. 1. 2*a. b. c.*

a) singulis 2*a, corr.* b) aliquid novi inim. ast. (astucia inim. 2*c*) 2*b. c.* c) *om.* 2*b.* d) que (que *om.*) 2*b.* e) *corr.* haberi 2*a.* f) tua *add., sed del.* 2*a.* g) a Deo cor. *om.* 2*a. b. c.* h) imp. eius XXIIII. 1. i) *ita hoc loco* 2*b. c.* k) *ita* 1. 2*c. d. e;* Sidonius 2*a. b; cf. infra p.* 190, 1. l) *ita* 2*c. d;* Baioar. 2*a. b. e;* Bawar. 1.

1) *Jaffé n.* 58 *(p.* 167*); Dümmler n.* 68 *(p.* 336*).*

quod tua reverenda fraternitas eis iniungeret christianos denuo baptizare. Quod audientes, nimis conturbati sumus et in admirationem magnam *incidimus, si habetur, ut dictum est. Retulerunt quippe, quod fuerit in eadem provincia sacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat et, dum baptizaret, nesciens Latini eloquii linguam diceret: 'Baptizo te in nomine Patria*[a] *et Filia et Spiritus sancti', ac per*[b] *hoc tua reverenda fraternitas* iusserit *rebaptizare. Sed, sanctissime frater, si ille qui baptizavit, non errorem introducens aut heresim, sed pro sola ignorantia Romanae locutionis infringendo linguam, ut* prefati *sumus, baptizans* dixerat, *non possumus consentire, ut* ab eo baptizati *denuo baptizentur, quia,* sicut *tua bene compertum*[c] *habet sancta fraternitas, quicumque baptizatus fuerit ab hereticis in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, nullo modo rebaptizari* debet, *sed per solam*[d] *manus inpositionem* purgandus est. *Nam*[e], *sanctissime frater, si*[f] *ita est, ut nobis relatum est,* nolo *amplius a te illis predicetur huiusmodi* doctrina; *sed ut sancti patres docent et predicant, tua sanctitas studeat conservare. Deus te incolomem*[g] *custodiat, reverentissime frater.* (Epist. 68.)

(4). *In*[1] *nomine domini nostri Iesu Christi. Imperante domno piissimo augusto Constantino imperatore anno XXVI.* imperii *eius, mense Octobri die XXV*[h], *indictione XIIII, presidente sanctissimo domno Zacharia papa in*[i] *patriarchio Lateranense, in basilica quae appellatur Theodori, considentibus*[k] *etiam cum eo sanctis episcopis Epiphanio Silva Candida, Benedicto Nomento, Venantio Penestre*[l], *Gregorio Portuense*[m], *Niceta Gabiis, Theodoro Ortense, Gratioso Villitrias, seu venerabilibus presbiteris, id est Iohanne archipresbitero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Georgio*[n], *Sergio, Iordane, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Eustatio*[o], *Procopio*[p] *atque Theophanio*[q], *prepositis*[r] *in medio*[s] *sacrosanctis ęuangeliis, astantibus quoque diaconibus cunctoque clero, Gregorius regionarius et numenculator dixit: 'Deneardus*[t] *religiosus presbiter, legatus Bonifacii*[u] *sanctissimi archiepiscopi provinciae Germaniae directus* (Epist. 59.)

VII. *Capp.* 3. 4. 1. 2*a. b. c.*

a) patri(s *in ras.*) et fili(i *in ras.*) 1. b) pro 2*b*. c) novit *pro* c. h. 2*a. b. c.* d) sola (1). e) Nam s. fr. *om.* 2*a. b. c.* f) ergo *add.* 2*a. b. c.* g) incolomen 1; incolom̄ 2*c*. h) XXV: 2*c*. i) *superscr.* 2*a*. k) cūsident. 1. l) Penestr: *m. al. corr.* Preneste 2*c*, *et ita* 2*b. e.* m) Portunense, Nicea Gab(o *m. al. in ras. maiore*) 2*c*. n) Gregorio 2*c*. o) *ita* 2*a. b. c*; Eustacio 2*e*; Eustachio 1. 2*d*. p) Procobio 2*b*. q) Teophan(i *superscr.*)o 1. r) *corr.* propos. 2*a*. s) mediis 2*a. b. c.* t) Denehardus 2*b. d*; Benehardus 2*c*. u) *ita h. l. etiam* 2*c*, *ut p.* 170, *l.* 5; sanct. Bon. 2*b*.

1) *Jaffé n.* 50 *(p.* 136*)*; *Dümmler n.* 59 *(p.* 316*)*; *Werminghoff l. l. p.* 37—44.

Epist. 59. *ad vestrum sanctum apostolatum, pre velo est et petit ingredi. Quid precipitis[a]?' Dictum est: 'Ingrediatur'. Cumque ingressus fuisset, Zacharias sanctissimus[b] papa sanctae[c] Dei catholicae atque apostolicae urbis Romae[c] dixit: 'Ante hos dies literas reverentissimi fratris nostri Bonifacii archiepiscopi nobis detulisti, per quas nobis, quae oportuna ei visa fuerant, indicavit. Quid ergo denuo nostris secretariis te ingredi[d] postulasti?' Deneardus[e] religiosus presbiter dixit: 'Domine mi, dum iuxta vestri apostolatus preceptum dominus meus Bonifatius episcopus, famulus pietatis vestrae, in provincia Francorum synodum aggregaret et reperisset illic falsos sacerdotes, hereticos et scismaticos, id est Aldebertum[f] et[g] Clementem, sacerdotio privans[h] una cum principibus Francorum retrudi fecit in custodiam. Illi autem non in pęnitentia degunt, ut iudicatum est, sed e contrario adhuc populum seducunt. Pro quo et hanc epistolam prefati domini mei, quam manibus gero, vestro sancto apostolatui missus offero, ut eam[i] coram sancto concilio relegi[k] faciatis'. Dictum est: 'Suscipiatur epistola et coram nostra[l] presentia relegatur'. Et accipiens Theophanius notarius regionarius et saccellarius[m] relegit in his sermonibus:*

'Excellentissimo patri atque apostolico pontifici Zachariae papae[n] Bonifatius exiguus servus servorum Dei optabilem in Christo caritatis salutem.

Postquam me ante annos prope[o] XXX sub[p] familiaritate et servitio apostolicae sedis, annuente et iubente venerandae memoriae antistite apostolico Gregorio anteriore, voto constrinxi, quicquid mihi laeticiae vel tristiciae acciderat[q], apostolico pontifici solebam indicare, ut in laetis simul laudaremus[r] Deum et in tristibus eius[g] consilio roborarer. Ita et nunc mihi vobis[s] liceat indicare, precor, sicut scriptum est: Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi; seniores tuos, et dicent tibi.

Notum enim sit paternitati vestrae, quia, postquam indigno mihi mandastis in provincia Francorum, sicut et ipsi rogarunt, sacerdotali concilio et synodali conventui preesse[t], multas iniurias et persecutiones passus sum semper[u] a falsis sacerdotibus, ab adulteratis presbiteris seu diaconibus et fornicariis clericis.

Maximus tamen mihi labor est[v] contra duos hereticos pessimos et[w] publicos et blasphemos contra Deum et contra

VII. *Cap.* 4. 1. *2a. b. c.*

a) precipis *2c.* b) sanctus *2a. b. c.* c) sanctae — Romae *om. 2a. b. c.* d) *om. 2b.* e) Denehardus *2b. c.* f) Adelbertum *2b. c.* g) *om. 2c.* h) privasse *2c.* i) ea *pr. m. 2c.* k) legi *2a. b. c.* l) pr. nostra *2b.* m) sacell. (*corr. e* scell. *2c*) *2a. b. c.* n) p(ape Boni *in ras.*)facius *2b.* o) XXX pr. 1, *corr.* p) *m. al. superscr. 2c.* q) acciderit *2b.* r) laudarem *2b.* s) l. v. *2a. b. c.* t) preessem *2b.* u) *om. 2a. b. c.* v) *om.* 1. w) et publ. *om. 2a. b. c.*

catholicam fidem. Unus qui dicitur Aldebertus natione Gallus est, alter qui dicitur Clemens genere Scottus est, specie quidem erroris diversi, sed pondere peccatorum compares. Contra istos, obsecro apostolicam[a] *auctoritatem vestram, ut me defendere et adiuvare et populum Francorum et Gallorum per scripta vestra corrigere studeatis, ne hereticorum fabulas et vana prodigia ac signa precursoris antichristi sectentur, sed ad canonica iura et ad viam verae doctrinae convertantur. Et*[b] *ut per verbum vestrum isti duo heretici mittantur in carcerem, nullusque cum eis communionem habeat, ne forte, fermento doctrinae illorum*[c] *fermentatus, aliquis pereat; sed segregati vivant et iuxta dictum*[d] *apostoli traditi satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini, et si ęcclesiam non audierint, sint nobis iuxta ęuangelicum preceptum sicut ethnici et publicani. Propter istos*[e] *enim persecutiones et inimicitias*[f] *et maledictiones multorum patior, et ęcclesia Christi impedimentum fidei et doctrinae rectae sustinet.* Epist. 59.

Dicunt enim de Aldeberto[g]*, quod eis*[h] *sanctissimum apostolum abstulerim, patronum et oratorem virtutumque factorem et*[i] *signorum ostensorem abstraxerim. Sed pietas vestra, audiens vitam eius, iudicet ex fructu, utrum*[k]*, vestimentis ovium indutus, intus lupus rapax fuerit*[l] *annon. In primeva igitur aetate ypocrita fuit, dicens, quod sibi angelus Domini in specie hominis de extremis finibus mundi mirae et tamen incertae sanctitatis reliquias attulerit et exinde potuerit omnia, quaecumque poposcerit, a Deo impetrare. Hac ergo simulatione, sicut apostolus Paulus predixit, penetravit*[m] *multorum domos et captivas duxit post*[n] *se mulierculas oneratas peccatis, quae ducebantur variis desideriis, et multitudinem rusticorum dicentium, quod ipse esset vir apostolicae sanctitatis. Preterea conduxit episcopos indoctos, qui se contra precepta canonum absolute ordinaverunt. Unde in tantam superbiam elatus est, ut se aequipararet apostolis Christi et, dedignatus in alicuius apostolorum vel martyrum honore ęcclesiam consecrare, in proprio honore dedicaret oratoria*[o] *vel, ut verius dicam, sordidaret, ad haec etiam improperans, cur voluissent homines visitare limina sanctorum apostolorum. Fecit eis cruciculas et oratoriola in campis et ad fontes, vel ubicumque sibi*[p] *videbatur, et iussit ibi publicas orationes cęlebrari, in tantum ut multitudines populorum, spretis cęteris*

VII. *Cap.* 4. 1. 2*a. b. c.*

a) *om.* 2*a. b. c.* b) et ut *m. al. in ras.* 2*c.* c) eorum 2*c.* d) (dictum — publicani. Prop *pagina ex. m. al. in ras.*)ter 2*c.* e) isto 1, *corr.* f) inimicitia 1; inimicias 2*c.* g) Alberto 1. h) *m. coaeva suppl.* 1. i) et s. ost. *om.* 1. k) ex *add.* 2*c.* l) fuit *pr. m.* 2*a.* m) penetr. — duxit *in marg. suppl.* 2*a.* n) post se *superscr.* 1. o) eccla 1. p) *in ras.* 2*a.*

Epist. 59. *episcopis et dimissis antiquis ęcclesiis, in talibus locis conventus agerent, dicentes: 'Merita sancti Aldeberti*[a] *adiuvabunt nos'. Ungulas quoque suas et capillos dedit ad honorificandum et portandum cum reliquiis sancti Petri principis apostolorum. Tantis itaque flagitiis involutus, presumpsit quiddam*[b]*, quod maximum scelus et blasphemia contra Deum esse videtur. Venienti enim populo et prostrato ante pedus eius et cupienti confiteri peccata sua dixit: 'Scio omnia peccata vestra, quia mihi cognita sunt occulta vestra*[c]*. Non est opus confiteri ea; securi ergo*[d] *et absoluti de peccatis vestris preteritis revertimini ad domos vestras cum pace'. Haec igitur atque his similia, quae sanctum ęvangelium ypocritas facturos esse testatur, idem Aldebertus*[e] *suo habitu et incessu moribusque*[f] *operari solet.*

Alter autem hereticus, qui dicitur Clemens, contra catholicam contendit ęcclesiam, abnegans scilicet et refutans canones sacros, tractatus[g] *et expositiones*[1] *sanctorum patrum Hieronimi*[h]*, Augustini*[i]*, Gregorii. Synodalia etiam iura spernens, affirmat, se post duos filios sibi*[k] *in adulterio natos esse posse legis christianae episcopum. Preterea Iudaismum introducens, iustum esse*[l] *iudicat christiano, ut si voluerit viduam fratris defuncti accipiat uxorem. Ipse etiam contra fidem sanctorum*[m] *patrum contendit, dicens, quod Christus, filius Dei, descendens ad inferos, omnes, quos inferni carcer detinuit, inde liberasset, credulos videlicet*[n] *et incredulos necnon cultores idolorum. Multa quoque alia horribilia et contraria fidei catholicae de predestinatione Dei affirmat. Quapropter precor, ut per*[o] *literas vestras de hoc heretico mandare curetis duci Karlomanno*[p]*, ut mittatur in custodiam, ne, semina satanae latius seminans, una ovis morbida*[q] *totum gregem polluat. Valere sanctitatem vestram et prosperis profectibus*[r] *gaudere in longitudinem*[s] *dierum optamus'.*

Cumque lecta esset epistola, Zacharias[t] *sanctus*[o] *papa dixit: 'Audistis, karissimi fratres, quid in ista epistola lectum sit ex sacrilegis illis, qui se ad suam condempnationem apostolos nominare presumpserunt'. Sancti episcopi et venerabiles presbiteri responderunt: 'Audivimus certe per omnia non apostolos,*

VII. *Cap.* 4. 1. 2*a. b. c.*

a) Alberti 1. b) quoddam 2*a*. c) ideoque *add.* 2*a. b. c.* d) *in marg. suppl.* 1. e) Aldbertus 1. f) que *om.* 2*b*. g) sacros *add.* 1. h) Ieron. (*corr. ex* Heron. 2*c*) 1. 2*c*. i) et *add.* 2*a. b. c.* k) *om.* 2*b*. l) iud. esse 2*a. b. c.* m) cont. p. s. 1. n) quoque *pro* vid. 2*c*. o) *om.* 2*a. b. c.* p) Karolom. 1. q) morituda 2*a*, *corr.* r) provectibus 2*b*. s) longitudine 2*b* (*cf. supra p.* 163, 24). t) Zacharia 2*b*.

1) Intellectus *hoc loco*, expositiones *infra p.* 173, 6 *Epist.*

sed ministros satanae et precursores antichristi[a]. *Quis enim aliquando apostolorum vel quilibet*[b] *sanctorum ex capillis suis aut ungulis pro sanctitate populis tribuit, ut iste perniciosus agere conatus est Aldebertus*[c]*? Sed hoc scelus a vestro sancto*[d] *apostolatu resecandum est tam de illo quam etiam de transgressore Clemente, qui sacros canones spernit atque expositiones sanctorum patrum Ambrosii, Augustini cęterorumque respuit. Ambo itaque iustam dignamque transgressionibus*[e] *suis suscipiant sententiam'.* Epist. 59.

Zacharias sanctus papa dixit: 'Quia iam tardior hora est, venturo[f] *secretario de conscripta vita et oratione, quam sibi exponit*[g] *Aldebertus*[c]*, vel de cęteris eius gestis, cum nobis lecta fuerint, communi consensu, mediante Deo, quid fieri debeat, pertractemus'.*

Cumque in eodem die sanctus Zacharias papa cęterique episcopi necnon presbiteri supradicti aliique clerici convenissent in prenominatam basilicam, Gregorius notarius regionarius et numenculator dixit: 'Iuxta vestri[h] *sancti apostolatus preceptum, quod in preterito secretario iussistis, Deneardus*[i] *religiosus presbiter adest pre velo. Quid precipitis?' Dictum est: 'Ingrediatur'. Cumque ingressus esset, Zacharias sanctus papa dixit: 'Actus illius nefandissimi Aldeberti*[k] *sive cętera eius conscripta*[l]*, quae preterito secretario in manibus gerebas, coram presente concilio porrige legenda'. Et accipiens Theophanius notarius regionarius et sacellarius legit*[m] *vitam illius, cuius initium*[n] *est:*

'In nomine domini nostri[o] *Iesu Christi incipit vita sancti et*[p] *beati Aldeberti*[k] *episcopi ex*[d] *electione Dei nati. De simplicibus parentibus fuit*[q] *procreatus et de gratia Dei est coronatus, quia, dum in utero*[r] *matris suae esset, ibidem gratia Dei cępit in eo retineri et, antequam pervenisset beatissima nativitas eius, vidit genitrix eius per visionem quasi egredientem vitulum de dextro latere suo. Qui nimirum vitulus designabat illam gratiam, quam acceperat ab angelo, antequam exiret de vulva'.*

Cumque hic libellus usque ad[s] *finem lectus fuisset*[t]*, Zacharias sanctus papa dixit: 'Quid ad hanc blasphemiam respondetis, sanctissimi fratres?' Epiphanius*[u] *episcopus ęcclesiae*[v] *sanctae Silvae Candidae dixit: 'Domne*[w] *apostolicę, ex*[x] *divina*

VII. *Cap.* 4. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) *in ras.* 2*b*. b) quislibet 1, *corr.* c) Aldbertus 1. d) *om.* 2*c*. e) transgressionis suiscipiant *pr. m.* 2*c*. f) ventura 1. 2*a* *(corr.)*. g) componit 2*b*. h) viri 1. i) Denehardus 2*b*. k) Aldberti 1. l) scripta 2*a*. *b*. *c*. m) l. v. ill. *om.* 2*b*. n) ita *add.* 2*c*. o) *om.* 1 *cum cod. Carlsruh. (2) epistularum.* p) Ald. et b. 2*c*, *corr.* q) procr. (proc *corr. e* pa) fuit 2*b*. r) ventre 2*b*. s) in 2*c*. t) esset *versu ex. m. al. suppl.* 2*c*. u) Epyph. 2*a*. v) sancte ecclesie 2*c* *cum Epist.* w) domine (1) *cum Epist.* x) et *pr. m.* 2*a*.

Epist. 59. *profecto inspiratione motum est*[a] *cor vestri*[b] *sancti apostolatus, ut predictum Bonifatium sanctissimum episcopum et Francorum principes commoneretis*[c] *in partibus illis*[d] *post longa tempora concilium congregare sacerdotum, ne haec scismata et blasphemiae sancto*[e] *vestro apostolatui celarentur'. Zacharias sanctus papa dixit: 'Si quid adhuc habet Deneardus*[f] *religiosus presbiter nobis porrigere legendum*[g]*, porrigat'. Deneardus*[h] *presbiter respondit: 'Ecce, domine, epistola, qua utebatur Aldebertus*[i] *et quam divulgabat*[k] *esse Iesu sibique de caelo venisse!' Et accipiens Theophanius notarius legit. Cuius initium tale erat:*

'In Dei nomine incipit epistola domini nostri Iesu Christi, filii Dei, quae in Hierosolima[l] *cecidit et per Michahelem*[m] *archangelum inventa est in porta Effrem. Et per manus sacerdotis nomine*[n] *Icore*[o] *ipsa epistola*[p] *fuit exemplata, et transmisit ipse eandem epistolam ad Germaniam civitatem alio*[q] *sacerdoti Talasio. Et ipse Talasius transmisit illam ad Arabiam civitatem*[r] *alio*[s] *sacerdoti Leoban*[t]*, et ipse Leoban transmisit epistolam istam ad Vetfaniam civitatem, et recepit eam Macrius sacerdos Dei et transmisit in montem sanctum archangeli Michahelis*[u]*. Et per manus angeli*[g] *Domini pervenit ad Romanam*[v] *civitatem ad sepulchrum sancti Petri, ubi claves regni caelorum constituti sunt, et XII papati, qui sunt in Romana civitate, triduanas*[w] *fecerunt vigilias*[x] *in ieiuniis et orationibus', et cętera usque ad*[y] *finem perlecta.*

Zacharias sanctus papa dixit: 'Pro certo, karissimi fratres, et predictus Aldebertus[i] *in insaniam conversus est, et omnes, qui hac*[z] *utuntur commentata epistola, parvulorum more*[a] *absque sensu sunt et muliebri errore insaniunt. Sed ne leviores amplius decipiat, indiscussam et absque sententia causam hanc relinquere non possumus'. Sancti episcopi et venerabiles presbiteri responderunt: 'Ex divina inlustratione cognoscimus cor sancti vestri apostolatus inluminatum, et quae a vobis dicta sunt, ex administratione sancti*[b] *Spiritus emanarunt. Et idcirco, ut a vobis previsum fuerit, in utroque sententia promulgetur'. Zacharias sanctus papa dixit: 'Non ut a nobis solis previsum fuerit, sed pariter cum sanctitate vestra*[c]*, ut Domino placuerit, in futuro secretario est pertractandum'.*

VII. *Cap.* 4. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) *superscr.* 1. b) u͞ri 1. c) commonetis 2*c*, *corr.* d) illius 2*a*. e) (a *m. al. add.*) s. viro ap. vestro cel. 2*c*. f) Denardus 2*a*, *corr.*; Denehardus 2*b*. g) *om.* 2*c*. h) Deardus 2*a*, *corr.*; Denehardus 2*b*. i) Aldbertus 1. k) devulg. 2*c*. l) Ieros. 1. m) Michaelem 2*a*. n) *superscr.* 2*c*. o) Iorę *corr.* Icorę 2*a*. p) *versu ex. in marg. suppl.* 1. q) alii 2*c*. r) *om.* 2*b*. s) *corr.* alii 2*a*. t) Leobant *h. l.* 2*c*. u) Michaelis 2*a*. v) Romam 2*a cum cod. Carlsruh. epist.* w) triduana 1; triduanus 2*a*, *corr.* x) : : vig., *ras.* in 2*a*. y) in 2*b cum cod. Carlsruh.* z) hanc (?) *pr. m.* 2*c*. a) et *add.* 2*c*. b) Sp. sancti 2*a*. c) *om.* 2*a*.

Cum autem tercia vice in eodem die[a] *Zacharias sanctus papa cęterique episcopi necnon presbiteri supradicti, sed et alii clerici convenissent in prenominatam basilicam, Gregorius notarius regionarius* Epist. 59.
5 *et numenculator dixit: 'Secundum quod a vestro sancto apostolatu preceptum est in preterito secretario, ut Deneardus*[b] *religiosus presbiter hic*[c] *se vestris obtutibus presentaret*[d], *presto est*[e] *pre foribus. Quid precipitis?' Dictum est: 'Ingrediatur'. Cumque ingressus fuisset*[f], *Zacharias sanctus*[g] *papa dixit: 'Habes adhuc*
10 *ex sacrilegorum illorum conscripto aliquid, quod coram concilio proferre debeas ad legendum?' Deneardus*[h] *religiosus presbiter respondit: 'Etiam, domine mi, orationem, quam sibi Aldebertus*[i] *componere nisus est, et ecce in manibus eam*[a] *gero! Iubete eam suscipi'. Moxque suscepta est et*
15 *lecta oratio, cuius initium tale est:*

'Domine Deus omnipotens[k], *pater domini nostri Iesu Christi, et A et Ω, qui sedis*[l] *super septimum thronum et super Cherubin et Seraphin*[m]; *pietas magna et dulcedinis satis est apud te. Pater sanctorum angelorum, qui fecisti caelum et terram,*
20 *mare et omnia quae in eis sunt, te invoco et clamo et invito te*[g] *super me miserrimo*[n], *quia tu dignus*[o] *fuisti dicere: "Quodcumque*[p] *petieritis a Patre in nomine meo, dedi vobis". A te peto, a*[q] *te clamo, a domino Christo confido animam meam'. Cumque per ordinem legeretur, pervenit ad locum, ubi ait: 'Pre-*
25 *cor*[r] *vos et coniuro vos et supplico me ad vos, angelus Uriel, angelus Raguel*[s], *angelus Tubuel, angelus Michahel*[t], *angelus Adimis, angelus Tubuas, angelus Sabaoth, angelus Simihel*[u]'.

Dum vero haec oratio sacrilega usque[v] *ad finem perlecta fuisset, Zacharias sanctus papa dixit: 'Quid ad haec, sancti*[w]
30 *fratres, respondetis?' Sancti episcopi et venerabiles presbiteri responderunt: 'Quid aliud agendum*[x] *est, nisi ut omnia, quae*[y] *nobis*[z] *lecta sunt, igni concrementur, auctores vero eorum anathematis vinculo percellantur? Octo enim nomina angelorum, quae in sua oratione Aldebertus*[i] *invocavit, non angelorum preter*
35 *Michahelis*[a], *sed magis demonum*[b] *nomina sunt, quos ad prestandum sibi*[c] *auxilium invocavit. Nos autem, ut a vestro sancto apostolatu edocemur, et divina tradit auctoritas, non plus*

VII. *Cap.* 4. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) *om.* 2*b*. b) Denehardus 2*b*. c) *in litura* 2*a*. d) *om.* 2*a*. e) pre f. est 1.
40 f) :::|fuisset, *ras.* ēēt 2*c*. g) *om.* 2*a*. *b*. *c*. h) Denardus 2*a*, *corr.*; Denehardus 2*b*. i) Aldbertus 1. k) p. o. 2*b*, *corr.* l) sedes 2*a*. *b*. *c*. m) Seraphim 2*a*. n) mise:::mo 1, *corr.* o) dignatus 2*c*. p) cumque *superscr.* 2*b*. q) ad 2*b*. r) *in litura* 2*a*. s) Raguhel 1. t) Michael 2*a*. u) Simiheel 2*b*. v) *om.* 2*c*. w) fr. s. 2*c*, *corr.* x) est ag. 2*b*. y) coram *add.* 2*a*. *b*. *c*. z) vobis 2*c*. a) Michaelis
45 2*a*; Michahelē 2*c*, *corr.* b) n. d. 1. c) sunt 2*a*, *corr.*

Epist. 59. *quam trium angelorum nomina agnoscimus, id est Michahel*[a], *Gabriel, Raphahel'. Zacharias sanctus papa dixit: 'Optime provisum*[b] *est a vestra sanctitate, ut conscripta*[c] *illius omnia igne*[d] *concrementur; sed oportunum est, ut ad reprobationem eius in sancto*[e] *nostro scrinio reserventur ad perpetuam confusionem. Nunc vero, quia omnia peracta sunt, de utrorumque sententia, quorum superius mentio facta est, pertractandum est'.*

Universum concilium dixit: 'Aldebertus[f], *cuius nobis actus et nefaria*[g] *commenta lecta sunt et qui se apostolum censuit nominare*[h] *et capillos et ungulas suas populis pro sanctitate tribuit, quique sub obtentu angelorum demones in suum auxilium invocat, sit ab omni officio sacerdotali alienus, agens pęnitentiam pro commissis, et amplius iam populum minime seducat. Sin*[i] *autem in his erroribus perseveraverit et populum amplius seduxerit*[k], *sit anathema et aeterno Dei iudicio condempnetur omnisque pariter, qui ei consenserit aut eius doctrinam secutus fuerit aut adiunctus fuerit. Similiter et Clemens, qui per suam stulticiam sanctorum patrum statuta omniaque synodalia acta respuit, inferens etiam christianis Iudaismum, dum predicat, fratris defuncti accipere*[l] *uxorem, insuper et dominum*[m] *Iesum Christum descendentem ad inferos omnes pios et impios exinde predicat abstraxisse, ab omni sacerdotali officio nudatus sit et anathematis vinculo obligatus pariterque Dei iudicio condempnatus et omnis, qui eius sacrilegis consenserit predicationibus'.*

Adnotatio[n] **episcoporum aliorumque sacerdotum pro excommunicatione hereticorum Aldeberti**[o] **et Clementis**[n].

†[p] *Zacharias episcopus sanctae Dei ęcclesiae catholicae atque apostolicae urbis Romanae his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.*

† Epiphanius episcopus sanctae[q] *ęcclesiae Silvae Candidae his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.*

† Benedictus episcopus sanctae ęcclesiae Nomentanae[r] *his gestis atque sententiae a*[s] *nobis promulgatis subscripsit.*

VII. *Cap.* 4. 1. *2a. b. c.*

a) M., Gabrihel *2a*; Michahelis, Gabrielis et Raphahelis *2b*. b) p̄visum *2b*. c) scriptū (*corr.* scripta) eius *2c*. d) igni *2b*. e) (sancto *om.*) scrinio n. *2a. b. c*. f) Aldbertus 1. g) nefanda *2b*. h) nominari *2a. b. c*. i) Si *2b*. k) *in litura 2a*. l) posse *add. 2a. b. c*. m) nostrum *add. 2b*. n) Adnotatio — Clementis *om. 2b. e*. o) Adelberti 1. p) *ita 2a; om. 2c; cruces omnes om.* 1. *2b. d. e; quae deinceps saepius occurrunt, vocabula passim per compendium scripta sunt* 1. *2a. b*. q) eccle *(sic)* sancte *2c*. r) Momentanae *in litura 2a*; Numentane *2b. e*. s) a nobis(?) *eras. 2c*.

† Venantius episcopus sanctae ęcclesiae Penestrinae[a] *his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit*[b]. Epist. 59.

† Gregorius episcopus sanctae ęcclesiae Portuensis his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit[b].

† Niceta episcopus sanctae ęcclesiae Gabinatis his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit[b].

† Theodorus episcopus sanctae ęcclesiae[c] *Ostiensis his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit*[b].

† Gratiosus episcopus sanctae ęcclesiae Veliternensis his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Iohannes archipresbiter tituli sanctae Susannae[d] *his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit*[b].

† Gregorius humilis presbiter tituli sancti Clementis his gestis atque[e] *sententiae*[f] *a nobis promulgatis*[b] *subscripsit*[b].

† Stephanus gratia Dei presbiter tituli sancti Marci his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit[b].

† Stephanus indignus presbiter tituli sancti Eusebii his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Dominicus humilis presbiter tituli sanctae Priscae his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit[b].

† Theodorus[g] *humilis presbiter tituli sancti Laurentii his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.*

† Anastasius indignus presbiter tituli sanctae Mariae his gestis atque sententiae a[h] *nobis promulgatis*[i] *subscripsit.*

† Georgius[k] *humilis presbiter tituli sanctorum*[l] *Iohannis et Pauli his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit*[b].

† Sergius humilis presbiter tituli sanctae Potentianae his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit[b].

† Iordannes[m] *indignus presbiter tituli sanctae Sabinae his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit*[b].

† Theophanius humilis presbiter tituli sanctorum Quatuor[n] *Coronatorum his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit*[b].

† Leo indignus presbiter tituli sanctae Anastasiae his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Leo[o] *humilis presbiter tituli* s a n c t i *Damasi his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.*

† Gregorius indignus presbiter tituli sanctae Balbinae his gestis atque sententiae a[p] *nobis promulgatis subscripsit*[b].

VII. *Cap.* 4. 1. 2*a. b. c.*

a) Penestriae 2*a, corr.* b) *versu ex. om.* 2*a.* c) Ost. ęccl. 2*b, corr.* d) Sussannae 1, *corr.* e) *in marg. suppl.* 2*c.* f) sentenciis 1. g) Thedorus 1. h) subsc. a n. prom. 1, *corr.* i) pr. s. *versu ex., om.* 2*a.* k) Gregorius 1. 2*e.* l) *ita* 2 *(c). e;* s̄ 2*a;* s. 2*b;* sancti 1. 2*d.* m) Iordanus 1. n) *om.* 2*a. b. c.* o) *subscriptio alterius Leonis post subscriptionem Eustachii (p. 178, 4) posita est* 2*a. b. c.* p) pr. a nobis 1.

Epist. 59. *† Stephanus presbiter tituli sancti Chrisogoni[a] his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.*

† Eustachius humilis presbiter sanctae Romanae[b] ęcclesiae his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit[c].

† Procopius[d] indignus presbiter tituli sancti Cyriaci[e] his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit. 5

Epist. 82. (5). *DILECTISSIMIS[1] NOBIS REGINFRIDO[f] RODOMAGENSI EPISCOPO, DEODATO BELVOCANENSI EPISCOPO, RAMBERTO[g] AMBIANENSI EPISCOPO, DAVID[h] SPIRONENSI EPISCOPO, ETHEREO[i] TOROANENSI EPISCOPO, HELISEO[k] NOVIANENSI EPISCOPO, TREWARTO[l] CAMEROCANENSI[m] EPISCOPO, BURGHARDO[n] WIRZIBURGENSI[o] EPISCOPO, FOLCRICO[p] TUNGRIENSI[q] EPISCOPO, GENEBAUDO LAUDENSI EPISCOPO, ROMANO MELDENSI EPISCOPO, AGILOLFO[r] COLONIENSI EPISCOPO, HATTONI[s] STRAZBURGENSI EPISCOPO ET CĘTERIS AMANTISSIMIS CHOREPISCOPIS[t], PRESBITERIS ETIAM[u] ET DIACONIBUS CUNCTISQUE ORTHODOXIS ĘCCLESIARUM DEI CLERICIS, APOSTOLICAM DOCTRINAM TENENTIBUS, ZACHARIAS[v] DIVINA GRATIA PREDITUS APOSTOLICAE SEDIS PONTIFEX, SERVUS AUTEM SERVORUM DEI[w], IN DOMINO SALUTEM DICIT.* 10 15 20

Gratias ago Deo patri omnipotenti et domino nostro Iesu Christo, unico filio eius, et Spiritui[x] sancto, qui vestrum[y] omnium corda inflammare dignatus est per diffusam a[z] se gratiam, ut in unitate fidei et vinculo pacis ambuletis, et sit splendor domini Dei nostri super vos[a], dilectissimi mihi, et abundans gratia pacis et caritatis, ut sitis unum corpus spiritalis[b] matris vestrae, sanctae catholicae et apostolicae Dei[c] ęcclesiae, in qua Deo auctore presumus, implentes illud propheticum dictum: Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum! *Quamvis* 25 30

VII. *Capp.* 4. 5. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) Cris. 2*c*. b) eccl. Rom. 2*b*. c) *versu ex. om.* 2*a*. d) Procobius 2*b*. e) Ciriaci 1. 2*c*. f) Reinfrido 2*a*. g) Raamberto 1. h) Davit *pr. m.* 2*c*. i) Eth. Tor. ep. *om.* 1. k) Helyseo 2*a*; Eliseo 2*b*. l) Trevarto 2*a*, *corr.*; Trewarco 2*c*. m) Camerocarensi 2*b*. n) *ita* 2*a*; Burchardo *rell.* o) Wi(r *superscr.*)ciburg. 2*a*; Uurziburg. 1; Wurzburg. 2*b*. *c*. p) *ita* 2*a*. 3; Folcriko 1. 2*c*; Folerico 2*b*. q) Tunringensi 1. r) Ag. Col. ep. *ante* Folerico Tungr. *ponit* 2*b*. s) Naritoni 2*b*. t) *corr.* coepiscopis 2*a*; coepis *(sic)* 1. u) *om.* 2*c*. v) papa *add.* 2*b*. w) *m. al. superscr.* 2*c*. x) sancto Sp. 2*a*. *c* *(non* 2*b)*. y) v. o. c. infl. *om.* 2*b*. z) a se *m. al. superscr.* 2*c*. a) nos *pr. m.* 2*c*; super nos *corr.* supernus 2*a*. b) spiritualis *hoc loco* 1 *cum rell.* c) ęccl. Dei 2*b*. 35 40

1) *Jaffé n.* 67 *(p.* 193*)*; *Dümmler n.* 82 *(p.* 362*)*.

enim[a] *pro itineris longitudine corpore s i mus absentes, in spiritu* Epist. 82.
tamen dilectionis semper sumus vobis[b] *presentes, habentes vos in visceribus nostris et assidue orantes, ut deus et dominus noster Iesus Christus multo amplius confirmet corda vestra in exhortatione ęuangelii in ministerio quo fungimini, ut credita vobis plebs, vestris piis*[c] *ammonitionibus, adiu v a n t e D o m i n o , a diabolica fraude liberata, persistat salva, vosque mereamini de eorum animabus in die Christi adportare lucrum. Obsecro ergo*[d] *vos, ut digne ambuletis*[e] *vocatione, qua vocati estis, ut decet sanctos, cum multa pacientia subportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis et caritatis, quia finis precepti caritas*[f] *est de corde*[g] *puro et conscientia bona et fide non ficta. Gaudeo in vobis, karissimi, quoniam fides vestra et unitas erga nos preciosa est et manifesta non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus, dum ad fautorem et magistrum vestrum a Deo constitutum beatum*[h] *Petrum apostolorum principem benignissima voluntate conversi estis, e t i n h o c laudabilis e s t fides vestra, quoniam id ipsum sapitis, qu o d oportet sapere.*

Habetis itaque nostra vice ad confortandam dilectionem vestram sanctissimum Bonifatium, fratrem[i] *nostrum archiepiscopum, apostolicae sedis legatum et nostram presentantem vicem. Sit ergo constantia vestra adversus contentiones eorum, qui adversa sapiunt et non quae Dei sunt,* neque terreamini a facie eorum, *sicut scriptum est,* qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; s e d p o t i u s e u m time t e, qui potest animam et corpus mittere in gehennam. *Fratres mei,* in carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Arma enim miliciae nostrae non carnalia, sed s p i r i t a l i a[k] s u n t ad destruen d a m omnem exaltationem, extollentem se adversus scientiam Dei. Confortamini i t a q u e in Domino et in potentia v i r t u t i s eius[l]. *Pax vobis et gratia a deo*[m] *et domino nostro Iesu Christo*[n] *ministretur. Amplectimur et osculamur acsi presentes caritatem vestram in unitate spiritus in vinculo pacis et caritatis Christi. Deus vos incolomes custodiat, dilectissimi*[o] *nobis.*

(6). *ZACHARIAS*[1] *PAPA UNIVERSIS EPISCOPIS, PRESBITERIS, DIACONIBUS, ABBATIBUS, CUNCTIS ETIAM* Epist. 61.

VII. *Capp.* 5. 6. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) etiam 2*a*, *corr.* b) *om.* 2*c*. c) *m. al. in marg. suppl.* 2*b*. d) *om.* 1. e) tis *in ras.* 1. f) est car. 2*c*. g) p. c. 2*c*. h) beat: um (Petrum *in marg. suppl.*) 1. i) arch. fr. n. 2*c*. k) spiritualia 2*a*. *b*. *c*. l) Christi 2*a*. m) domino deo nostro 1. n) *versu ex. om.* 1. o) dil. n. *om.* 2*a*. *b*. *c*.

1) *Jaffé n.* 52 *(p.* 152*)*; *Dümmler n.* 61 *(p.* 325*)*.

Epist. 61. *DUCIBUS, COMITIBUS OMNIBUSQUE DEUM TIMENTIBUS PER GALLIAS ET FRANCORUM PROVINCIAS CONSTITUTIS.*

Referente[a] *nobis reverentissimo fratre nostro Bonifatio episcopo, quod, dum synodus congregata esset in provincia vestra iuxta nostram*[b] *commonitionem, mediantibus filiis nostris Pippino*[c] *et Karlomanno*[d] *principibus vestris, peragente etiam vicem nostram predicto Bonifatio, Dominus inclinasset corda vestra cum principibus vestris in*[e] *predicatione eius, ut omnibus commonitionibus eius obediretis et falsos*[f] *et scismaticos et homicidas et fornicarios a vobis expelleretis sacerdotes, omnipotenti Deo nostro*[g] *gratias egimus. Et pro vobis incessanter*[g] *sumus orantes, ut, qui cępit in vobis opus bonum, perficiat usque in finem.*

Obsecro enim omnes vos coram Deo, ut eius commonitionibus firmiter obędiatis. Ipsum namque vice nostra in partibus illis ad predicandum constitutum habemus, ut[h] *vos Deo propitio ad viam perducat*[i] *rectitudinis, et a cunctis facinoribus salvi esse possitis. Habuistis enim, peccatis facientibus*[k]*, nunc usque falsos et erroneos sacerdotes. Unde et cunctae paganae gentes vobis pugnantibus prevalebant, quia non erat differentia inter laicos et sacerdotes, quibus pugnare*[l] *licitum non est. Qualis enim victoria dabitur, ubi sacerdotes una hora dominica pertractant*[m] *mysteria et dominicum corpus consecrant pro animarum suarum redemptione et postea christianos, quibus hoc ministrare debuerant, aut paganos, quibus Christum predicare debuerunt*[n]*, propriis sacrilegisque*[o] *manibus necant? Et fit secundum verbum Domini*[p] *dicentis:* Vos estis sal terrae; quodsi sal evanuerit, in quo condietur[q]? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus. *Dum haec ita sint et tales in vobis fuerint sacerdotes, quomodo victores contra vestros inimicos esse poteritis? Nam si mundos et castos ab omni fornicatione et homicidio liberos habueritis sacerdotes, ut sacri precipiunt canones, et nostra vice predicat prefatus*[r] *Bonifatius frater noster, nulla gens ante vestrum conspectum stabit, sed corruent ante faciem vestram omnes paganae gentes, et eritis victores, insuper et bene agentes vitam possidebitis aeternam.*

Vos autem, karissimi fratres, qui estis veri sacerdotes vel sub regulari disciplina constituti, sic vosmet[s] *ipsos exhibete, ut*

VII. *Cap.* 6. 1. 2*a. b. c.*

a) R *a miniatore non suppl.* 2*b.* b) comm. n. 2*c.* c) Pipino 1. 2*b. c.* d) Karolom. 1. e) in (ad 2*b*) predicationem 2*a. b. c.* f) f. et *om.* 2*a. b. c.* g) *om.* 2*a. b. c.* h) *superscr.* 2*c.* i) per *eras.*, ducat *om.* 2*c.* k) exigentibus 2*c.* l) l. p. 1. m) tractant 2*a. b. c.* n) debuerant 2*a.* o) que *om.* 2*a. b. c.* p) *om.* 2*c.* q) sal(l)ietur 2*a. b. c cum Vulg. (Matth.* 5, 13*).* r) *versu ex. om.* 1. s) vos(met ipsos *om.*) 2*a. b. c.*

decet Dei ministros et dispensatores mysteriorum Dei, ut non Epist. 61.
vituperetur ministerium vestrum, ne fiat in vobis, quod scriptum est: Erit sicut populus, sic sacerdos. *Nam si hoc fuerit, qualis vobis*[a] *erit ab hominibus laus, aut qualis a Deo expectatur*[b]
5 *retributio? Quamobrem sic vos corrigite ut veri sacerdotes et tales ad sacerdotium producite, ut et vobis et illis testimonium maneat bonum ab his qui foris sunt*[c], *quatenus ab hominibus laudem et a Deo premium in aeterna beatitudine percipere mereamini, eo quod per vos ad rectam fidem perducti sunt*
10 *populi multi, innoxios*[d] *habentes sacerdotes. Ad synodum quoque omni anno convenite ad pertractandam unitatem ęcclesiae, et ut, si quid adversi acciderit, radicitus amputetur, et ęcclesia Dei maneat inconcussa. Bene valete.*

(7). *REVERENTISSIMO*[1] *ET SANCTISSIMO FRATRI* Epist. 60.
15 *BONIFATIO COEPISCOPO ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI*[e].

Cum[f] *nobis sanctissimae fraternitatis tuae syllabae delatae fuissent atque per singula relegi*[g] *fecissemus, reperimus in earundem literarum tuarum*[h] *serie, quod, peccatis nostris facien-*
20 *tibus, dum dominici tritici semina quaereres elaborare ad augendam segetem spiritalem*[i], *subito inimici superseminaverunt*[k] *zizania, ut sanctitatem tuam*[e] *in bono opere impedirent. Sed tua sancta fraternitas incessanter orationi instet pariter cum fratribus, qui tecum laborant, ut spiritali*[l] *sarculo eradicare possis*[m]
25 *zizania. Hoc opus si*[n] *tibi semper erit in voluntate, Deus sine dubio adiuvat, ut beatus Gregorius papa:* Bonum opus, *inquit,* nobis[o] sit in voluntate; nam ex divino adiutorio erit in perfectione. *Unde, karissime frater, confortare in Domino, et ipse erit adiutor tuus.*
30 *De*[p] *incursione autem gentium*[q], *quae in tuis*[r] *plebibus facta est, merendum nobis est. Sed haec adversitas nullatenus tuam*[s] *fraternitatem conturbet, quia et Romana civitas*[t] *ex accidentibus facinoribus sepius est*[u] *depopulata, et tamen omnipotens Dominus dignatus est*[c] *eam consolari. Sic etiam credimus, quia*

35 VII. *Capp.* 6. 7. 1. 2*a. b. c.*

a) erit vobis 2*b*. b) expectetur 2*c*. c) *m. al. superscr.* 2*c*. d) noxios *versu in.* 2*b*. e) *m. al. suppl.* 2*c*. f) Dum 2*b*. g) legi 2*a. b. c.* h) *om.* 2*a. b. c.* i) spiritualem 2*a. b. c.* k) *corr.* superseminaverint 1, *et ita* 2*a. b (non* 2*c)*. l) spirituali 2*a. b. c.* m) possitis 2*c*. n) *superscr.* 2*a*. o) *versu ex. in marg. suppl.* 2*c*. p) De — tuis
40 *versu in. in marg. suppl.* 2*a*. q) *in marg. m. al. suppl.* 2*b*. r) *in ras.* 1. s) fr. t. 2*b*. t) de *versu ex. add.* 2*c*. u) dep. est 2*c*.

1) *Jaffé n.* 51 *(p.* 148*); Dümmler n.* 60 *(p.* 323*).*

Epist. 60. *et vos consolabitur, si fideliter ad eum clamaveritis et ieiunium supplicationesque[a] lętaniarum in populis commissis agendas predicaveritis. Nos quoque, licet peccatores existamus[b], precibus nostris et consacerdotum[c] nostrorum, in quantum possumus, adiuvamus.*

De synodo autem congregato[d] apud Francorum provinciam, mediantibus Pippino[e] et Karlomanno[f] excellentissimis filiis nostris, iuxta nostrarum[g] syllabarum commonitionem peragente nostram vicem tua sanctitate, qualiter egisses, cognovimus[h]. Et omnipotenti Deo nostro[i] gratias egimus, qui eorum corda confirmavit, ut in hoc pio opere adiutores existerent, et quia omnia optime et canonice peregisti[k] tam de falsis episcopis et fornicariis et scismaticis quam etiam de reliquis nomine[l] sacerdotibus contra canonum instituta agentibus vel contra catholicam et apostolicam ęcclesiam. De quibus secundum tuam relationem respondemus.

De eo vero quod suggessisti, quia elegerunt unam civitatem omnes Francorum principes pertingentem usque ad[m] paganorum fines et in partes Germanicarum gentium, ubi antea predicasti, quatenus ibi sedem metropolitanam perpetuo tempore habere debeas et inde cęteros episcopos ad viam instrueres rectitudinis, et postmodum tui successores perpetuo iure possideant, hoc quia decreverunt, nos laeti suscepimus, eo quod ex Dei nutu factum est hoc. Quod vero falsi sacerdotes et scismatici hoc impedire conati sunt, eorum vanum agonem Dominus dissipabit[n] et illa faciet stabilita, quae sanctorum patrum statutis videntur concordare. Et quia[o] ipsi principes Francorum tibi etiam in hoc adiutores extiterunt, retribuat illis omnipotens Deus adiutorii[p] huius premium et innumera largiatur bona.

De illo etiam falso episcopo, quem dixisti, quod adulterati clerici et homicidae filius in adulterio natus et absque disciplina nutritus esset, et quod sui similes sacerdotes consecravit, de hoc meminit tua reverenda fraternitas, quod etiam tibi sepe scripsimus, ut nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator sacrum ministerium debeat tractare, sed neque ex penitente[q] quis aut talis, qualem sacri[1] canones prohibent esse sacerdotem. De baptizatis vero ab illis seu ęcclesiis consecratis requirat tua fraternitas, si aut ęcclesias in nomine sanctae trinitatis consecraverunt[r] aut parvulos similiter baptizaverunt,

VII. *Cap.* 7. 1. 2*a. b. c.*

a) (et *m. al. suppl.*) supplicationes 2*c.* b) existimus 2*a, corr.* c) sacerd. 1. d) *ita* 1; congregata 2*a. c; om.* 2*b.* e) Pipino 1. 2*b. c.* f) Karolom. 1. g) sillab. n. 2*b.* h) agnov. 2*a. b. c.* i) *m. al. superscr.* 1. k) *ita* 2*b;* peregistis 1, *corr.;* peregesti 2*a (corr.). c.* l) sac. nom. 2*b, corr.* m) *om.* 2*c.* n) dissipavit 2*c.* o) ipsi quia 2*c, corr.;* tibi *add.* 1 *(?).* p) h. adi. 2*c.* q) penitentie 1. 2*a (corr.).* r) consecraverint — baptizaverint 2*b.*

et tunc consecratio ęcclesiarum et parvulorum baptisma sit rite confirmatum. Epist. 60.

Hoc etiam pariter retulisti, quod illi, qui ante proiecti sunt sacerdotes[a]*, a nobis absolutos esse apud Francorum provinciam divulgentur*[b]*. Quod tua sancta*[c] *fraternitas nullo modo credat, quia inpossibile est, ut*[d]*, si hoc fecissemus, non tuae caritati per nostras indicassemus literas. Inpossibile ergo nullo modo credas, quia non aliud predicamus et*[e] *aliud agimus aut aliud dirigimus, ut illi garriunt; sed, auxiliante Deo, illud quod predicamus*[f] *fine tenus observandum censemus. Hoc autem sanctitatem tuam, firmissime ut*[g] *teneas, hortamur, ut sanctorum patrum institutis et consultis sacrorum canonum omnimodo parere debeas*[h]*.*

Quod obsecrasti, ut Francorum principibus scriberemus, scias a nobis esse gestum; per singula enim eis[i] *scripsimus, ut petisti, ut tibi et*[k] *amici*[l] *sint et adiutores in dominico opere existant.*

De censu vero expetendo, quod impetrare a Francis ad reparandas ęcclesias vel monasteria plus non potuisti, quam ut in[m] *vertente anno ab unoquoque*[n] *coniugio servorum XII denarii reddantur, ex hoc gratias ago Deo, quia hoc potuisti impetrare, — dum enim Dominus donaverit quietem, augentur et luminaria sanctorum, — pro eo, quod nunc tribulatio accidit Sarracenorum*[o]*, Saxonum vel Fresonum, sicut tu ipse nobis*[p] *innotuisti.*

De eis[q] *etiam, qui, postquam depositi sunt pro capitalibus peccatis de gradu sacerdotali, reperiuntur nec clerici esse velle nec monachi sub pęnitentia, sed pergentes ad palatium regis Francorum rogant, ut eis loca tribuat ęcclesiarum vel monasteriorum, ut*[r] *in laica vita viventes dispergant sanctorum*[s] *loca, de his, inquam, quid fieri debeat, Francorum principibus commonitoria direximus scripta.*

In alia quippe tua epistola reperimus contineri omnia, quae contra te egerunt falsi et scismatici episcopi, id est Aldebertus[t] *et Clemens, in qua omnia acta ipsorum*[u] *et impiissimum errorem singillatim indicasti. Nos vero, congregatis episcopis*[v]

VII. *Cap.* 7. 1. 2*a. b. c.*

a) se *add.* 2*a. b. c.* b) divulgarent 2*a. c;* divulgarint 2*b.* c) sanctitas (fr. *om.*) 1; sancta *om.* 2*b.* d) *m. al. superscr.* 1. e) et *om.* 1; et al. ag. *om.* 2*b.* f) *m. al. in marg. suppl.* 1. g) h. ut t. 2*a. b. c.* h) studeas 2*a. b. c.* i) scr. eis 2*b.* k) *ita* 2*a*²*. b. d. e; om.* 1. 2*a. c.* l) sint amici 1. m) *ita* 1. 2*a*²; (in *om.*) anno vert. 2*b*; anno *om.* 2*a. c. d. e.* n) uno coni. s. quoque 2*b, corr.* o) a Sarracenis, Saxonibus vel Fresonibus 2*a. b. c.* p) *om.* 2*b.* q) *versu ex. bis scr., sed eras.* 2*b.* r) ut in l. v. viv. *om.* 2*a. b. c* (*ubi* ut *m. al. superscr.*). s) *ita* 2*(a). e;* l. s. 1. 2*b. c.* t) Aldbertus 1. u) eorum 2*a. b. c.* v) ep. et *om.* 2*a. b. c.*

Epist. 60. *et consacerdotibus*[a] *nostris, eorundem pravorum sceleratissima acta in eorum presentia legi fecimus. Et cum nobis coram concilio lecta fuissent, pio studio omnes eadem scismatica dogmata ipsorum*[b] *et sceleratissimam vitam, quam sibi Aldebertus conscribi fecit, una voce decreverunt, ut igne cremarentur. Sed nos hoc non fieri*[c] *rectum iudicantes, pro eorum perpetua damnatione in scrinio sanctae ȩcclesiae reservari mandavimus; ad haec etiam dignam sententiam contra eorum*[d] *errorem scribi fecimus, cuius exemplar epistolae ad tuam direximus sanctitatem, ut, lecta in provincia Francorum, omnis scismaticus, audiens taliter a sancta et*[e] *apostolica ȩcclesia iudicatum, a sensus sui pravitate resipiscat.*

In tertia vero epistola tua intimasti nobis de alio seductore nomine Gewiliobo[f]*, qui antea falso episcopi honore fungebatur*[g]*, et quia sine consultu ad nos properat. Hic dum advenerit, ut Domino placuerit, fiet.*

Tua autem reverentia, ut, auxiliante Domino, cępit, vice nostra petimus[h] *perficere studeat. Volumus namque omni anno tempore apto in provincia Francorum concilium te cęlebrare, ut, frequentia sacerdotum per instituta sacrorum canonum correcta, illic aliqua*[i] *adversitas nullo modo valeat pullulare, sed magis ȩcclesiae sanctae unitas et disciplina apostolica ubique in illis partibus dilatata existat et non amplius populi per falsos sacerdotes depravati dimergantur in interitum. Dum vero concilium aggregaveris, sic tua fraternitas conflictum habeat cum metropolitanis, ut nullus sine commendaticiis suscipiatur epistolis*[k]*. Pro eadem quippe causa et pro omnibus utilitatibus sanctae ȩcclesiae Francorum principibus direximus literas, ut iam*[d] *prefati sumus.*

De civitate etiam illa, quae nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia, iuxta petitionem Francorum per nostrae auctoritatis preceptum nomini tuo metropolim confirmavimus et tuae sanctitati direximus[l] *eiusdem metropolitanae ȩcclesiae stabilitatem. Deus te incolomem custodiat, reverentissime frater. Data pridie Kal. Novemb., imperante domno*[m] *augusto Constantino anno XXVII. imperii eius, indictione XIIII.*

VII. *Cap.* 7. 1. 2*a. b. c.*

a) consacerdo::::bus *pr. m.* 2*c*; sacerd. 1. b) ipsius et 2*b*; ipsa et *m. al. corr.* ipsam etiam 2*c*. c) r. f. 2*c, corr.* d) *om.* 2*b*. e) et *superscr.* 2*c*; ȩccl. et ap. 2*a, corr.* f) *ita* 2*a*; Gewiliebo 1. 2*b. c*; Geoleobo *Epist.* g) fungebat *pr. m.* 2*c*. h) *in ras.* 1; persicere pet. 2*c*. i) nulla adv. valeat 2*a. b. c.* k) *in ras.* 2*b*. l) *ita* 1. 2*a*[2]; dedimus (dixerimus *versu in. add., sed del.*) 2*a*; dedimus 2*b. c.* m) dño 1.

(8). *REVERENTISSIMO*[1] *BONIFATIO COEPISCOPO ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI.* Epist. 77.

Egregius nos ammonet apostolus Paulus in eo, quod[a] *ait:* Imitatores mei estote, sicut et ego Christi. *Hinc est ergo, quod per*[b] *spiritale caritatis vinculum, etsi corpore absentes, spiritu tamen semper fraternitati tuae sumus presentes et in nostris orationibus memoriam tui agere non desistimus, petentes inmensam domini Dei*[c] *nostri pietatem, ut ad peragendum suum*[d] *te confirmet ministerium, quatenus in die adventus eius illam placabilem merearis proferre*[e] *vocem:* Ecce ego et pueri, quos dedisti mihi! Non perdidi ex eis quemquam, *ut continuo cum cęteris sanctis illa supernae*[f] *vocationis dicta audias:* Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum[g] est ab origine mundi.

Agnoscas igitur, karissime, flagitasse a nobis Pippinum[h] *excellentissimum maiorem domus gentis Francorum per suum hominem nomine Ardobanium, religiosum*[i] *presbiterum, aliquanta capitula de sacerdotali ordine et quae ad salutem animarum*[k] *pertinent, simul etiam et pro illicita copula, qualiter sese debeant custodire iuxta ritum christianae religionis et sacrorum*[l] *canonum instituta, inquisisse. Et quamquam de hoc iam experta sit tua sancta fraternitas, quae a nobis sunt decreta, illius tamen votis aurem accommodantes, in brevi eloquio*[m] *conscripta apostolica documenta dreximus, quae ut*[n] *in sacerdotali collegio pandantur*[o]*, tuam sanctitatem inibi evocari dedimus in mandatis.*

Cumque pro hac re aggregatum fuerit concilium, ad medium deducantur illi sacrilegi et contumaces Aldebertus et Godalsacius et Clemens, ut eorum denuo subtili indagatione cribretur causa. Quos si deviantes a rectitudinis tramite usquequaque repereritis[p]*, et convicti fuerint nolle ad viam rectam converti, ut bonum atque placitum vobis videtur, cum principe provinciae disponite secundum*[q] *canonum sacrorum statuta. Si autem in superbia persistiterint, contumaciter proclamantes, se reos non esse, tunc cum probatissimis et prudentissimis sacerdotibus tribus vel duobus predictos ad nos dirigite viros, ut profunda inquisitione coram sede apostolica eorum inquiratur causa, et iuxta quod*

VII. *Cap.* 8. 1. 2*a. b. c.*

a) *in ras.* 1. b) (per *om.*) spirituale 2*a. b. c.* c) *om.* 2*a.* d) in *add., sed eras.* 2*b.* e) v. pr. 2*a. b. c.* f) super 2*b.* g) p. est *in marg. suppl.* 2*a.* h) Pipinum 2*b. c.* i) pr. rel. 2*b.* k) animae 1. l) statuta sacr. can. (*corr. e* canone 2*a*) 2*a. b. c.* m) eulogio 2*a. b. c.* n) *m. al. superscr.* 2*c.* o) pandatur *(1).* p) repereris 2*b.* q) *superscr.* 2*b.*

1) *Jaffé n.* 63 *(p.* 181*); Dümmler n.* 77 *(p.* 348*).*

Epist. 77. *meruerint, finem suscipiant*[a]. *Age*[b] *itaque, frater dilectissime, in ministerio tibi commisso, ut ab omnipotente Deo premium recipiens aeternam*[c] *vitam consequi merearis. Deus te incolomem custodiat, reverentissime frater.*

Epist. 80. (9). *REVERENTISSIMO*[1] *FRATRI BONIFATIO*[d] *COEPISCOPO ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI.* 5

Sacris liminibus beati apostolorum principis Petri et nostris obtutibus presentatus, presens Burghardus[e], *dilectus nobis episcopus, sanctitatis tuae attulit affatus. Per quorum scripta agnovimus, magnum te habere certamen in predicatione ęuangelii domini Dei nostri et exhortatione sanctae*[f] *fidei, quam per beatum Petrum et vas electionis Paulum cęterosque apostolos traditam suscepimus. Quibus agnitis, omnipotenti Deo inmensas egimus gratias, petentes eius ineffabilem divinitatem, ut multo amplius confirmet atque corroboret cor fraternitatis tuae et sospitem corpore annuat permanere, usque quo eius divinitas te superstitem in hac iusserit esse vita, ad perficiendum ministerium*[g] *tibi impositum et ad portandum lucrum animarum in diem Christi Iesu, ut illam*[h] *merearis audire desiderabilem vocem, quam dicturus est Dominus diligentibus se:* Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum[i] est ab origine mundi. 10 15 20

Erant autem inserta in eisdem tuis affatibus diversa capitula, de quibus iudicium et[k] *consilium atque*[l] *solatium sedis apostolicae tibi dirigi flagitasti*[m].

Primum capitulum pro synodo provinciae, in qua natus et nutritus es, quam et[n] *in gente Anglorum*[o] *et Saxonum in Brittannia insula primi predicatores ab apostolica sede missi Augustinus, Laurentius, Iustus et Honorius, novissime vero tuis temporibus Theodorus, Grecolatinus ante philosophus et Athenis eruditus, Romae ordinatus, pallio sublimatus, ad prefatam Brittanniam transmissus, iudicabat et gubernabat. In illa tale decretum et iudicium demonstratum esse dinoscitur, ut, quicumque sine invocatione*[p] *trinitatis lotus fuisset, sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum est, quia, si mersus in fonte baptismatis quis sine invocatione trinitatis fuerit, perfecte non est baptizatus.* 25 30 35

VII. *Capp.* 8. 9. 1. 2*a. b. c.*

a) accipiant 2*c.* b) Agite 2*c, corr.* c) v. aet. 1. d) *ita h. l.* 1. 2*c*; Bonifacio 2*a. b.* e) *ita* 2*a*; Burchardus *rell.* f) fidei sancte 2*b, corr.*; s. fedis *pr. m.* 2*c.* g) tibi min. 1. h) illa *pr. m.* 1. i) *in marg. suppl.* 2*a.* k) atque 2*b.* l) et 2*b.* m) flagitabas 2*a. b. c.* n) *om.* 2*c.* o) angłorum 2*a, corr.* p) vocat. 2*c.* 40

1) *Jaffé n.* 66 *(p.* 184*)*; *Dümmler n.* 80 *(p.* 356*)*.

Quod autem per quosdam affirmari scripsisti[a], *ut, quamvis sceleratissimus quisque hereticus vel scismaticus aut latro vel fur sive adulter baptismum iuxta regulam a Domino impositam in nomine*[b] *Patris et Filii et*[c] *Spiritus sancti consecraret sicque homini petenti ministraret, tamen Christi esset baptismum ęuangelicis verbis consecratum, et econtra, licet minister iustus fieret*[d] *et trinitatem iuxta regulam a Domino positam in lavacro non dixisset, verum baptisma non esset quod dedit: utrumque fraternitati tuae*[e] *notum est, quid de illis sacrorum canonum series contineat. Quod et tenere te firmiter hortamur; scriptum quippe est, dicente Domino:* Sancti estote, quoniam et ego[f] sanctus sum. *Quod suscepisti, frater, a nostro predecessore*[g] *sanctae recordationis Gregorio, huius apostolicae sedis pontifice, in eo permane. Et ab ęuangelica et apostolica doctrina nullo modo declines; sed, indutus loricam fidei et galeam salutis, viriliter contra nequitias diabolicae fraudis resiste*[h]. *Scriptum namque est:* Ecce! dedi faciem tuam potentem adversus faciem eorum et constantiam tuam confortabo adversus contentiones[i] eorum, et erit fortior petra[k] constantia tua[1].

Epist. 80.

Eos autem, quos reperisse se affata est fraternitas tua pseudosacerdotes[1] *multo maioris numeri quam catholicos, erroneos*[m] *simulatores, qui numquam ab episcopis catholicis fuerunt ordinati, illudentes populo et ministeria ęcclesiae confundentes, sacrilegos*[n], *adulteros, qui, sine episcopo proprio arbitrio viventes, populares defensores habentes contra episcopos, ut sceleratos mores eorum non prohibeant, seorsum populum consentaneum*[o] *congregant et illud erroneum ministerium non in ęcclesia catholica, sed per agrestia loca et per cellas rusticorum, ubi eorum inperita stulticia celari possit, perpetrant nec fidem catholicam paganis*[p] *predicant nec ipsi fidem catholicam habent nec quaerent*[q] *ab eis, quos baptizare student, abrenuntiationem satanae, sed neque signaculo crucis Christi eos*[r] *muniunt, quae precedere debent baptismum, sed nec aliquam credulitatem unius deitatis et sanctae trinitatis docent, — hos itaque ministros satanae et non Christi, ubicumque repereris, karissime frater, aggregato*[s] *provinciali et sacerdotali collegio, a sacerdotio depositos sub regula*

VII. *Cap.* 9. 1. *2a. b. c.*

a) dixisti *2b.* b) sancte trinitatis *add.* *2b.* c) (et *om.*) sancti Sp. (*corr.* Sp. s.) *2c.* d) *superscr.* vel existeret *2b.* e) *om.* *2b.* f) sū (?) *add., sed eras.* 1. g) precessore *2a, b. c.* h) resistas *2b.* i) contentionem *2b.* k) constancia petra *2c, corr.* l) speudos. *pr. m.* *2a*; psedos. *2c, corr.* m) *ita* 1. 3; err. sim. *om.* *2a. b. c.* n) *ita* 1. 3; sacr. adult. *om.* *2a. b. c.* o) congr. cons. *2b, corr.* p) pag. — quaerunt *in ras.* *2a.* q) qu(a)erunt *2a. b. c.* r) *superscr.* *2b.* s) congregato *2b. c.*

1) *Partem epistulae* Pro sacrilegis — gratia divina *Otloh omisit.*

Epist. 80. *monachica et pęnitentia summissos vitam finire decernas, ut, carne afflicti, quandoque ad viam redeant salutis; si vero non fuerint conversi, tuae predicationis merces non peribit. Confortare ergo in lege et in ęuangelio Christi et predicatione catholicae fidei, quia ipsa*[a] *glorificabit te. Tribulatio enim corporis nostri temporalis est et finem habet; merces autem, quae pro hac tribulatione a Deo preparatur, sempiterna est. Ideoque conferamus mortem Iesu in corpore nostro, ut*[b] *et vita Iesu in corpore nostro manifesta fiat, sicut per eius divinam edocti*[a] *sumus doctrinam:* Beati, qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. *Conforta etiam*[c] *dilectissimos nobis orthodoxos*[d] *episcopos et sacerdotes*[e] *atque levitas cęterosque clericos religiosos, abbates et monachos pariterque gloriosissimos duces cunctosque optimates Francorum, ut nobis sint adiutores contra adversarios orthodoxae fidei omnesque hereticos et scismaticos, quatenus et ipsi de fructu boni operis gaudere mereantur in caelestibus regnis.*

Scripsit quoque inter cętera reverenda fraternitas tua, reperisse te quendam presbiterum genere Scottum nomine[f] *Samson, errantem*[g] *a via veritatis dicentemque, sine mystica invocatione aut lavacro regenerationis posse fieri catholicum christianum per episcopalis manus impositionem. Hic autem, qui hoc dicit, vacuus est Spiritu sancto et alienus a gratia Christi consortioque sacerdotali abiciendus. Quis enim, nisi baptizetur iuxta preceptum Domini in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti et sic per manus impositionem consecretur*[h]*, potest esse catholicus? Hunc nequissimum virum talia predicantem ab ęcclesia sancta*[i] *condemnatum expelle.*

Illos autem viros, qui ab hereticis baptizati sunt, et dubietas[k] *tenet, quod in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti non*[h] *sint baptizati, inquisita rei veritate, si ab erroneis*[l] *sacerdotibus baptizati sunt, hos sine dubio iuxta predecessoris nostri beatae*[m] *memoriae Gregorii papae et sacrorum canonum traditum tibi mandatum baptizari permittas, ne in aeternum pereant, sed potius ęuangelica consecratione salventur.*

Intuiti autem[n] *sumus et volumen*[o] *a te directum universis episcopis*[p]*, presbiteris cęterisque religiosis de unitate fidei*

VII. *Cap.* 9. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) *m. al. superscr.* 2*c*. b) ut — nostro *in marg. suppl.* 2*a*. c) enim 2*a*, *corr*. d) orthodoxus 2*a*, *corr*. e) sacerdotal:: 2*a*, *corr*. f) *superscr.* 2*a*. g) certantem 2*a*, *corr*. h) *om.* 2*a*. *b*. *c*. i) *om.* 2*b*. k) nescitur an *pro* d. t. quod 2*a*. *b*. *c*. l) hereticis 2*a*. *b*. *c*. m) beati (m. *om.*) 1. n) tamen 1, *corr*. o) volumus 2*a*. *c*. *e* (*non* 2*b*. *d*). p) et *add.* 2*b*.

catholicae scriptum. Quod *valde nobis acceptabile esse cognoscas, quoniam per*[a] *Spiritus sancti gratiam in te diffusam hoc operari*[b] *studuisti.* *Epist.* 80.

Inter cętera *sanctitatis tuae scripta petisti, ut sacerdos a nobis dirigatur in* partes *Franciae et Galliae.* Quod implere omittimus, quia, *dum Deo propitio tua sanctitas superstes existit, qui sedis apostolicae et nostram illic presentas vicem, alium* illuc *dirigere necessarium non est.*

Quos autem repereris, amantissime frater, habentes sanae *doctrinae scientiam* vitaeque[c] puritatem, *hos mittere stude, in quibus previderis locis ad predicandum verbum salutis.*

Concilia vero, aggregatis episcopis provincialibus, ubi tibi rectum videtur, cęlebrari[d] *procura, et quos deviantes inveneris, confunde facies eorum ignominia, ut sint coram omnibus sine honore.*

Suscepimus et cartam de *vera et* catholica fide *conscriptam, quam cum*[e] *dilectissimis nobis episcopis partis Francorum tua direxit reverenda fraternitas.* Hanc itaque *reserantes, nimio gaudio sumus repleti* innumerabilesque gratias agimus[f] *Deo omnipotenti, quia unanimitatem eorum ad societatem nostram revocare dignatus est. Nostra autem vice, karissime, omnes in osculo pacis Christi*[g] *saluta.*

Intimatum est etiam *a tua*[h] *sanctitate, quod Virgilius ille, — nescimus, si dicatur presbiter, — malignatus adversum te, eo quod* arguebatur *a te* erroneus *esse a catholica doctrina, seminaret*[i] *odium inter te et* Otilonem[k] *ducem Bagoariorum*[l], dicens, *quod a nobis* acciperet[m] licentiam, *ut unius defuncti ex quatuor illis episcopis, quos tua illic*[n] *ordinavit fraternitas, diocesim* obtineret. *Quod nequaquam verum est, quia mentita est iniquitas sibi. De perversa autem doctrina,* quam *contra Deum et animam suam locutus est, quod* scilicet *alius mundus et alii homines sub terra sint* aliusque *sol et luna, si* convictus *fuerit ita confiteri, hunc,* accito *concilio, ab ęcclesia pelle*[o], *sacerdotii honore privatum.* Sed et[p] *nos, scribentes predicto duci, evocatorias* de *prenominato Virgilio mittimus literas, ut, nobis presentatus et subtili indagatione requisitus, si erroneus fuerit inventus, canonicis* decretis *condemnetur. Qui enim seminant dolores, metunt eos.*

VII. *Cap.* 9. 1. 2*a. b. c.*

a) *superscr.* 2*a.* b) *corr.* operare 2*b.* c) que *superscr.* 2*b.* d) celebrare 2*c.* e) dil. cum 2*b*, *corr.* f) egimus 2*b.* g) v *superscr.* 2*c.* h) s. tua 2*a. b. c.* i) seminarit 2*b.* k) *ita h. l.* 1 *cum Epist.;* Ótilonem 2*a. b. c.* l) Baioar. 2*a. b.* m) acciperit *corr.* acceperit 2*b.* n) ord. illic 1. o) compelle 2*b.* p) *versu ex. postea suppl.* 1.

Epist. 80. *Pro Sydonio*[a] *autem supradicto et Virgilio presbiteris quod scripsit sanctitas tua, agnovimus. Et illis quidem, ut condecebat*[b]*, comminando scripsimus; tuae autem fraternitati credulitas plus quam ipsis*[c] *admittetur. Si autem, vita comitante*[d]*, Deo placuerit, sedi*[e] *apostolicae eos missis literis, ut prelatum*[f] *est, evocabimus. Docuisti enim eos, et non susceperunt, et factum est in*[g] *illis, sicut scriptum est in libro Sapientiae:* Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testa harenam. *Non ergo ad iracundiam provocetur cor tuum, frater; sed in patientia, ubi tales repereris, ammone, obsecra, increpa, ut convertantur ab errore ad viam veritatis. Et si conversi fuerint, salvasti animas eorum; si vero in malicia permanserint, mercedem*[h] *laboris*[i] *tui non perdes.*

Alia denique scripta fraternitatis tuae continebant, quod iam olim de Agrippina[k] *civitate scripsisti, quia Franci non perseveraverint in verbo, quod promiserunt, et nunc*[l] *moratur tua*[m] *fraternitas in civitate Mogontia*[n]*. Petisti etiam, ut cum nostro consultu, superveniente tibi senectute atque inbecillitate corporis, si invenire potueris idoneum virum ad sedem pontificalem, in qua prees, pro te valeas collocare. Pro qua petitione nos adiutore Deo consilium damus tuae sanctitati, ut sedem sanctae ęcclesiae Mogontiacensis*[o]*, quam pro salute animarum accepisti, nequaquam relinquas, ut impleas illud dominicum preceptum:* Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. *Si vero Dominus dederit iuxta tuam petitionem hominem perfectum, qui possit curam animarum habere, illum ordinabis pro te episcopum, eritque in ęuangelio tibi credito ad ministerium Christi portandum in omni loco requirens et confortans ęcclesiam Dei. Oramus itaque dominum et redemptorem nostrum, ut sacris interventionibus sanctae suae genitricis semper virginis Mariae et beatorum apostolorum Petri et Pauli orantem pro nobis sanctitatem tuam sospitem conservare dignetur.*

Data Kal. Maii[p]*, imperante piissimo augusto Constantino anno XXVIIII. imperii eius, indictione I.*

VII. *Cap.* 9. 1. 2*a. b. c.*

a) *ita* 2*a. d;* Sidonio 2*b;* sido *versu ex.* 2*e;* synodo 1 *(corr.).* 2*c.* b) decebat 2*a. b. c.* c) illis 2*b.* d) comitando *corr.* comitante dō 2*a.* e) sedis 2*c.* f) *m. al. corr.* prelibatum 2*c.* g) *superscr.* 2*a.* h) mercedes 2*b, corr.;* mer(cedem *m. al. in ras.*) 2*c.* i) tui 1. 2*c.* k) Agripina 2*a. c.* l) n̄ 1. m) fr. tua 2*a. b. c.* n) Mogoncia 2*a.* o) *ita* 1. 2*b*; Mogoncianensis *corr.* Mogonciacensis 2*a, et ita* 2*c.* p) Mai 1. 2*a.*

(10).[a] *REVERENTISSIMO*[b, 1] *FRATRI BONIFACIO ZACHARIAS.*

Epist. 57.

Legimus in libro actuum apostolorum, Spiritum sanctum apostolis precepisse: Separate mihi Barnaban[c] et Paulum in opus[d], quod assumpsi eos. *Horum*[e] *et beati principis apostolorum Petri inluminatam doctrinis ex inspiratione divina tuam sanctitatem in partes Germaniae credimus destinatam, ut*[d] *instar eorum idem Spiritus*[f] *sanctus in eodem opere te assumpserit ad inluminationem gentium. Unde nimis*[g] *exultamus in Deo*[h] *et eius pietati*[i] *inmensas referimus laudes. Dum vero et series literarum tuarum nobis panderetur per singula, multo*[k] *amplius laetati sumus in Domino, qui tibi suam gratiam ita largiri dignatus est, ut durae*[l] *gentis corda linires*[m] *et obedientiam sacrae fidei inclinares.*

Indicasti etenim[n] *nobis, quomodo tetigisset Deus corda excellentissimorum filiorum nostrorum Pippini*[o] *et Karlomanni, ut tibi in predicatione adiutores*[p] *esse niterentur, quorum merces copiosa manet in caelis.*

De episcopis vero metropolitanis[q], *id est Grimone, quem nos iam compertum habemus, Abel quoque et Hartberto*[r], *quos per unamquamque metropolim constituisti, hos per tuum testimonium confirmamus et pallia ad eorum firmissimam stabilitatem, ut in meliori proficiant statu, transmittimus. Qualiter autem mos pallii sit, vel quomodo fidem suam exponere debeant hi, qui pallio uti conceduntur, literis directis docuimus, informantes eos, ut sciant, quid*[s] *sit pallii usus, et qualiter debeant subiectis viam*[t] *predicare salutis, et ęcclesiastica disciplina in eorum ęcclesiis inconcussa maneat et sacerdotium, quod in eis est, non pollutum, ut antea fuit, sed mundum et acceptum Deo esse possit.*

Retulisti etiam nobis, karissime frater, quod duos pseudoprophetas in Francorum provincia repperisses, quos non pseudoprophetas, sed magis[u] *pseudochristianos appellare debemus, ex quibus unum quidem*[v] *novum Simonem*[w] *iuxta tenorem tuarum*[x] *literarum repperimus. Qui sibi et sacerdotium vendicabat*

VII. *Cap.* 10. 1. 3.

a) *c.* 10. *habent* 1. 3; *om. rell.* b) reverendissimo 3. c) Barnabam 3. d) ad *add.* 3. e) Hoc 3. f) sanctus Sp. 1. g) exult. n. 1. h) Domino 3. i) petitioni 3. k) multa 1, *corr.* l) dura 3. m) lenires 3. n) etiam 3. o) Pipini 3. p) auditores 3. q) constituisti *add.* 3. r) Harteberto 3. s) quis 3. t) pr. viam 3. u) *m. coaeva in marg. suppl.* 1. v) n. qu. 3. w) Symonem 1. x) lit. t. 3.

1) *Jaffé n.* 48 *(p.* 131*); Dümmler n.* 57 *(p.* 313*).*

Epist. 57. *et a luxuria se minime continebat seduxitque populum per varias falsitates, ita ut cruces statuens in campis et oratoriola, illuc faciat populum concurrere publicasque ęcclesias relinquere; quique sanctitatis nomine se vocari censuit et in suo nomine ęcclesias consecravit, affirmans se angelorum nomina scire, quae in tuis literis nobis conscripta direxisti, quae nomina nos non angelorum, sed demoniorum affirmamus. Alium vero ita luxuriae deditum intimasti, ut concubinam haberet et duos ex ea filios procrearet et tamen sacerdotium sibimet vendicaret, affirmans, hoc iustum esse iuxta traditionem veteris testamenti, ut defuncti fratris superstes frater ducat uxorem, et quia Christus resurgens ab inferis nullum ibi reliquisset, sed omnes inde abstraxisset. Quae omnia detestabilia et scelesta iudicamus. Bene autem tua sancta fraternitas iuxta ęcclesiasticam regulam eos damnavit et in custodiam misit optimeque vocavit antichristi ministros et precursores.*

De cetero decerta, karissime, et viriliter age et pervigil permane in ministerio Christi, ut amplius sanctae ęcclesiae grex augeatur et tibi[a] premium aeternae retributionis crescat copiosum.

Epist. 58. (11).[b] *REVERENTISSIMO[1] FRATRI BONIFACIO ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI.*

Suscipientes sanctae fraternitatis tuae literas per presentem gerulum et relegentes quae in eis continebantur, in extasi[c] quadam incidimus et ammiratione magna, eo quod nimis dissonare videntur ab eis literis, quae a tua directae sunt fraternitate per elapsum Augustum mensem, ubi nobis indicasti, quod concilium, adiuvante Deo et Karlomanno consensum prebente, factum est, et qualiter falsos sacerdotes, qui divinum non erant digni attrectare[d] ministerium, a sacro munere suspendisti, et quia tres archiepiscopos per singulas metropolim[e] ordinasses, reserasti, id est[f] Grimonem in civitate quae dicitur Rodoma, secundum vero[a] in civitate quae dicitur Remoram[g], tertium Hartbertum in civitate quae dicitur Sennis, qui et apud nos fuit et tua nobis pariter et Karlomanni atque Pippini[h] detulit scripta, per quae suggessistis, ut tria pallia tribus prenominatis metropolitanis

VII. *Capp.* 10. 11. 1. 3.

a) *om.* 3. b) *c.* 11. *habent* 1. 3, *om. rell.* c) extasin quandam inc. et admirationem magnam 3. d) attractare 1. e) metropolium 3. f) res. idem Gr. 3. g) *ita* 1. 3 *cum cod. epist. Carlsruh.* h) Pipini 3.

1) *Jaffé n.* 49 *(p.* 134*)*; *Dümmler n.* 58 *(p.* 315*)*.

dirigeremus; quod et fecimus pro adunatione et reformatione Epist. 58.
ęcclesiarum Christi. Nunc autem denuo tuas suscipientes literas valde sumus, ut diximus, mirati, eo quod antea nobis ex peticione predictorum principum pro tribus palliis suggessisti 5 *et postea pro solo Grimone. Sed volumus, ut tua*[a] *nobis indicet fraternitas, cur tantae rei facta sit permutacio.*

Repperimus etiam in literis tuis, quae nimis animos nostros conturbaverunt, quod talia a[b] *te nobis referantur, quasi nos corruptores simus canonum et patrum rescindere tradiciones stu-* 10 *deamus ac per hoc, quod absit, cum nostris clericis in symoniacam heresim incidamus, expetentes et accipientes ab illis premia, quibus tribuimus pallia. Sed hortamur, karissime frater, ut nobis deinceps tale aliquid minime scribas, quia fastidiosum et iniuriosum nobis videtur, dum illud*[c] *nobis ingeritur, quod nos omni-* 15 *modo*[d] *detestamur. Absit enim a nobis et a nostris clericis, ut donum, quod per Spiritus sancti gratiam suscepimus, precio venundemus, quia illa tria pallia, pro quibus, te suggerente, ut prediximus, flagitati sumus, nullum expetentes*[e] *commodum, tradidimus. Insuper et cartas, quae*[f] *secundum morem a* 20 *nostro scrinio pro confirmatione*[g] *et doctrina tribuuntur, de nostro concessimus, nihil pro*[g] *eis accipientes.*

Suggessisti etiam nobis per alia scripta tua, quod in Bagoaria unum repperisses falsum sacerdotem, qui affirmabat, se a nobis ordinatum esse episcopum. Sed tua fraternitas optime 25 *egit, dum ea non credens, quae falso retulit, sacerdotio illum privasti. Sic etenim auctoritate beati Petri apostoli precipimus, ut, quemcumque reppereris sacris canonibus deviare, nulla ratione paciaris sacrum ministerium tractare.*

Et quia sciscitatus es, si deberes in Bagoariae provincia 30 *ius habere predicationis, quam a decessore nostro habuisti concessam, nos quoque, auxiliante Deo, omnia, quae tibi largitus est decessor et*[h] *prodecessor noster, non minuimus, sed augemus. Nam non solum Bagoariam, sed etiam omnem Galliarum provinciam, donec te divina iusserit superesse maiestas, nostra vice* 35 *per predicationem tibi iniungimus, ut quae reppereris contra christianam religionem vel canonum instituta ibidem detineri, ad normam rectitudinis studeas reformare.*

VII. *Cap.* 11. 1. 3.

a) *ita* 1; n. ind. tua 3; n. tua i. *Epist.* b) nobis a te 3. c) *om.* 3. d) omnino 40 det. 3. e) expetientes 1; quispiam — expetiit *Epist.* f) quas 3. g) confirmatione — nihil pro *om.* 3. h) et pr. *om.* 3.

Epist. 86. (12). *REVERENTISSIMO*[1] *PATRI ET DILECTISSIMO DOMNO*[a] *CUM TIMORE ET HONORE VENERANDO, APOSTOLICAE SEDIS INFULA SUBLIMATO ZACHARIAE BONIFATIUS, EXIGUUS SERVUS VESTER, LICET INDIGNUS ET ULTIMUS, TAMEN*[b] *LEGATUS GERMANICUS DEVOTISSIMUS, OPTABILEM IN CHRISTO INMARCESCIBILIS CARITATIS SALUTEM.*

Paternae pietatis vestrae sanctitatem subnixis precibus obsecro, ut hunc presbiterum meum, portitorem literarum presentium nomine Lul grato animo clementer[c] *suscipiatis. Habet enim secreta quaedam mea, quae soli pietati vestrae profiteri debet, quaedam quidem viva voce dicens*[d]*, quaedam vero per*[e] *literas ostendens. De quibusdam namque necessitatibus meis inquirere et interrogare mihique paternitatis vestrae responsum et consilium ex*[f] *auctoritate sancti Petri apostoli ad solatium senectutis representare*[g] *debet, ut, his omnibus auditis et consideratis, si quae*[h] *sint quae vobis placeant*[i] *facta, Deo auxiliante, studeam, si quid autem, ut timendum est, displiceat, ex precepto sancti apostolatus vestri vel indulgentiam merear vel dignam pęnitentiam persolvam.*

Antecessor etenim predecessoris vestri venerandae memoriae Gregorius, dum me indignum ordinavit et ad predicandum verbum fidei Germanicis gentibus misit, sacramento me constrinxit, ut canonicis et iustis episcopis ac presbiteris in verbo, in facto, in consensu astipulator et adiutor fierem, quod cum divina gratia implere studui; falsos autem sacerdotes, ypochritas et seductores populorum vel corrigerem ad viam salutis vel declinarem et abstinerem a communione ipsorum[k]*, quod ex parte servavi et alicubi implere non potui. Spiritaliter*[l] *implevi sacramentum, quia in consensum et consilium illorum non venit anima mea. Corporaliter*[m] *autem ab eis omnino abstinere non potui*[m]*, dum veniens ad principem Francorum, cogente ęcclesiarum necessitate, tales ibi reperissem, quales nolui*[n]*; sed tamen in sancta communione corporis Christi illis non*[o] *communicavi.*

Precepit quoque mihi prefatus apostolicus pontifex, ut populorum, quoscumque visitassem, conversationem et mores apostolico presuli indicassem[p]*; quod in Domino confido me fecisse.*

VII. *Cap.* 12. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) dn̄o 2*b*. b) t. l. G. dev. *in marg. suppl.* 2*a*. c) *om.* 2*c*. d) *om.* 2*b*. e) *m. al. suppl.* 2*c*. f) *superscr.* 2*a*. g) reportare 2*b*. h) qua 2*b*. i) & *add.*, *sed eras.* 2*a*. k) eorum 2*c*. l) Spiritualiter 2*a*. *b*. *c*. m) Corporaliter — potui *om.* 2*a*. *b*. *c*. n) noui 2*c*. o) *versu ex. m. al. suppl.* 2*c*. p) indicarem 2*b*.

1) *Jaffé n.* 79 *(p.* 218*)*; *Dümmler n.* 86 *(p.* 367*)*.

De eo autem, quod iam preterito tempore de archiepiscopis et de[a] *palliis a Romana ęcclesia petendis iuxta promissa Francorum sanctitati vestrae notum feci, indulgentiam a*[b] *vobis flagito, quia quod promiserunt tardantes non impleverunt, et adhuc differtur*[c] *et, quid*[d] *inde perficere voluerint*[e], *ignoratur; sed*[f] *mea voluntate impleta esset promissio*[f]. Epist. 86.

Est preterea locus silvaticus in heremo vastissimae solitudinis in medio nationum predicationis nostrae, in quo monasterium construentes monachos constituimus, sub regula sancti patris Benedicti viventes, viros strictae abstinentiae, absque carne et vino et servis proprio manuum suarum labore contentos. Hunc[g] *locum supradictum*[a] *per viros religiosos*[h] *et Deum timentes maximeque*[i] *Karlomannum*[k] *quondam*[a] *principem Francorum iusto labore acquisivi et in honore sancti Salvatoris dedicavi. In quo loco cum consensu pietatis vestrae proposui aliquantulum vel paucis diebus fessum senectute corpus requiescendo recuperare et post mortem iacere. Quatuor etenim*[l] *populi, quibus verbum Christi*[m] *per gratiam Dei*[n] *diximus*[o], *in circuitu loci huius habitare noscuntur, quibus cum vestra intercessione, quamdiu vivo vel sapio, utilis esse possum. Cupio quippe vestris orationibus, comitante*[p] *gratia Dei, in familiaritate Romanae ęcclesiae et vestro servitio inter Germanicas gentes, ad quas missus fui*[q], *perseverare et*[r] *precepto vestro obedire, sicut scriptum est:* Iudicium patris audite, filii dilecti, et sic facite, ut salvi sitis, *et*[s] *alibi:* Qui honorat patrem suum, vita vivit longiore[s], *et iterum:* Honora patrem tuum, ut superveniat[t] tibi benedictio a Domino, *et*[u]*:* Benedictio patris confirmat domos filiorum[u].

(13). *REVERENTISSIMO*[1] *FRATRI ET COEPISCOPO BONIFATIO ZACHARIAS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.* Epist. 87.

Benedictus Deus et pater domini nostri Iesu Christi, qui dispersa congregat et congregata conservat augetque fidem et fiduciam servis suis ad predicandum ęuangelium domini nostri Iesu[v] *Christi cum eodem Patre et Spiritu sancto in*[w] *unitate viventis*

VII. *Capp.* 12. 13. 1. 2*a. b. c.*

a) *om.* 2*a. b. c.* b) a vobis *om.* 2*b.* c) differunt 2*b.* d) qđ (*i. e.* quod) 2*a, corr.* e) velint 2*b.* f) sed — promissio *om.* 2*a. b. c.* g) *ita* 1. 2*e; ergo add.* 2*a. b;* H. igitur l. (*corr. e* l. ig. 2*c*) 2*c. d.* h) gloriosos 2*b.* i) per *add.* 2*a. b. c.* k) Karlomanum 2*c.* l) enim 2*a. b. c.* m) Chr. per gr. *om.* 2*a. b. c.* n) Christi 1. o) predicavimus 2*a. b. c.* p) orat. intercedentibus pariterque opitulante gratia 2*a. b. c.* q) sum 2*b.* r) ac 2*a. b. c.* s) et — longiore *om.* 2*a. b. c.* t) veniat 2*a. b. c* (*m. al. in ras.*). u) et — filiorum *om.* 2*a. b. c.* v) I. Chr. *om.* 2*a. b. c.* w) in un. *om.* 2*a. b. c.*

1) *Jaffé n.* 80 *(p.* 220*); Dümmler n.* 87 *(p.* 369*).*

Epist. 87. *in secula seculorum. Ipse enim dixit:* Qui credit in me, vita vivet et non morietur, quoniam[a] ego sum via, vita[b] et veritas. *Laudamus*[c] *igitur et superexaltamus sanctum*[d] *nomen eius laeti, quod per sanctae fraternitatis tuae literas allatas superstitem in hac vita et in Domino te valere cognoscimus, petentes inmensam Dei nostri pietatem, ut ad predicandum ęuangelii atque sanctae fidei sacramentum te longevum conservet suaque protectione a cunctis adversantium insidiis te custodiat.*

Suggessit itaque fraternitas tua in suis apicibus, quod predecessor noster beatae memoriae Gregorius, huius apostolicae sedis presul, dum ad predicandum te misisset in Germaniae partes, verbo pollicitationis[e] *ab eo constrictus fuisses*[f]*, ut orthodoxos episcopos ac presbiteros vel, quosque reperire potuisses*[f]*, in verbo recte*[g] *exhortationis confirmares et communicares*[h] *eis; si quos vero seductores episcopos aut pseudopresbiteros vel quosque a recto*[i] *fidei tramite deviantes reperisses, nulla tibi cum eis esset communio. Quod te, Deo auxiliante, usque in presens spiritaliter*[k] *servasse confessus es; si autem, cogente aliqua necessitate, ad principes gentis Francorum accedens corporaliter ab eis abstinere non valuisses, tamen in eorum consilio et consensu communionis*[l] *anima tua non fuerit coinquinata. Propter hoc ergo, quod cum eis conversatus es, non consentiens iniquitati eorum, nullum tibi est detrimentum coram Deo. Te enim predicante, si obedirent, salvi essent; si autem in iniquitate sua permanent, ipsi peribunt, tu autem iuxta prophetae dictum salvasti animam tuam.*

Quod de Francorum principibus scripsisti, quia in constitutione episcoporum, quibus pallia misimus, promissionem suam[m] *nondum*[n] *impleverunt, illis magis quam tibi imputandum est. Si enim impleverint verbum suum, habebunt ex eo laudem; si vero*[o] *aliter egerint, ipsi videant. Nos tamen, quod, divina gratia*[p] *largiente, gratis accepimus, gratis dedimus. Tua enim*[q] *bona voluntas mercede non privabitur.*

Petisti et hoc, ut monasterium[r] *in vastissima solitudine et in medio gentium quibus predicas constitutum atque in honore Salvatoris nostri dedicatum, ubi et monachos*[s] *sub regula sancti Benedicti degere*[t] *fecisti, nomini tuo privilegio sedis aposto-*

VII. *Cap.* 13. 1, 2*a. b. c.*

a) quia 1. b) ver. et vita 2*a. b. c.* c) Laudemus ig. et superexaltemus 2*c.* d) n. s. 2*b.* e) *in ras.* 1. f) es *m. al. in litura* 1. g) *om.* 2*a. b. c.* h) cum *add.* 2*b.* i) recte 1. k) spiritualiter 2*a. b. c.* l) *m. al. superscr.* 1. m) tuam 2*b. c.* n) non 2*b.* o) autem 2*b.* p) l. gr. 2*b.* q) etiam 2*a. b. c.* r) quod *add.* 2*c.* s) monachus 2*a, corr.* t) *m. al. in ras.* 2*b.*

licae munire deberemus. Ideoque votis tuis acquiescentes, desiderium et petitionem tuam implemus. Congruit enim, divini ministerii predicatorem optimumque ministrum ad desiderata pertingere et inchoatum opus bonum usque in finem perducere. Epist. 87.

Preterea predictus gerulus tuus Lul cum cęteris suis comitibus, quae iniuncta fuerant[a] *a tua sanctitate tam verbo quamque*[b] *scripto, omnia innotuerunt. De quibus responsum dantes tuae rescribere studuimus fraternitati. Continebatur enim in pittatio*[c] *ab eis porrecto, quia*[d] *flagitasses tibi innotescere, quae recipienda vel quae respuenda sint:*

Inprimis de volatilibus, id est graculis et corniculis atque ciconiis; quae omnino cavendae sunt ab esu christianorum. Equi etiam silvatici multo amplius vitandi. De his igitur omnibus, sanctissime frater, ex sacra scriptura satis instrui poteris.

De igne autem paschali quod inquisisti, ita statutum est a sanctis patribus, postquam precioso sanguine domini nostri Iesu Christi ęcclesia eius dedicata est, ut quinta feria paschae, quando sacrum crisma consecratur, tres lampades magnae capacitatis ex diversarum ęcclesiae lampadum[e] *oleo collectae et in secretiori loco ęcclesiae constitutae cum multa*[f] *diligentia ardeant, ita ut oleum ipsum sufficere possit usque ad tertium diem, id est ad sabbatum. Tunc pro sacri baptismatis fonte sumptus ignis lampadum renovetur. De igne vero, qui*[g] *ex cristallis sumitur, ut asseruisti, nullam habemus traditionem.*

De his etiam qui regio morbo vexantur inquisisti, sive homines sive equi sint, quid faciendum sit[h] *de illis. Si ergo homines ex nativitate aut genere huius morbi sunt, extra civitatem conversari debent; elemosinam vero accipere a populo illis licet. Si autem contigerit, magnum vel parvum quemquam non a nativitate, sed superveniente aegritudine vexari, non est proiciendus, sed, si*[i] *possibile est, curandus. Attamen dum ad communionem venerit in ęcclesiam, post omnes accedere debet ad participandum*[k] *sacri muneris mysterium. Equi vero, qui prefato morbo fuerint coinquinati, si curari non valuerint, in puteos et foveas proiciendi sunt, ne eiusdem contagione cęteri coinquinentur. Animalia autem, quae a*[l] *furentibus*

VII. *Cap.* 13. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) erant 2*c*. b) que *om*. 2*a*. *b*. *c*. c) *ita (corr. e* putatio 2*a*) 2*a*. *b*; pittacio 2*c*; putacio *corr*. pitacio 1. d) nos *add*. 2*a*. *b*. *c*. e) lampadarum 2*b*. f) magna 2*a*. *b*. *c*. g) *om*. 2*c*. h) de i. sit 1. i) *m*. *al*. *superscr*. 2*a*. k) percipiendum 2*a*. *b*. *c*. l) *m*. *al*. *superscr*. 2*c*.

Epist. 87. *v e l rabidis*[a] *lupis et canibus fuerint lacerat a, oportet ea a cęteris separari, ne furentes et mordentes cętera coinquinen t.*

Inquisivit et hoc fraternitas tua, si liceat, sanctimoniales feminas, quemadmodum viri f a c i u n t, sibi pedes abluere tam in cęna Domini quam in aliis[b] *diebus. Hoc dominicum preceptum est*[c]*, quod qui per fidem impleverit, habebit ex eo laudem. Etenim viri et mulieres*[d] *unum Dominum*[e] *habemus, qui in caelis est.*

Pro benedictionibus autem[f]*, quas faciunt Galli, ut nosti, frater, multis vitiis variantur. Nam non ex apostolica traditione hoc faciunt, sed per vanam gloriam, adhibentes sibi damnationem, q u i a scriptum est:* Si quis vobis ęuangelizaverit preter id, quod ęuangelizatum est, anathema sit. *Regulam i t a q u e catholicae traditionis, q u a m a sancta Romana ęcclesia, cui Deo auctore deservi o, accepisti, omnibus predica.*

Inquisisti etiam, si ante XXX. annum liceat sacerdotem ordinare. Bonum et congruum est, karissime, si fieri potest, ut provectae aetatis et boni testimonii viri iuxta sacrorum canonum instituta ordinentur sacerdotes. Si autem minime[g] *reperiuntur et necessitas exposcit, a XXV*[h] *ann i s et supra levitae et sacerdotes ordin e ntur, quemadmodum in lege Domini continetur.*

Milon i autem et[i] *eius similibus, qui ęcclesiis Dei plurimum nocent, ut a nefario opere recedant, iuxta apostoli vocem oportune inportune predica. Si acquieverint ammonitionibus tuis, salvabunt animas suas; si vero n o n o b e d i e n t, ipsi peribunt obvoluti peccatis suis, tu autem, qui recte predicas, non perdes mercedem tuam.*

Hoc s i m u l inquisisti, post quantum temporis debe a t lardus comedi. L i c e t pro hoc a[k] *patribus institutum nobis*[l] *non s i t, tibi t a m e n petenti consilium prebemus, quod non oporteat eum mandi, priusquam d e super fumo siccetur aut igne coquatur; si vero libet, ut incoctum*[m] *manducetur, post paschalem festivitatem erit manducandus.*

Episcopus autem condemnatus, de quo inquisisti, qui pugnator et fornicator existit atque res ęcclesiae post degradationem sibi vendicare nititur, hic omnino respuendus est. Quae enim portio infideli[n] *cum fidele, aut quae communio Christo et*[o] *Belial?*

De ordinatione etiam presbiterorum et diaconorum, qu i, cogente necessitate et paupertate rogantium, non legitimis tempo-

VII. *Cap.* **13. 1.** *2a. b. c.*

a) rapidis 1, *corr.* b) cę(e)teris *2a. b. c.* c) *om.* 1. d) femine *2c.* e) Deum h. *2c*; h. Dominum *2b.* f) quas aut *(sic) corr.* aut quas *2c.* g) me *in litura 2a.* h) XXV anno *2b.* i) eiusque *2a. b. c.* k) a p. *om. 2b.* l) non sit nobis *2b, corr.* m) incoctus *2a. b. c.* n) fideli cum infidele *2b.* o) ad *2c cum Vulg. (2. Cor. 6, 15).*

ribus ad te pervenerunt, si aliquam[a] *haberes ex hoc offensionem, inquisisti. Bene autem nosti, frater, quod sacri canones docent, aptis temporibus sacerdotes ordinandos; attamen in eo, quod a te pro*[b] *intentione bona actum est, a domino Deo nostro indulgentiam postulamus.* Epist. 87.

De censu etiam ęcclesiarum quid agendum sit, tibi dicimus[c]*. Nullam itaque hesitationem habeas, solidum de casa suscipe*[d]*, quia ex eo poteris elemosinam tribuere et opus perficere sanctarum ęcclesiarum iuxta canonum*[e] *instituta.*

Si quos vero presbiteros, qui de laicis promoti fuerunt[f] *et antea capitalibus vitiis involuti*[g]*, sed celantes ea ordinati sunt, postmodum autem manifestata sunt*[h]*, hos a sacerdotali habitu privatos pęnitentiae summitte. Non enim odit Deus peccantem et confitentem, sed peccantem et negantem.*

Hoc etiam inquisisti a nobis, si liceat persecutionem paganorum fugere an non. Pro hoc igitur salutare consilium tibi damus. Si fieri potest et locum inveneris, insta ad predicandum illis; si autem sustinere non valueris eorum persecutionem, habes preceptum dominicum, ut in aliam ingrediaris civitatem.

Inquisisti etiam, quid faciendum sit de[b] *excommunicato episcopo et apostolicam auctoritatem neglegente. Hic ergo detestabilis est coram Deo et hominibus, et quicumque eius condemnationi non communicaverunt, ipsi non condemnabuntur in die revelationis iusti iudicii.*

De Sclavis quoque christianorum terram inhabitantibus si oporteat censum accipere, interrogasti, frater. Hoc quidem consilio non indiget, dum rei[i] *causa est manifesta. Si enim sine*[k] *tributo sederint, ipsam quandoque terram sibi quasi propriam vendicabunt; si*[l] *vero tributum dederint, norunt, dominatorem esse illius terrae.*

Flagitasti etiam a nobis, sanctissime frater, ut in sacri canonis precatione[m] *quot*[n] *cruces in locis quibusdam facere debeamus, tuae significaremus sanctitati. Quam peticionem libenter implentes*[l]*, in rodulo dato predicto Lul presbitero tuo, quot signa sanctae crucis fieri debeant, infiximus.*

In his igitur et in omnibus rebus sanctitatis tuae vota amplectentes, divinam clementiam

VII. *Cap.* 13. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) aliquando 2*b*. b) *om.* 2*c*. c) dicamus 2*c*. d) suscipere 2*a*. *b*. *c*. e) : : instituta canonum 2*c*. f) fuerint 2*b*. *c*. g) involutis (?) *corr.* involuti sed 2*a*; (in *m. al. suppl.*) vol. 2*c*. h) *om.* 2*b*. i) res (causa *om.*) 2*a*. *b*. *c*. k) *superscr.* 2*c*. l) si — lib. implentes *versu ex. pr. m. om., m. al. in marg. inferiore suppl.* 2*c*. m) *ita codd.*; praedicatione *Epist.* n) quod 2*c*.

Epist. 87. *deprecamur, ut suo te muniat et confortet auxilio nosque annuat prosperitatis tuae semper laeta suscipere nuntia.*

Data pridie Non. Novemb., imperante domno augusto Constantino imperii eius[a] *anno XXXII*[b], *indictione V.*

Epist. 88. (14). *ZACHARIAS*[c. 1] *PAPA BONIFACIO EPISCOPO SANCTAE ĘCCLESIAE*[d] *MOGONTIAE PERPETUAM SALUTEM.*

Qualiter dominus Deus noster sanctae ęcclesiae suae propiciatus sit et laboribus sanctissimae fraternitatis tuae cooperator extiterit, per singula edicere longum est, tamen, ut haec quae obicimus confirmemus, quae ex parte, te narrante, perspeximus, enarramus. Igitur dum in Germania[e] *provincia tua*[f] *sanctitas ad predicandum fuisset directa a sanctae recordationis predecessore nostro domno Gregorio papa, et post inchoatum opus et aliqua*[g] *ex parte aedificatum Romam reversus, ab eo episcopus ordinatus et ad predicandum denuo remissus es et elaborasti Deo previo nunc usque per annos XXV in eadem predicatione, ex quo episcopatum accepisti*[h], *sed et in provincia*[i] *Francorum nostra vice concilium egisti, et iuxta canonum*[k] *instituta omnes flexi sunt tibi obedire. Et dum in his piis operibus occupata esset sanctitas tua, nunc usque cathedralem sedem*[l] *sibi minime vendicavit. At ubi Deus predicationem tuam auxit, obtinere voluisti, ut tibi episcopalem ęcclesiam*[m] *vel successoribus tuis confirmare debeamus iuxta eorundem filiorum nostrorum Francorum petitionem. Et idcirco auctoritate beati Petri apostoli sancimus, ut supradicta ęcclesia Mogontia*[n] *perpetuis temporibus tibi et successoribus tuis in metropolim sit confirmata, habens sub se has civitates, id est Tungris, Coloniam, Wormatiam*[o], *Spiratiam et Trectis, et omnes Germaniae gentes, quas tua fraternitas per suam predicationem Christi lumen cognoscere fecit. His a nobis definitis, per huius nostrae confirmationis paginam in tua ęcclesia perpetuis temporibus pro sui confirmatione haec conservari mandamus.*

Data pridie Non. Novemb., imperante domno augusto Constantino anno XXXII. imperii eius, indictione V.

VII. *Cap.* 13. 14. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) anno eius 2*c*, *corr.* b) XXX̊ ů 1; tricesimo secundo 2*b*. c) Zacharias — salutem, *spatio vacuo relicto, pr. m. om.*, Zach. papa Bonefacio *m. al. suppl.* 2*c*. d) ęccl. Mogonciae 2*a*; Mogontiensis ecclesie 2*b*. e) Germaniam provinciam 2*c*. f) s. tua 2*a*. *b*. *c*. g) ex al. 2*a*. *b*. *c*. h) accepistis 2*a*. i) Fr. pr. 2*a*. *b*. *c*. k) *m. al. superscr.* 2*b*. l) sibi sedem 2*c*, *corr.* m) *in ras.* 2*b*. n) Mogoncia 2*a*. o) Wormaciam, Spiraciam 1. 2*a*.

1) *Jaffé n.* 81 *(p.* 226*)*; *Dümmler n.* 88 *(p.* 372*)*.

(15). *ZACHARIAS*[1] *PAPA BONIFATIO EPISCOPO ET*[a] *PER EUM*[b] *IN MONASTERIO AB EO CONSTRUCTO**. Epist. 89.

Quoniam semper sunt concedenda, quae rationabilibus congruunt desideriis, oportet, ut[c] *devotioni conditoris piae construc-*
5 *tionis oraculum*[2] *in privilegiis prestandis minime denegetur*[d]. *Igitur quia postulasti a nobis, quatenus*[e] *monasterium Salvatoris a te constructum in loco qui vocatur Boconia*[f], *erga ripam fluminis Fuldae, privilegio sedis apostolicae decoretur, ut sub iurisdicione sanctae nostrae, cui Deo auctore deservimus, ęcclesiae*
10 *constitutum nullius alterius ęcclesiae potestati submittatur; pro qua re piis desideriis faventes, hac nostra auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus. Et ideo omnem cuiuslibet ęcclesiae sacerdotem in prefato monasterio dicionem ullam habere aut auctoritatem preter sedem apostolicam prohibemus, ita ut,*
15 *nisi ab*[g] *abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum ibidem*[h] *sollemnitatem quispiam presumat omnimodo*[i] *cęlebrare, ut profecto iuxta id, quod subiectum apostolicae sedi consistit, inconcusse dotatum permaneat; locis quoque et rebus tam eis, quas moderno tempore tenet vel possidet, quam quae futuris temporibus*
20 *in ius ipsius monasterii divina pietas voluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium, absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur. Constituimus quoque per huius decreti nostri paginam, ut, quicumque cuiuslibet ęcclesiae presul vel quacumque dignitate predita persona*[k] *hanc privi-*
25 *legii nostri cartam, quam auctoritate principis apostolorum firmamus, temerare temptaverit, anathema sit, et iram Dei incurrens, a cętu sanctorum omnium extorris existat*[l], *et nihilominus prefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inviolata permaneat, apostolica auctoritate subnixa.***

30 (16). Hucusque cum[e] epistolarum serie sufficiat intimasse, qualis labor quantaque cura sancto Bonifatio

*) salutem et apostolicam benedictionem *addit* 2*e*.
**) Data pridie Non. Novemb., imperante domno augusto Constantino anno XXXII. imperii eius, indictione V (secunda 3),
35 *addunt* 2*a. b. c. d. e.* 3 *(om.* 1*) e capite praecedente.*

VII. *Cap.* 15. 16. 1. 2*a. b. c.*

a) ecclesie Mogontie perpetuam salutem *pro* et — constructo 2*c*. b) fratribus *add.* 2*a. b. d. e.* c) dev. ut 2*b, corr.* d) *versu ex. in marg. suppl.* 2*b*. e) *om.* 2*c*. f) *ita* 1; Bochonia 3; *om. rell.* g) *superscr.* 2*a. c.* h) soll. ib. quisquam 2*a. b. c.* i) *om.*
40 2*a. b. c.* k) pers. hanc *versu ex. om.* 2*b*. l) fiat 2*a. b. c.*

1) *Jaffé n.* 82 *(p.* 228*); Dümmler n.* 89 *(p.* 374*).* 2) *Ita recte Otloh cum privilegio genuino* (oraculo) *et Libro diurno n.* 32 *(ed. Sickel p.* 23: oraculi), *cum in textu privilegii interpolati vulgato (Dümmler p.* 374, 15*)* auctoritas *substitutum sit.*

fuerit circa omnes, quos ipse ad christianitatis cultum convertit[a]. Si quem vero moveat, quod plurimae epistolae, quarum mentio fit in suprascriptis epistolis, hic pariter scriptae non habentur, sciat illud hac de causa accidisse, quoniam nusquam eas potui[b] invenire.

Deinde inprimis dicere volo, quanta Karlomanni principis devotio fuerit circa Fuldense monasterium. Rationabile etenim videtur eandem devotionem intimare non solum ad declaranda tanti viri beneficia, verum etiam ad profectum[c] illorum, qui exemplis bonis aedificari merentur, pariterque ad confusionem eorum, qui licet optima quaeque sciant, videant, audiant, in nequitia tamen solita perseverant, ore[d] tantummodo Deum confitentes, sed factis negantes[d], cordium aures ad secularis vitae amorem reserantes, sed ad precepta divina obdurantes[e]. Princeps igitur predictus, quamvis undique adiacentium provinciarum bello comprimeretur[f], non tamen ideo a procuratione sanctorum locorum servorumque Dei retrahebatur, credens utique, arma spiritalia[g], id est virtutes animae, multo fortiora esse quam corporalia, nullamque spem habens in multitudine[h] absque spiritali[i] virtute, iuxta illud: *Non salvatur rex per multam virtutem, et gigas*[k] *non salvabitur in multitudine virtutis suae.* (Ps. 32, 16.) Postquam ergo omnia christianae religionis iura, ut in precedentibus libri[l] huius scriptis agnosci potest, tam falsos christianos quam hereticos expellendo iuxta sancti Bonifatii consilium correxit, illius etiam vota in monasterio Fuldensi noviter constructo implevit.

(V. Sturmi c. 9.) (17). Nam[1] cum abbas Sturmi[m] illum locum, ubi (ib. c. 11.) nunc situm est idem monasterium, cum fratribus quibusdam (ib. c. 10.) incolere cępisset eiusdemque loci qualitatem sancto Bonifatio denuntians satis laudavisset, (ib. c. 12.) tunc ille ad Karlomannum pergens, suppliciter obsecravit eum, dicens: 'Pro[n] perpetua remuneratione tua omnipotentem Deum exoro, si mihi succurrere dignaris, ut in orientali regno[o] tuo monasterium construere monasticamque vitam instituere possim.

VII. *Cap.* 16. 17. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) converterit 2*c*. b) inv. p. 1. c) provectum 2*b*. d) ore — negantes *m. al. in marg. suppl.* 2*c*. e) obturantes 2*b*. f) comprimetur 2*b*. g) spiritualia 2*a*. *b*. *c*. h) *ita* (1). 3; exercitus *add.* 2*a*. *b*. *c*. i) spirituali 2*a*. *b*. *c*. k) ga *in ras.* 1. l) h. l. 1. m) Sturm 2*b*; Strumi 2*c*. n) *om.* 2*b*. o) or. parte regni tui 2*b*.

1) *Haec ex Eigili Vita Sturmi* c. 9—12 *(SS. II,* 369 *sq.) deprompta sunt.*

V. Sturmi c. 12.

Habemus enim in solitudine quae Bochonia[a] nuncupatur, iuxta fluvium qui dicitur Fulda locum satis aptum famulantibus Deo repertum, qui ad vestram pertinet dicionem. Quem scilicet[b] locum nobis a pietate vestra concedi petimus, quatenus in hoc Christo[c] servire queamus'. Quo audito, Karlomannus nutu Dei gavisus est, et convocans omnes palatii sui principes, petitionem episcopi eis intimavit atque coram eis locum postulatum tradidit episcopo, dicens: 'Locum igitur[d], quem petis et quem iuxta ripam fluminis Fuldae situm asseris, totum quicquid* in hoc sub mea potestate consistit, ab hodierna die in ius Domini trado, ita ut ab illo loco undique, ab oriente scilicet et occidente, a septentrione et meridie, marcha per tria[1] milia passuum tendatur'. Hac itaque traditione facta, misit etiam nuntios, qui omnes nobiles in regione Grapfelt habitantes congregarent eosque[e] suppliciter rogarent, ut omnis, qui infra marcham supranominatam aliquid proprietatis haberet, faceret, quae et princeps fecisset, tradens videlicet in obsequium Domini monasteriique a sancto Bonifatio construendi. Cumque a nuntiis presignati omnes[f] fuissent congregati principisque petitionem cognovissent, mox cum omni devotione[g], quicquid proprietatis ibidem habuerunt, Deo sanctoque[h] Bonifatio necnon abbati venerando Sturmi[i] possidendum[k] tradiderunt. Ut autem haec traditio in perpetuum corroborata permaneret, Karlomannus, cuius instinctu haec omnia agebantur, iussit cartam suae traditionis scribi, quam ipse sigillo[2] proprio firmare studuit.

(18). Cum igitur haec atque his similia idem Karlomannus faciens in dilectione[l] Dei et proximi magis ac magis proficeret, sed eandem dilectionem non ea qua voluit integritate in seculari habitu constitutus implere

*) totum(que *add.* 2*e*), quod sub mea illic potestate consistit, tibi trado ab hodierna die usque in sempiternum in ius et proprietatem Deo ibi famulancium, ita ut 2*e. e**.

VII. *Cap.* 17. 18. 1. 2*a. b. c.*

a) Buchonia 2*e. e**. b) l. sc. 2*c, corr.* c) *in litura* 2*a.* d) *ita* 1. 3; *om.* 2*a. b. c*; quidem *V. Sturmi.* e) eosque suppl. rog. *om.* 2*b.* f) f. o. 1. g) alacritate 2*b.* h) (et *superscr.*) sancto 2*c.* i) Strumi 2*c, corr.* k) tr. poss. 2*c.* l) *ita* 1. 3; amore *rell.*

1) Quatuor *Eigil.* 2) Propria manu *idem.*

cf. Luc. 10, 42. prevaleret, elegit optimam partem, quae non auferetur[a] ab eo[1]. Nam reliquit ampla terrenae potestatis regna, et ad Cassinum montem, in qua[b] tunc artissima monasticae[c] vitae[d] disciplina habebatur, veniens, monachus ibi efficitur[2], 5

Pippino[e] fratri[f] committens munia regni.

Hic itaque, accepta paternae et fraternae potestatis monarchia, quae tunc maior domus dicebatur, eandem devotionem eandemque sollicitudinem quam et frater eius excoluit tam in divinis quam secularibus negotiis, 10 secutus per omnia sancti Bonifatii consilia[g]. Qua de *cf. Luc. 1, 52.* re contigit, ut, cum se Deo, qui deponit potentes de sede et exaltat humiles, summittere iugiter studeret, regalis potentiae excellentiam obtineret. Tanta vero dignitate sublimatus, eodem modo quo et[h] antea sanctum 15 Bonifatium diligere simul et venerari studebat. Unde etiam traditionem fraternam suis literis ei roborare curavit. Quarum literarum exemplar hic inserere cupio, ut fideles quique inde instruantur, raptores vero iniqui videant et confundantur[3]: 20

(19). *PIPPINUS[i] REX FRANCORUM VIR INLUSTRIS BONIFATIO ARCHIEPISCOPO ET LEGATO GERMANICO AB APOSTOLICA SEDE DIRECTO.*

Quia veneranda paternitas tua nostram excellentiam postulavit pro monasterio, quod a te noviter constructum[k] est in solitudine Bochonia[l] iuxta fluvium Fuldae[m] in loco, quem beatae memoriae Karlomannus germanus noster legitima donatione tibi concessit, ut, sicut ex auctoritate sancti Petri principis apostolorum, pro quo legatione fungeris, privilegio sedis apostolicae sublimatus esse[n] constat, ita etiam nostrae auctoritatis precepto roboretur, 25 30

VII. *Cap.* 18. 19. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) auferretur 2*b*. b) *ita codd.* c) monastica 2*c*, *corr.* d) disciplin(e *in ras.*) vitae *(sic)* 1. e) Pipino 2*b*. f) suo *add.* 2*c*. g) *om.* 2*b*. h) *om.* 2*c*. i) Pipinus (1). 2*b*. 3. k) instr. 1. l) Buchonia 2*e* *e**. m) *ita* 2*a*. 3; Fulde 1. 2*b*. *c*. n) *eras.* 2*b*.

1) *Eandem sententiam de Carlmanno adhibuit Hucbaldus, V. Lebuini c.* 8 *(Migne CXXXII,* 885*).* 2) *Cf. Ann. regni Franc. a.* 746 *(ed. Kurze p.* 6*):* ad sanctum Benedictum in Casinum usque pervenit et ibi monachus effectus est. 3) *Sequitur privilegium spurium Pippini (*753, *Iun.) Fuldense (Mühlbacher I*², *n.* 72*), subscriptionibus et notis temporis locique destitutum; quod post multos acutissime examinans M. Tangl, 'Die Fuldaer Privilegienfrage' ('Mittheilungen des Instituts für Oesterreich. Geschichtsforschung' XX,* 1899, *p.* 193—252*), c. a.* 800. *confectum esse demonstravit.* 35 40

placuit nobis petitionibus tuis assensum prebere. Et ideo hanc nostrae preceptionis seriem ob honorem Dei et venerationem sancti Petri conscribi iussimus, per quam privilegium sedis apostolicae a beato Zacharia tibi collatum cum consensu episcoporum cęterorumque fidelium nostrorum[a] *per omnia roboramus, precipientes, ut nullus sacerdotum in regno nostro divinitus nobis concesso in prefato monasterio dicionem aliquam sibi vendicet preter sedem apostolicam, ita ut, nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum sollemnia ibidem quisquam*[b] *presumat cęlebrare, sed iuxta id, quod subiectum constat apostolicae sedi, firmitate privilegii*[c] *inconcusse roboratum permaneat; locis etiam et rebus, quas tam moderno tempore tenet vel possidet, quam quas futuris temporibus iuri ipsius monasterii divina pietas augere voluerit, ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur. Si autem quispiam nostrae auctoritatis precepto repugnare voluerit, sententiam apostolicae districtionis, quae in privilegio expressa est, experiatur, et tamen hoc, quod ob amorem Dei et venerationem sancti Petri nostra*[d] *auctoritate firmavimus, stabile permaneat, manu nostra roboratum et tam anuli nostri impressione quam fidelium nostrorum adstipulatione*[e] *subnixum.*

(20). Eodem tempore contigit, ut quidam clericus nomine Adalger[f], bonae conversationis vir, sancto Bonifatio adhereret eique fideliter ministraret. Post modicum vero temporis infirmitate gravi captus, cum se in extremis huius vitae positum sentiret, cum consilio viri Dei, quaecumque predia ex hereditate paterna habuit, ad Sanctum Martinum tradidit. Sed eo defuncto, fratres eius Asperth[g] et Trutmunt omnia, quae tradidit in locis subter nominatis, id est ad[h] Amanaburg[i], ad Brettenbrunnun[k] et[l] Seleheim, in suam potestatem redigebant. Cumque pro hac causa a defensoribus episcopi ammonerentur, responderunt, se velle cum iuramento affirmare, quod fratris predia merito sibi vendicarent. Cui iuramento episcopus se[m] affuturum promisit. Adveniente igitur die statuto[n] et congregata multitudine copiosa propinquorum suorum,

Vita Mogunt. c. 6.

VII. *Capp.* 19. 20. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) *m. al. superscr.* 2*c*. b) quis(quam *in ras.*) 1. c) privilegi *pr. m.* 2*a*. d) *ita* (1). 3; auct. n. *rell.* e) adstipulatio(ne *superscr.*) 2*b*; astip. *rell.* f) *ita* 2*a*. *c*. *d*. 3; Adelger 1. 2*b*. *e*; Adelherum *Mog.* g) *ita* 3; Aspreth 1; Aspertus *rell.* h) ab 1, *corr.* i) Amanabrug 2*c*, *corr.*; Amanaburc 2*b*. *e*. k) *ita* 2*c*; Brettenbrunum 3; Breittenbrunnun 2*b*; Breittenprunnun 2*d*; Brittenprunnun 1; Breitenbrunnon 2*a*. Brettenburnen 2*e*. l) ad *add.* 2*c*. m) *superscr.* 2*c*. n) statuta 2*a*. *b*. *c*.

Vita Mogunt. c. 6. ut promissum iuramentum complerent, advenit etiam vir Dei pariter[a]. Cum[b] autem predicti homines[c] iuramenti faciendi adiutores secum ad altare traxissent, dixit[d] episcopus: 'Vos soli iurate, si vultis; nolo, ut omnes hos[d*] congregatos perdatis'. At illi[e] nihil morantes iuramentum[f] fecerunt. Quo facto, episcopus dixit ad illos: 'Iurastis?' Qui respondentes: 'Iuravimus' inquiunt. Tunc episcopus ait[g] ad[h] Aspertum: 'Maior[1] ursus te occidat'. Deinde ad Trutmundum[2] dixit: 'Numquam ex semine tuo videas filium vel filiam'. Quod utrumque[i] scilicet, ut a sancto episcopo predictum est, eventus rei probavit. Nam post modicum temporis, Asperto ad mensam sedente, venerunt qui dicebant ursum magnum discurrere per campum. At ille, equo celeriter ascenso et venabulo arrepto, cępit ursum persequi, antequam se prepararent[k] comites sui. In quo itinere equo delapsus totusque per membrorum compagines confractus interiit. Cum autem servi eius ad illum properantes pervenissent, invenerunt eum iam mortuum. Trutmunt vero audiens, sancti viri prophetiam in fratre suo esse completam, *ib.* nimis expavit et mox predia iniuste ablata ad altare sancti Martini reddidit.

ib. c. 7. (21). Post haec igitur, cum[l] sanctus presul Bonifatius[m] verbi divini semina, quae infra Germaniae Galliaeque confinia iecit, in cordibus credentium iam[n] pullulasse et fructum facere cerneret, necnon vicinam *cf. Ps. 41, 3.* sibi corporis sui solutionem prenoscens, sitiret omni modo, quando veniret et appareret ante faciem Dei, decrevit adire[o] Fresonum populos, olim quidem eius doctrina ad christianae religionis culturam conversos, sed fallente diabolo iterum quosdam eorum ad pristinum gentilitatis errorem devolutos, ut aut eos Deo reconcilians ibi[n] presentem vitam tam fructuosa pace finiret aut, si hoc[p] Deo magis placeret, pro eius nomine, quaecumque ibidem adversa et cruciamina sibimet occurrerent, usque ad mortem sustineret[q]. Sed[r] priusquam

VII. *Cap.* 20. 1. 2*a*. *b*. *c*. *Cap.* 21. 1. 1*. 2*a*. *b*. *c*.

a) *in marg. suppl.* 2*a*. b) que *add.* 2*c*. c) *ita* 1. 3; fratres *rell.* d) *ita* 1. 3; ad eos *add. rell.* d*) *superscr.* 2*c*. e) n. illi 1, *corr.* f) iuraverunt *pro* iur. f. 2*e cum Mogunt.* g) dixit 2*b*. h) *superscr.* 2*a*. i) sc. utr. 2*a*. *b*. *c*. k) preparent 2*a*, *corr.* l) *in* Cum sanctus *incipit* 1* *(praescr.* De sancto Bonifacio*)*. m) Bonifac. *semper* 1*. n) *om.* 1*. o) venire *expunct.*, adire *pr. m. superscr.* 1*. p) *superscr.* 1*. q) sustinerent 1*, *corr.* r) (Sed *om.*) Priusquam beatus Bonifacius tanti *lectio II. incipit* 1*.

1) Et ait ad maiorem *(scil. fratrem)*: 'Ursus te' *auctor Moguntinus.*
2) Ad iuniorem *idem.*

tanti discriminis iter arriperet, sciens non convenire, ut, pro alienis ovibus salvandis[a] laborans, proprias sibique commissas oves perire[b] permitteret[c], sanctum Lullum, qui fidelissimus predicationis et laboris sui comes[1] extitit cuiusque probitatem omni dignitate condignam satis agnovit, cum consensu venerandi regis Pippini[d] necnon episcoporum et abbatum atque canonicorum omniumque[e] procerum ad suam diocesim pertinentium pro se episcopum elegit et ordinavit. Nam[f] ab apostolico presule iam antea[2] eundem pro se ordinandum impetravit. Quo facto, mox illum manu propria apprehendens commendavit cunctis principibus ibidem congregatis, ut ipsi[g] tamquam patri[h] obedirent et adiutores ei in omnibus necessitatibus[i] existerent. Deinde[k] profectus ad eos, qui in Turingia et qui[l] circa Renum habitabant, eadem faciebat[m].

Vita Mogunt. c. 7.

(22). Novissime vero ipsum sanctum Lullum admonens, dixit: 'Quoniam resolutionis meae tempus appropinquat, voluntas mea est proficisci, ubicumque gratia divina me dirigere voluerit. Sed tu, fili karissime, commissarum animarum curam age, tu populum ab errore revoca, tu inchoatam monasterii mei basilicam prope Fuldam perfice ibidemque corpus meum, quocumque obiero[n], sepulturae committito. Ad haec etiam, quae itineri nostro iam[o] necessaria sunt, provide et linteum, quo istud decrepitum corpus post obitum meum involvatur, in theca librorum meorum repone'. Postquam[p] loquendi[q] finem fecit sanctus Bonifatius, beatus Lullus[r], licet ex intimo pectore suspiria multa traheret, licet etiam[s] ex nimio[t] dolore lacrimatus fuisset, non tamen aliud quid, quam quod tantus pater proposuit[u], suggerere presumpsit.

Willib. c. 8. Mogunt. c. 7. — *Willib. c. 8.*

(23). Paucis itaque diebus deinde transactis, navim cum conviatoribus ad huiusmodi iter electis

VII. *Capp.* 21—23. 1. 1*. 2*a. b. c.*

a) sanandis 2*a*. b) *ita* 1. 1*. 3. 3*c; om.* 2*a.* $a^{1\cdot 2}$*. c. d. e;* sine provisore *pro* perire 2*b*. c) dimitteret $2a^{1\cdot 2}$*. b (non* 2*a. c. d);* relinqueret 2*e*. d) Pipini 2*b*. e) que *superscr.* 2*b*. f) et *add.* 1*. g) sibi 2*c*. h) *superscr.* 1. i) *om.* 2*b*. k) Post haec beatus Bonifacius prof. *lectio III. incipit* 1*. l) *om.* 1*. m) faciebant 1*, *corr.* n) abiero 1 *(corr.).* 3 *(non* 1*). o) *om.* 2*c*. p) *lectio IV. incipit* 1*. q) f. l. 1*, *corr.* r) Lul *fortasse recte* 1*. s) *om.* 1. 1*. t) intimo (1) *(non* 1*). u) posuit suggere 2*a, corr.;* proposuerat 2*b*.

1) *Cf. Willibald. c.* 8 *(p.* 45, 14*):* qui et fidelis in Domino comis peregrinationis eius erat. 2) *Licentiam episcopi pro se ordinandi Zacharias papa a.* 748. *Bonifatio concesserat (Bonif. epist.* 80, *p.* 361*; supra Otloh II,* 9, *p.* 190*).*

Willib. c. 8. ascendit et Reni fluminis alveo defertur, donec aquosa Fresonum arva ingrediens, trans stagnum, quod lingua eorum Almeri dicitur, sospes perveniret. Ubi circumquaque pergens, verbum Domini cum fiducia predicavit, ęcclesias ingenti studio construxit. Tantam autem gratiam Dominus famulo suo contulit, ut post paucos dies multa milia virorum ac mulierum cum commilitone suo chorepiscopo[a] Eoban[b] baptizaret. Hunc[c] namque[d] ad sublevandam senectutem suam, iniuncto sibi episcopatu in urbe quae dicitur Treht[e], subrogavit[c]. Erant etiam ei[f] fautores presbiteri tres et totidem diacones, quorum[g] haec[h] sunt nomina: Wintrug, Waltheri[i] et Adalheri, Hamunt[k], Skirbalt et Bǒso[l]; Waccar vero et Gundechar[m], Williheri et Hadolf ex monastico ordine erant[n], sequentes eum. Qui omnes unanimiter cum sancto Bonifatio laborantes in predicatione ęuangelii, meruerunt consortes fieri in palma martyrii.

(24). Nam cum[o] per[p] latas Fresonum regiones predicandi causa discurrissent venissentque ad flumen[q] quoddam Borthne[r] vocatum, quod est[s] in confinibus eorum, qui[t] rustica dicuntur[u] lingua Oster- et Westerriche[v], sanctus Bonifatius, suorum[w] tantummodo clientum comitatu stipatus, iussit ibi tentoria figi, cupiens videlicet in eodem[x] loco eorum[y], qui nuper baptizati erant, adventum expectare confirmationis gratia. Dies enim adpropinquabat, qui ad eandem confirmationem statutus[z] erat. Cumque[a] dies predestinatus advenisset et ortus sol altiores lineae[b] suae gradus iam preoccupasset[c], tunc omnes, qui quasi filii a[d] patre[e] expectabantur[1], indigni[f] ad accipiendam

VII. *Capp.* 23. 24. 1. 1*. 2*a. b c.*

a) corep. 1*. b) Cobant 2*c.* c) Hunc — subrogavit *om.* 1*. d) *ita* 1. 3. 3*c;* itaque 2*a. b. c.* e) Triht *corr.* Trieht 2*b.* f) Erant etiam sancto Bonifacio fautores *lectio V. incipit* 1*. g) et alii quatuor *pro* quorum — Hadolf 1*. h) n. h(a)ec sunt 2*b. c;* haec n. sunt 2*a.* i) Walteri 1. k) *ita* 1. 3; Skirbalt (Sckirbalt 2*b;* Stirkbat *corr.* Stirkbalt 2*a*), Hamunt 2*a. b. c. d. e.* l) *ita* 2*a. c;* Buoso 2*b. d. e;* Buso 1. m) *ita* 2*a. b. e;* Cundechar 1; Cundecar 2*d;* Condechar 2*c.* n) erant s. eum *om.* 1*. o) palmas *add., sed del.* 1*. p) *om.* 2*c.* q) fluvium quendam 2*b.* r) B. v. *om.* 1*. s) (est *superscr.*) in confinio 2*b.* t) qui — Westerriche *om.* 1*. u) l. dic. 2*b. c.* v) Uresterriche 2*c.* w) *om.* 1*. x) loco eodem 1*. y) *om.* 1. z) futurus 1*. a) *lectio VI. incipit* 1*. b) gr. linee sue 2*c.* c) preoccupavisset 1*. 2*c et e corr.* 2*b.* d) ex 2*c.* e) sed *add.* 1*. f) sed *add., sed del.* 1*.

1) *Otloh ex Willibaldi contextu male intellecto scripsit, Bonifatium a 'noviciis fidei cultoribus', qui ipso die confirmationis sacramentum accepturi erant, martyrio fuisse affectum. Quod certe non sensit Willibaldus, sed loco neophytorum 'inimicos' seu 'paganos' dicit irruisse in Bonifatium die praestituto, quo neophytis manus impositio fieri debebat. Mabillonius (l. l. p.* 89*).*

Willibald. c. 8.

sancti Spiritus gratiam, quae[a] ipso die per sacram confirmationem offerenda erat[b] super illos[c], versa vice pro amicis inimici, pro noviciis fidei cultoribus novi[d] lictores cum ingenti strepitu horrendoque armorum sumptu in castra sanctorum proruperant[e]. Quo viso, pueri e[f] castris prosilientes armisque sese accingentes, sanctos contra furentis populi multitudinem defendere gestiebant.

(25). Sed[g] sanctus Bonifatius, audito tumultuantis turbae impetu, primo quidem ad munimenti spiritalis[h] asylum confugit, sumens videlicet sanctorum reliquias, quas secum indesinenter habere consueverat; deinde vero[i], accitis ad se clericis, e tentorio processit et pueros suos ad resistendum preparatos compescuit, dicens: 'Nolite, quaeso, pueri mei, pugnare, nolite adversariis nostris bellum inferre, quia sacrae scripturae verbis edocemur, ut non solum malum[k] pro malo non[l] reddamus, sed etiam bonum pro malo[m] exhibeamus. Iam[n] enim diu optatus adest dies, iam[o] tempus illud advenit, quo de laboriosa huius seculi erumna ad aeternae beatitudinis invitamur gaudia. Cur ergo tantam gratiam, tantam[p] gloriam a nobis secernere et auferre vultis? Quin potius confortamini in Domino et oblata[q] gratiae divinae dona nos gratanter suscipere permittite. Sperate[r] dumtaxat in Domino, et ipse liberabit nos ab omnibus periculis'. Haec et his similia dicens, animos virorum suorum[s] compescuit ab omni tumultu bellorum. Deinde etiam clericos cuiusque ordinis patria liberaque[t] voce admonens, ait: 'O fratres karissimi, si qua divini amoris cura, si qua admonitionis meae memoria maneat in vobis, in hora ostendite presenti, recolentes illa dominica verba: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, quoniam animam non possunt occidere. Spei[u] itaque vestrae anchoram in Deo figite, quia post breve huius vitae spacium perpetuae remunerationis vobis reconpensans bravium, consortes faciet[v] supernorum civium. Nolite, precor, diuturna in-

VII. *Capp.* 24. 25. 1. 1*. 2*a*. *b*. *c*.

a) de *add.* 2*c*. b) erant, *del.* n 2*a*. *c*. c) eos 1*. d) l. n. 2*c*, *corr.* e) proruperunt 1*. 2*b*. f) *corr. ex* a 1 *(non* 1*). g) (Sed *om.*) Sanctus (vero *m. al. add.*) 2*c*. h) *ita* 1*; spiritualis *rell.* i) *om.* 2*b*. k) malo 1*, *corr.* l) *om.* 1*. m) reddamus *add., sed del.* 1*. n) *lectio VII. incipit* 1*. o) enim *add.* 2*c*. p) que *add.* 2*c*. q) oblate 2*c*. r) Sperate — periculis *m. al. in marg. superiore suppl.* 2*c*. s) *om.* 1*. t) que *m. al. suppl.* 2*c*. u) *lectio VIII. incipit* 1*. v) faciat 1, *corr.*

Willibald. c. 8. victissimae mentis bella in hac parvissima perdere hora, nolite perversis[a] gentilium adulationibus implicari, sed subitaneum, quod nobis iam[b] inminet, mortis periculum pro illius amore, qui pro nobis passus est, constanter et viriliter sustinete, ut cum illo perenniter possitis gaudere'.

(26). Necdum vero[c] huius salutiferae admonitionis verba a sancto Bonifatio, discipulos ad coronam martyrii incitante, completa sunt, et ecce! furens paganorum multitudo cum gladiis omnique infesta armatura super eos irruit eorumque corpora felici cede cruentavit[d]. Quod cum fecissent, confestim victricem damnationis suae causam augentes, primo quidem ingressi sunt castra et omnia, quae illic erant reposita, tam in libris quam in capsellis reliquiarum sanctarum abstulerunt, arbitrantes[e] se in eis reperturos multos auri et argenti thesauros. Deinde vero ad naves currentes, asportaverunt etiam ea, quae de cottidiano clericorum puerorumque victu illic remanserant. Ubi cum aliquid[f] vini inter cętera reperissent, cęperunt ex eo laetanter gustare furentemque animum inebriare. Post haec vero tractare et consulere studuerunt, qualiter illum, qui putabatur inventus esse, auri et argenti thesaurum invicem dividerent. Cumque prolixius de tantae pecuniae sermocinantes divisione, nequirent rem consensu pacifico definire[g], tanta subito inter eos discordia et disceptatio exorta est, ut eodem furore, eadem vesania eisdemque armis, quibus antea sanctos martyres iugulabant, semet ipsos mutua condignaque[h] cede necarent, iusto Dei iudicio illis occurrente et in[i] tam reprobum sensum cadere[k] permittente, ut eundem gladium, quem evaginaverunt ad interficiendos salutis suae ministros, transfigerent in corda ipsorum[l].

(27). Huiusmodi itaque strage finita, qui supererant iterum de pecuniarum opinione[m]

VII. *Capp.* 25—27. 1. 1* *(ad l. 12).* 2*a*. *b*. *c*.

a) perverse 2*c*. b) *om.* 1*. c) vero — discipulos ad *m. coaeva in marg. inferiore suppl.* 1*. d) *in* cruentavit *desinit* 1*. e) eos *add., sed del.* 1. f) aliquod vini (v. *superscr.* 2*a*; vasculum *add.* 2*b*) 2*a*. *b*. g) definiri 2*c*, *corr.* h) *ita* 1. 3*c*; que *om.* 3; condignaque *om.* 2*a*. *b*. *c*. i) *m. al. superscr.* 2*c*. k) cade(re *in litura*) 2*c*; eadem *pr. m.* 2*b*. l) *ita* 2*a*. *c*; suorum 2*b*; sua 1. 3. m) divisione 2*b*.

Willibald. c. 8.

gaudentes concurrebant, et confractis librorum repositoriis, pro auro volumina, pro argento divinae doctrinae cartas reperiebant. Unde solita dementia arrepti, eosdem libros, quos invenerunt, alios quidem per campi planitiem, alios vero per palustria loca disperserunt, quosdam autem in quibuslibet[a] locis incongruis proicientes absconderunt. Verumtamen omnipotentis Dei gratia, ut claresceret, quanti esset meriti, cuius idem fuerant libri, postea, magno[b] temporis spatio transacto, reperti sunt intemerati et ad ęcclesias, in quibus usque hodie haberi possunt[1], a singulis inventoribus reportati. Inter eosdem vero[c] libros repertus est[d] sancti ęuangelii liber, quem beatus vir pro sanctitate sua secum iugiter deferre solebat. Hic ergo quamvis gladio acuto, ut adhuc ab inspicientibus probari valet, per medium incisus fuerit, nullius tamen literae integritatem eadem incisione perdidit. Quem, ut ferunt[e], sanctus Bonifatius in[f] illa hora, qua ad caput eius[g] abscidendum vibrabatur gladius, habens in manibus, vel pro tutela capitis, ut multi solent, seu[h] etiam pro clipeo spiritali[i], quem in libro tali esse credidit, percussori opposuit[2]. In quo nimirum signo et miranda virtus Dei et veneranda sanctitas beati Bonifatii potest agnosci. Mirabilius namque videtur, quod nulla incisi libri litera delebatur, quam si nullum incisionis stigma per ferientem gladium in libro reperiretur[3].

(28). Postquam igitur[c] carnifices, qui remanserant, nulla estimatae pecuniae indicia invenerant[k], satis contristati domum sunt reversi, sumpturi post trium dierum indutias dignas facinoris sui

VII. *Capp.* 27. 28. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) & *add. sed eras.* 2*a*. b) magni 1, *corr.* c) *om.* 2*c*. d) *superscr.* 2*c*. e) ferī (*i. e.* fertur) 2*b*; fe(rī *in ras.*) 2*a*. f) in illa hora *om.* 2*b*. g) absc. eius 2*b*, *corr.* h) seu — credidit *m. al. in marg. superiore suppl.* 2*c*. i) *ita* 1; spirituali *rell.* k) invenerunt 2*b*.

1) *Cf. supra p.* 51, *n.* 1. 2) *Cf. V. II. Bonifatii c.* 16 *(supra p.* 73*):* Dicebatque, quod, cum gladio feriendus esset, sacrum ewangelium codicem capiti suo imposuerit, ut sub eo ictum percussoris exciperet eiusque presidium haberet in morte, cuius lectionem dilexerat in vita. *Neque vero statuerim ipsam Otloho praesto fuisse, qui potius monachis Fuldensibus referentibus haec accepisse mihi videtur.* 3) *Inter libros qui dicuntur Bonifatii Fuldenses euangeliorum codex a Vidrug scriptus extat (cf. supra p.* 48, *n.* 1*) neque vero vestigia incisionis exhibet; alter codex quocumque modo laesus euangelia minime continet.*

Willibald. c. 8. pęnas. Audita enim sanctorum virorum inprovisa nece, omnes christiani, qui in eiusdem regionis confinio habitabant, convenerunt terramque eorum, qui sanctos trucidabant[a], cum manu armata invaserunt. Quibus cum pagani convenientes resistere vellent, sed* minime prevalerent, in fugam versi, magna[b] persequentium christianorum virtute prostrati corruerunt. At christiani victoriam in paganos obtinentes, omnem substantiam eorum abstulerunt sicque ad propria redierunt. Factumque est, ut, qui salutis suae ministros trucidare non verebantur, duplici contritione contererentur; nam in vita presenti cęperunt conteri et postmodum aeternae damnationi sunt deputati**.

Mogunt. c. 9. Willib. c. 8. (29). Corpus vero beati pontificis[c] a Traiectensis ęcclesiae clericis raptum, post dies paucos ferebatur ad[d] Traiectum, *Mogunt. c. 9.* ibique magna veneratione est sepultum. Quod cum sanctus Lullus[e] comperisset, congregata multitudine venerabilium virorum, tam laicorum quam clericorum, intimavit eis et gloriosam sancti Bonifatii passionem, et qualiter humatus esset apud ęcclesiam Traiectensem, pariterque reserans omnibus, in quo loco sanctus presul adhuc vivens sibi preciperet[f] corpus suum sepelire, petiit, ut pro Dei amore auxilium preberent, quatenus sancti viri iussa posset implere. Cumque plurimi se ad huiusmodi auxilium promptissimos exhiberent, elegit

*) conscientia reatus depressi *addunt* 2a. b. c. (d). e (*om.* 1. 3. 3c).

**) *Codex* 2a[2] *haec inserit (non* 2a[2*]*):*

V. Lulli c. 8. Post[1] abscessum vero beati Bonifacii sanctus Lullus in curte regia Hilenheim morabatur, constituto ibidem Pipino, apud quem frequenter esse solebat. Nam frequentissime consiliis eius — — *ib. c. 9.* usquam locorum abesse. Quadam ergo — — *ib. c. 10.* cum somno disparuit. Tunc archiepiscopus — — ad regem Pipinum rem detulit.

VII. *Capp.* 28. 29. 1. 2a. b. c.

a) trucidaverant 2b. b) magnam (1). 3. c) *ita* 1. 3. 3c; Bonifatii (Bonifacii 2a. b) *pro* pont. 2a. b. c. d) ad *om.* 2b. e) Lulus *pr. m.* 2c. f) preceperit c. s. sepeliri 2b.

1) *Interpolatio e Vita Lulli auctore Lamperto* c. 8—10 *(ed. Holder-Egger, Lamperti Opera p.* 318—320*) descripta est, paucis locis discrepantibus [p.* 319, 3 tanto; *l.* 6. in lecto dec. nocte; *l.* 7. indultam; *ib.* primam; *l.* 8. astare; *l.* 12. (protinus *om.*) inopinato terrore; *l.* 13. obtutus; *l.* 28. atrocitas; *l.* 29. Deo auxiliante omnia tibi succedent; *l.* 30. visio *om.]*.

Willibald. c. 8.

ex eis, qui sibi aptissimi videbantur, et misit tam navigantes quam equitantes ad predictam urbem causa[a] auferendi corpus sancti Bonifatii. Eisdem autem legatis omnimodo properantibus et pervenientibus ad Traiectum, cives illius loci audientes, cur venissent, congregaverunt et ipsi seniores iudicesque populi ad resistendum. Et quia multitudini advenientium congredi[b] non posse viderunt, testati sunt a rege Pippino[c] iussum fuisse, ne corpus sancti Bonifatii auferretur exinde. Verumtamen legati, hoc magis fictum quam verum arbitrantes, viribus totis in ea pro qua venerant causa instabant[d], virtute scilicet divina eos roborante et adiuvante, ut voti compotes existerent. Quod etiam ita esse rei probavit eventus. Nam cum utrimque ageretur altercatio de corpore sancto, interea signum ęcclesiae, quod vulgo appellari solet glocca[e], absque humano motu sonare cępit. Quo audito, incolae omnes, qui illic erant ad pugnam congregati, nutu divino perterriti obstupuerunt et sancti viri corpus reddendum esse decreverunt. Statimque redditum est corpus et a predictis venerabilibus legatis susceptum cum debito honore et sine remigantium labore tricesima obitus[f] sui die perductum est ad civitatem Mogontiam[g]. In quo[h] etiam die, quasi ad hoc statuto[i], multi virorum ac mulierum procul habitantium convenerant, qui, nescientes adventum sancti corporis, gratia tantum prestolandi seu occurrendi legatis illuc venire disposuerant. Sed et[k] venerandus presul Lullus[l], qui, legatis transmissis, mox ad regiam curtem properabat[m], ipso[n] die, licet ignarus de suorum reditu sanctique corporis adventu, simul advenit, Deo tantam convenientiam ordinante, ut, illis communiter advenientibus, quibus magna mesticia ex amisso patre[o] et doctore contigit, fieret etiam commune gaudium, cum eum per-

VII. *Cap.* 29. 1. 2*a*. *b*. *c*.

a) (causa *m. al. superscr.*) auferrendi 2*c*. b) se *m. al. add.* 2*c*. c) Pipino 2*b*. d) in:stabant, *ras.* t 2*a*; insistabant *corr.* insistebant 2*c*. e) clocca 2*a*. f) sui obitus 2*b*; obitus *m. al. superscr.* 2*a*. g) Mogonciam 2*a*; (Mogontiam — statuta multi convenerant *m. al. in marg. superiore suppl.*) virorum ac m. pr. hab., qui 2*c*. h) qua 2*a*. *b*. *c*. i) *ita* 1. 3; statuta *rell.* k) *superscr.* 2*c*. l) Lulus *pr. m.* 2*c*. m) properaba:t 2*c*; se contulerat *pro* prop. 2*b*. n) *ita* 1. 3; ipsa *rell.* o) patrē et doctorē 2*a*, *corr.*

Willibald. c. 8. ennem patronum apud Deum habere posse agnovissent[a].

Vita Mogunt. c. 10. (30) Suscepto igitur thesauri[b] tanti pignore, fuerunt plurimi in urbe Mogonciacensi[c], qui censebant illic sepeliendum esse[d] sancti viri corpus, ubi erat episcopus, affirmantes huiusmodi *V. Sturmi c. 15.* ius omnium esse ęcclesiarum, ut quo quis sedem episcopalem habuerit, illic quoque sepeliendus sit. In tantum autem quorundam illud affirmantium prevaluit certamen, ut pene[1] eorum consilio sanctus Lullus consentiret, nisi *Vita Mogunt. c. 10.* cuidam venerabili diacono, qui dicebatur Otpertus[2], apparuisset sanctus Bonifatius in visione, dicens: 'Dic episcopo Lullo, ut corpus meum absque omni ambiguitate ad monasterii mei locum transferat'. Cumque hanc visionem multi audientes minime crederent, presul Lullus, allatis sanctorum reliquiis, iussit Otpertum probare iurando, si vera esset eius visio. At ille nil[e] dubitans iussa implevit, visionem iurando probavit.

ib. c. 11. (31). Quod cum factum fuisset, omnes non solum ea quae prius renuerunt de sancti corporis translatione fieri consenserunt, sed etiam adiutores esse cęperant[f] in his, quae huiusmodi cura poscebat. Quidam namque[g] ad afferendas[h] naves, ut cęleriter trans Renum proficisci possent, properabant, quidam vero lętaniam, psalmodiam aliaque divinae laudis cantica[3], sanctum funus sequentes, dicebant. Cumque turba una longius procedens ultraque procedere non valens rediret, alia nihilominus turba de regione vicina accessit, gaudens illius sancto obambulare corpori, quem credidit et speravit sibimet apud Dominum[i] suffragari. Quae ibi

VII. *Capp.* 29—31. 1. *2a. b. c.*

a) agnoscerent *2b.* b) thesauro *2b, corr.* c) Mogoncianensi *2a, corr.* d) *om. 2c.* e) nichil *2b.* f) ceperunt *2b.* g) autem 1, *corr.* h) ferendas *2a, corr.* i) Deum *2b. c.*

1) *De hoc loco v. supra p. LXV. et* 102. 2) Otperaht *Vita Moguntina c.* 10*;* Otpraht *V. Lulli auct. Lamperto c.* 12 *(l. l. p.* 322*).* 3) *Cf. V. Sturmi c.* 15: cum spiritali carmine; *Vita Moguntina c.* 11: cum ymnis et psalmodiis.

laeticia et compunctio de tanti viri patrocinio plurimis fuerit[a] exorta,

hoc nequeunt nostra digne depromere scripta.

Unde etiam in quibusdam[b] locis, ubi cum sancto corpore pernoctabant vel meridiabant, in eius honorem[c] ęcclesias postea construebant. Tali itaque gaudio* perductus est[d.**] monasterii Fuldensis[e] loco, quo ipse sepeliri sepius optavit sepiusque id beato presuli Lullo peragendum[f] commendavit[1]. Qui et petitionem eius complere summopere nisus, cum veneratione debita terrae quod suum erat reddidit, animam vero caelestibus gaudiis sociandam omnimodis precibus commendare curavit.

Vita Mogunt. c. 11. *Willibald. c. 8.*

(32). In cuius venerando[g] tumbae loco per eius merita multis, quos fides congrua ad obtinenda ea quae deposcunt[h] incitat, plurima eveniunt beneficia tam interioris quam exterioris hominis: interioris quidem, cum delictorum suorum veniam obtinuerint; exterioris vero, cum infirmitatem vel debilitatem aliquam corporalem evaserint[i]. Quae videlicet utraque beneficia, quotiescumque[k] ibi non inpetrantur, non imputandum est vel divinae inclementiae[l] seu invalido apud Deum sancti Bonifatii patrocinio, sed potius his, qui infidelitate capti non merentur exaudiri, attestante ęuangelista, qui de Domino nostro[m.†] dicit, quia *non potuit ullas virtutes facere propter incredulitatem quorundam.* Cessant etiam interdum miracula, tam pro servitutis divinae neglegentia quam[n] incorrigibili inhabitantium malitia; cessant et idcirco, quia, cum aliquando per intercessionem sanctorum eveniunt, non

Matth. 13, 58.

*) et tocius populi tripudio *addit* 2*e*.
**) perductum est sacratissimum corpus beati Bonifacii preciosi martiris et egregii predicatoris tociusque Germanie apostoli cum honore ad prefatum Fuldensis monasterii venerabilem locum, in quo 2*e*.
†) Iesu Christo salvatore testimonium perhibens, *addit* 2*e*.

VII. *Capp.* 31. 32. 1. 2*a*, *b*. *c*.

a) fuerat 2*c*, *corr*. b) quidam 2*a*, *corr*. c) honore 2*b*. d) perductus cōmonasterii 2*c*. e) Fuldis *pr. m.* 2*c*. f) *ita* 1. 3; implendum *rell*. g) *ita* 1. 3; venerandae *rell*. h) poscunt 1. 2*b* (*corr*.). 3. i) evaserunt 2*c*. k) qu(o *superscr*.)tienscumque 1. l) clem. 1. m) *om*. 2*b*. n) *ita* 1. 2*c*; pro *add*. 2*a*. *b*.

1) *Cf. supra II*, 22; *Willibald. c.* 8 (*p.* 46, 20); *V. Mogunt. c.* 7 (*p.* 98).

solum laudes vel grates debitae Deo sanctisque eius minime referuntur, sed nec memoriae commendantur.

Willibald. c. 8.

(33). H a b u i t autem s a n c t u s B o n i f a t i u s in episcopatu annos XXXVI[a], menses VI et dies VI[b]. P a s s u s v e r o e s t u n a c u m s o c i i s suis Non.[c] Iunii, anno s c i l i c e t peregrinationis s u a e quadragesimo, s e d incarnationis Domini DCCLV[d], r e g n a n t e e o d e m domino n o s t r o, cui l a u s et gloria p e r[e] o m n i a secula seculorum. Amen[f],*.

O[g] vos, qui nostis, quid perferat ille laboris,
Qui se scribendo castigat tempore crebro[h],
Assiduis precibus memores[i] sitis, precor, eius,
Qui promptus librum conscripsit et edidit istum.
Tu quoque, sancte Dei, memor esto sui, Bonifati[k],
Ob cuius laudem librum conscripsit eundem,
Ut regno Christi per te valeat sociari[l].

*) *Codices 2d. 3. haec addunt, quae post verba* sepulture committito *(supra p.* 207, 24*) ex parte etiam 3c exhibet:*

De adventu sancti patris[m] nostri Bonifacii[n]. Anno dominice incarnacionis DCCXXXVIII[1], indiccione VI, imperante Leone augusto[2] et Karlo[o] glorioso duce Francorum[3] et Liutbrando[p] rege Longobardorum[4], Bonifacius venerabilis pater[q], Anglus genere, a Brittannia Romam veniens, a Gregorio II. papa episcopus ordinatur et ad predicandum quatuor Germanie populis destinatur[5]. In qua legatione tantam a Domino consecutus est gratiam, ut rogatu consensuque Karli ducis predictus papa sua vice regendam omnem[r] sibi subiugaret Germaniam. Interea

VII. *Capp.* 32. 33. 1. 2*a*. *b*. *c*. *Versus*. 1. 2*a*. a^1. a^{1*}. a^{1**}. a^2. *Nota* *. 2*d*. 3.

a) et *add.* 1. b) *ita* 1. 2*e*. 3; sex 3*c*; VI *superscr.* 2*a*; dies (*om.* VI) 2a^2. *b*. *c*. *d*. c) Nonas 2*a*. *b*. d) septingentesimo quinquagesimo V 2*a*. e) in *pro* per omnia 2*b*. f) *subscr.* Explicit vita sancti Bonifacii (archi *superscr.*)episcopi et martyris 1; Explicit passio sancti Bonifacii martyris atque pontificis 2*a*; Explicit vita et passio sancti (sanctissimi patris nostri 2*e*) Bonifacii archiepiscopi (Mogontiacensis ecclesie *add.* 2*b*; et sociorum eius, liber secundus. Feliciter *add.* 2*e*) 2*b*. *e*; *subscr. om.* 2a^2. *c*. *d*. g) *versus om.* 2a^{2*}. *b (spatio 4 versuum raso)*. *c*. *d*. *e*. 3, *habent* 1 *(ubi post catalogum episc. Mogunt. positi sunt)*. 2*a*. a^1. a^{1*}. a^{1**}. a^2. h) longo 2a^2. i) merores 2*a*, *corr.* k) *ita* 2$a^{1.1*.1**}$; Bonifaci 1. 2*a*. a^2. l) Et cetera *add.* 2a^2. m) p. n. *om.* 3. n) etc. *add.* 2*d*; Romam *add.* 3. o) Karolo 2*d* (*sed infra* Karli). p) Lintbr. 2*d*; Luitpr. 3. q) presbyter 3. r) sibi omnem 3.

1) *Indictio sexta cum a.* 723. *et* 738. *convenit; sed auctor notae erravit, ordinationem Bonifatii posteriori anno attribuens.* 2) *Cf. Otloh I,* 17: imperante domno piissimo augusto Leone, — — indictione VI. 3) *Ib. I,* 15: Karolo duci glorioso, qui per idem tempus Francorum regnum gubernabat. 4) *Cf. ib. I,* 9. 33. 5) *Cf. ib. II,* 12: Quatuor etenim populi, quibus verbum Christi — — diximus, in circuitu loci huius habitare noscuntur.

beatus Bonifacius aliquem cepit locum diligenter explorare[a], ubi absque omnium[b] contradictione posset cenobium construere et monachos, cuius et ipse professionis extitit, ad Dei servicium congregare. Unde, inspirante gratia divina,
5 in solitudine Bochonia[c], que ad solius regis dicionem pertinebat, *Otloh II,* 17.
locum sibi placitum reperit eumque incolere decrevit. Hunc locum iuxta[d] ripam fluminis Fulde situm Karlomannus, convocatis regni principibus, predicto episcopo summa devotione tradidit, ita ut ab illo loco[e] undique, ab oriente scilicet et occidente, a septentrione
10 et meridie, marcha per tria miliaria protendatur[f].

Nota *. 2*d*. 3. 3*c*.

a) Cum enim sanctus Bon. al. l. cepisset exquirere *incipit* 3*c*. b) omni 3*c*. c) Bothonia 3*c*. d) *m. al. suppl.* 2*d*. e) *ita* 3; und. loco 2*d*. 3*c*. f) protendatur. Hunc locum pre omnibus aliis monasteriis et ecclesiis ab ipso fundatis in tantum dilexit,
15 quod ibidem quocumque obiret locum sibi eligeret sepulture. Admonuit quoque beatum Lullum sanctus Bonifacius, dicens: 'Itineri nostro necessaria provide', *ad narrationem Otlohi p.* 207, 25 *redit* 3*c*.

INDEX PERSONARUM ET LOCORUM.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat.

G.

N.

O.

P.

Q.

R.

INDEX RERUM ET VERBORUM[1].

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat.

1) *Instrumentorum ab Otloho admissorum ratio habita non est.*

conl., coll.